799

BALDI

PERVSINI IN VSVS FEVDORVM COMMENTARIA DOCTISSIMA, QVICQVID EAM CONCERnit rationem facilè complectentia.

Accesserunt Andr. Siculi Adnotationes, vnà cum Ioannis de Anania eleganti disputatione, in tres secta quæstiones.

His adiectus est Index tum auctior, tum etiam castigatior.

FACULTÉ DE DROIT DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

799



J. C. Ioannis

Bayg Caldavari

LVGDVNI,

M. D. LXVI.

Source : BIU Cujas

SVperioribus diebus cum decreta patrum sum morumque pontificum, literis, & certè non vulgaribus impressissem, & paululum nactus ocij cogitarem quid in hac regia & splendidissima ciuitate Lugdunensi honestum & vtile omnibus, & præsertim viris literarum studiosis possem efficere: venit in mentem audiuisse te sępenumero Baldum illum illustrem excellentissimumque doctorem, super materia feudorum accuratissimè diligentissimeque scripsisse: cuius commentariis si Andreæ Siculi illius quem vulgus Barbaciam vocat, & aliorum nonnullorum additiones iungerentur, nihil sanè melius, nihil dignius apud illustrissimos in primis principes, apud Proceres, Barones & quoscunque nobiles vasallos etiam, & literarum studiosos posse inueniri. Tua igtur exhortatione, tuisque monitionibus fretus Baldi in primis commentaria cum ipsius Barbaciæ & aliorum additionibus imprimenda literis nostris assumpsi: & tuæ dignitati, authoritatique dicaui: cuius correctioni, & sano integerrimoque iudicio meipsum, industriam omnem meam, studiaque committo. Scio profectò, vt Baldum ipsum iurium omniũ iubar, & reliquos omittam, Barbaciam tuum, quo aliquando magistro sis vsus libentissimè leges. Quod vt facias te vehementissimè iterum atque iterum rogo. Vale.

EPITAPHIVM BALDI EX MARMORE ossa eius fouente excerptum Papiæ apud sacram ædem diui Francisci Obijt. M. cccc. die xxviij. Aprilis.

Vita, labor, studium, diuini cultus amoris:
Artes naturæ, regis fulgentia dicta:
Legales normæ, pastorum cœlica iura
Ornant Baldi animum: quem pandit dogmate claro
Quisquis, nunc liquit mortalis pondera carnis,
Dulcia iam gustans authoris pascua summi.
Clauditur hic Baldus Francisci tegmine fultus.
Doctorum princeps, Perusina conditus arce.

Source : BIU Cujas

CELEBERRIMI ET EXCELLENTISSIMI vtriuſque Iuris luminis, domini Baldi de Peruſio, ad illuſtriſsimum Ioannem Galeam Mediolani ducem ſuper Feudis reſtauratum Commentum vnà cum Apoſtillis clariſsimi, ac doctiſsimi vtriuſque iuris interpretis, domini Andrææ Barbatiæ Siculi: necnon alierum præclariſsimorum doctorum. Et nouiſsimè appoſita ſunt ſummaria cum nouo & vtili repertorio.

1 ☞ Fabulatores irriti non ſunt timendi.
2 Occultator laudis alienæ eſt par furi.
3 Collatio decima feudorum an ſit cenſenda authentica.
4 Interpretatio magiſtri feudorum an ſit probabilis.
5 Deciſiones cauſarum feudalium, an ſint ſeruandæ in foro cõſcientiæ.
6 Lex ciuilis eſt pars legis diuinæ.
7 Feudum unde deriuatur, uel qualiter diffinitur. & nume. 8.
9 Feudum an poſsit dici gratia.
10 Denominatio ſit ab hoc quod plurimùm fieri ſolet.
11 Permutatio an ſit idẽ quod emptio, quando pro una re datur alia res & quantitas.
12 Vaſallus an poſsit cedere feudo ſi non uult ſeruire domino. & nu. 13.
14 Vaſallus ſi iurauit non ſolum fidelitatem, ſed obſeruare dictorũ, conuentorúmque formalitatem, an habebit locum pœnitentia.
15 Iurans ſeruare ſtatutum, ſi ſtatutum reuocetur, an teneatur iurans.
16 Collatio facta religioni de bonis, an uitietur ingreſſu uitiato.
17 Vaſallus ſi recedit hoſpite inſalutato, nõ tamen feudo renunciat, an cogatur redire & ſeruare.
18 Feudum ſi conceditur à principe, an poſsit dici priuilegium. & nu. 19.
20 Proprietas qualiter poteſt deſcribi in præſtationibus annuis.
21 Res dicuntur immobiles ex quibus fructus percipiuntur. & nu. 22.
23 Feudatarius habet utile dominium, non ſolum uſumfructum.
24 Vtile dominium quid ſit.
25 Feudorum natura non recipit hæredes extraneos. & nu. 26.
27 Inueſtitura quotuplex eſt.
28 Princeps eo ipſo quòd dat priuilegium, qualiter transfert dominium.
29 Traditio an dicatur uera uel ficta quæ reſultat ex patientia.
30 Quaſi poſſeſsio per quos & quot actus acquiratur.
31 Feudum qualiter diuidatur
32 Imperator an poſsit concedere ex cauſa donationis, uel alio titulo caſtrum imperij. & nu. 33.
34 Princeps ſi talis eſt qualis eſſe debet, eſt uigor iuſtitiæ.
35 Princeps licet omnia poſsit, quædam tamen ſunt quæ non decent.
36 Rex an poſsit filium ſuum conſtituere regem. & nu. 37.
38 Feudum aliud eſt ſimplex, aliud conditionatum, & quod ipſorum quodlibet ſit.
39 Vaſallus tenens terram aliquam ſi recedit, an terra remaneat apud dominum.
40 Vaſallus an poſsit locare domum quæ ſibi data eſt in feudum. & numero 41.
42 Ius habitandi quando conceditur cum proprietate, conceſsio intelligitur eſſe realis.
43 Feudum aliud eſt antiquum, aliud non quale quodlibet ſit.
44 Feudum per quæ uerba cognoſcatur eſſe antiquum.
45 Prælatus ſi iurat cum toto capitulo omnia eſſe uera quæ in inſtrumẽto continentur, an tale iuramentum faciat fidem. & nu. 45.
46 Feudum quoddam habet propriam naturam, aliud impropriam.
47 Caſus non deciſus per conſuetudinem, relinquitur diſpoſitioni iuris communis.
48 Feudum curſoris ſi eſt conceſſum claudo, an talis conceſsio teneat.
49 Feudum quoddam eſt paternum, aliud maternum.
50 Feudum aliud eſt reale, aliud perſonale.
51 Feudum an extinguatur morte ſi ſit conceſſum hoc modo: Concedo tibi talem domum ad habitandum, uel talem fundum ad fruendum.
52 Feudum quoddam eſt ligium, quoddam non ligium.
53 Feudum quoddam eſt francum
54 Feudum aliud eſt annale, aliud non annale.
55 Feudum aliud nobile, aliud burgenſe.
56 Feudum aliud eccleſiaſticum, aliud ſeculare.
57 Feudum ſi eccleſia recipit, an teneatur iurare.
58 Eccleſia an teneatur ex contractu, ſi non ſit facta locupletior.



INtellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradieris, ait dominus omnipotens per os prophetæ, in libro pſalmorum. Eſt igitur intellectus diuinum munus ſeu beneficium ab illa ſumma luce profluens, de qua ſcribitur primæ Canonicæ Ioã j.c. Deus (inquit) lux eſt, & tenebræ in eo nõ ſunt vllę. Et Sap. vij. Luci cõparata inuenitur prior. Ad hãc vt oſtẽdimus quæ in eos qui ad optima conãtur mellifluum rorem influit & ſpirat, ſpe firmiſsima recurrã: Quoniã ſcriptũ eſt: Spera in domino, & fac bonitatẽ, & paſceris in diuitijs. Quare non ſolũ ad animæ perfectionẽ, puto homini cœlitus datum intellectũ, nec ſolum nobiſmetipſis natos eſſe, verũ de his quæ ipſo perſcrutante iuridicè integreque ſenſerimus, cõmunionem cæteris cõtribuẽdã vnanimiter exiſtimamus. Nec quę ad cõmunem viuendi vſum eſſe neceſſaria videtur latitare debent, ſed ſe exhibere, ſicut & quæ natura gignit ſponte reor. Non enim ſemper ſemen ſub terra iacet, ſed terra ſciſſa ſurſum protẽditur, & adiutũ à ſole cœlũ cõſpicit. Proinde ſi quod bonũ eſt in horreis recõditur, & ſeruatur, atq; nutrimentum ex eo capitur. Si malũ trãſuerſis ſulcis eradicatur, vritur & annichilatur: Ita in huiuſmodi ſententiã prorumpere ſæpenumero videor, vt qui q; ſcientiarum profeſſores, quæ ſana mẽte cõceperint, in lucẽ (tanquã ſub duro cortice lapidos fructus) parere teneãtur, & ea ſoli, hoc eſt ſapientũ intellectibus obijcere: vt ſi qua vera dixerint laudes deo canantur, & opus eorũ cõprobetur. Si autem peccauerint (quod humanũ eſt) erronea opinio pedibus teratur, rationibus eneruetur & eradicetur. Hoc noſtri maiores fecere. Nam diſputatiuum, & reprehenſiuũ certamẽ, ad mundi gubernationẽ & dei laudẽ pertinere arbitramur. Quippe ferè omnis prudẽs mauult piè corrigi, quã immitari dãnabiliter. Inter eadẽ deſiderantes me connumerari cupiens, non erubeſco quotidie aliquid diſcere: famelicus fio, micas de ore ſapientũ cadẽtes rumino. Nec præſumo dicendum illud apoſtoli, cùm vas electionis mihi quoquo modo cõuenire: cum factus ſim vir per logiſsimũ tẽpus lectionis fere quadragintaſeptem annorũ euacuaui quæ erãt paruuli: Nã ſi ex parte aliquid didicerim, tamen in comparatione latitudinis intellectus, profectò nihil me intellexiſſe agnoſco. Mecũ ipſe quãplura animo reuoluens, & ab obſeruantia perfectæ gratitudinis ſæpiſsime concitatus erga magnificẽtiſsimum principẽ Ioannem Galeam, inclytæ domus Vicecomitum ſplẽdorẽ: ac nomine, & re, virtutum Comitẽ, nec non inuictiſsimum Ducẽ, ad aliquod munuſculũ ei offerendũ conari debere, quod verè illi & decẽs, & gratum eſſe poſsit. Et eo maximè, cùm in ornatiſsimo ſuo Papiẽſi gymnaſio primariam cathedrã ipſo authore, immeritò poſsideã. Pro ingenioli noſtri facultate onus aſſumpſi ſuper vſibus feudorũ ſcribere, vbi de nobilitate, & nobiliũ virorum prudentia, de cõſtantia & integra fide, de honeſtate morum & naturæ conſuetudinibus plurimum pertractatur. Reliquis in ſcriptis ſuper omnibus iuris ciuilis libris, & in enucleandis problematibus iamdiu verſatus, nũc ſenio cõfectus inter tutiſsimos & grauiſsimos mores fruendam componens ætatem ſubſidio, precibusq; ſupplicibus adiutores & auxiliũ prudẽtum peto. † Irritos autem fabulatores non timeo: quia deridendum eſt quod ratione non fundatur: vt ff. de negot. js geſtis. l. ſed an vltro. §. j. ibi dum dicit. ſed iſtam ſententiã Celſus eleganter deridet. Confiſus de eo præſens feudorum opus conſtanti animo aggrediar, quod diuino auxilio proſequendo per ſingulos titulos tex. exponendo, notabilia colli-

1

Source : BIU Cujas

gendo, & opponendo, & quærendo, necnon adiacentes materias pertractando, ad finem vſque perducam. Nec tacebo eos à quibus voce mortua didici atque viua: quia ho-
2 nor eſt in honorante &c. † Et quia occultator laudis alienæ
a furi par eſt *, argumento ff. ad l. Falcidiam. l. hæreditatum. §. fi. Remiſsiones quas faciam elicièdo cõcluſiones, vbi expediã & dicta aliorũ meliorãdo, & magis fundãdo declarabo. Nec aliquid quod ſit põ detis dimittã, quin eligã quid mihi videtur, vt apertior & aptior ſit via alijs intelligẽdi, ſupplendi, & etiam approbandi.

TRACTATVS noſter ergo de feudis incipere debet à quibuſdam præludijs. Nã non ſtatim in meſſem inijciẽdæ ſunt manus. Quæ enim ordinem in ſe habẽt, præludia quędam habent: vt nota. in authentica in medio litis non fieri ſacras .formas. §. final. collatio. viij. Et plerunq; præfationes demonſtrationis, quinimo etiam finalis cauſæ vim oſtẽdunt: vt ff. de origine iuris. l. prima. & ff. de hæredibus inſtituendis
3 l. Pacumeuius androtenes. † Quæro ergo in primis ne videar ſuper caduco opere, & ſuper ambagibus laborare, vtrũ iſta collatio quæ appellatur decima feudorũ authentica ſit cenſenda. Quidam enim auſu temerario dicunt hanc collationem feudorum authenticam non eſſe. Nam non eſt pars aliqua iuris ciuilis, vel prætorij: vt inſtitut. de iure naturali. §. conſtat. & notat. inſtitut. de actionibus. §. ſed iſtæ. item quia in libro iſto non eſt debitus ordo compoſitionis, vel compilationis librorum, & nil conſtat ſine ordinis compoſitione, vt in prima conſtitutione C. §. quibus. Item in iſto libro multa varia & inſufficientia continentur, quod non eſt de natura veræ legis. Item & quædam in qua quod eſt contra ſubſtantiam legis quæ debet eſſe æqua. Nam ius eſt ars boni & æqui: vt ff. de iuſtitia & iure l. prima in princi. Item licet locus ab authoritate ſit probabilis vt inſti. de codicillis. §. poſt quæ tempora. tamen non reperitur q Obertus de Orto vel Gerardus huius operis ſcriptores, & recitatores, & nonnullorum dubiorum deciſores, habuerint authoritatem legis condendæ: quæ non præſumitur data niſi probetur vt ff. de origine iuris. l. ij. §. penul. quia ea quę ſunt authoritatis publicæ debent per publica documenta probari: vt l. vnica. C. de man. prin. C. de iure fiſci. l. prohibitum. libr. x. xcvij. diſtin. ca. nobiliſsimus. Certè nec iſti magiſtri
4 feudorũ in aliquo aſſerunt ſe authoritatem habuiſſe. † Vnde eorum interpretatio probabilis eſt, & non neceſſaria. vt notat. C. de legibus. lege prima. Quinimo nec probabilis, quia loquũtur vt tex. faciẽtes, & legẽ ponẽtes, vt C. de ſacro ſanctis eccleſ. l. decernimus. Porrò qui dicunt hunc librum eſſe authenticum debẽt hoc ratione vel lege probare: nam rubor eſt loqui ſine lege. vt C. de collatio. lege illam. & in authentica de triente & ſemiſſe. §. conſideremus. collatione tertia. Nec dici poteſt, quòd iſtud ſit ius conſuetudinarium, quia conſuetudines locales ſunt, & alios non perſtringunt, vt C. de teſtamentis. lege final. & C. de ædifi. priua. lege an in totum. ſicut præſcriptiones non extenduntur. ff. de itinere actúque priua. lege prima. §. Iulianus. quia certis terminis & metis concluduntur. argumen. ff. ſoluto matrimonio. lege ſi vero. §. de viro. vnde dicit In no. quòd iuriſdictio eſt quid vniuerſale, ſed non conſuetudo: vt ipſe notat extra de offic. archi. ca. dilecto. Prętetea qui conſuetudinem allegat, eã probat, cùm in facto conſiſtat, & facta non præſumuntur præſertim contraria iuri vel rationi: vt extra de conſtit. ca. primo. libr. ſexto. In contrarium quòd iſte liber ſit authenticus, ſolennis, & ſeruandus, probatur, quia multi gloſſatorũ vertices iſtũ librum gloſſauerunt, & ſuper eo fecerunt vtiliſsimas ſummas. Inter quos fuerunt magni viri, ſcilicet, Pyleus Iacob. Columbi. Iaco. de Ardi. Veronenſis. Ioan. Faſolus, Archiepiſcopus Ebrudunenſis. Iacob. de Rauen. vltramontanus. Odoffr. poſtremò Iaco. de Bel. And. de Iſer. Pet. de Cer. & multi alij, à quorũ authoritate arguere nõeſt ab ſonum. Item in iſto libro cõtinẽtur multa vtilia & difficilia in intellectu, quæ indocti homines depraũãt. Item minimè ſunt mutãda quæ interpretationẽ certã ſemper habuerunt vt ff. de legi. l. minimè. Hanc partem tenet præfatus Iacobus de Bel. qui poſtquam legit hunc librum octo vicibus: vt ipſe refert, hanc quæſtionem diſputauit vt ipſe tenet infrà titulo primo, §. ſi alias. quomodo enim cauſæ feudorum quæ ſunt magnæ & maximæ deciderentur. Item nonnullæ decretales ſequuntur leges imperiales in hoc volumine ſituatas: vt patet extrà de iudiciis. capitul. cæterum. & capitul. nouit. extrà de feudis. cap. j. & capit. ex parte. de dote poſt diuor. reſti. cap. nuper. de deci. cap. tua. de cõſtitutionibus. c. quæ in eccleſiarũ. vbi dixi. de foro competent. capit. ex tranſmiſſa. & cap. verũ. & capit. ex parte. de rebus eccleſiæ non alienan. capi. vt ſuper
b de do, & cap. per tuas. b xij. diſtinctione. capitu. præceptis. de rebus eccleſiæ non alienan. hoc conſultiſsimo. vigeſimaſecũda quæſtione quinta. cap. de forma. de præſcrip. c. ad au dientiam. & cap. ſi diligenti. de pœnis. cap. in quibuſdam. & c. ad aures. de ſen. excom. c. grauem. xxiij. quæſtio. ij. c. latorem. extrà de vſuris. c. conqueſtus. de hæreti. c. excõmunicatus. & c. fi. de iureiurando. c. eam te. & c. veritatis. de iurepatro. ca. cũ ſeculum. extrà de pactis. cap. plerique. de his quæ fiunt à præla. cap. cum apoſtolica. de officio delegati cap. ſignificauit. de exceſ. præla. cap. grauem. de ſtatu monacho. capi. recolentes. de fide inſtrument. capitul. inter dilectos. Quæ autem poteſt eſſe maior approbatio quàm ſummorum pontificum, certè nulla: vt C. de leg. l. fina. Porrò aduertant ignorantes, & mordeant ſibi labia reprehenſores veritatis. Nã doctor egregius Odoffre. C. de ſacroſanctis eccleſ. authentica caſſa & irrita. ſic ait. Vnum ſciatis quòd authenticum, quod fuit compoſitum à Iuſtiniano, habet nouem collationes. Poſtea quando venit imperator Federicus iunior, miſit has conſtitutiones ad ciuitatem iſtam doctoribus legum, vt aptarent eas ſingulis legibus ſub congruentibus titulis, & ita fecerunt doctores cum conuenerunt in ſancto Petro: quia iſtam adaptauerunt ad legẽ iſtam. Poſt ea quid fecerunt Dominus Hugolinus poſt nonam collationem poſuit librum feudorũ, & oẽs conſtitutiones Federici antiqui, & iunioris, & aliquas leges Corradi Imperatoris, & vocatur decima collatio. Sed pauci ſunt q habeãt ita ordinatè in libris ſuis ſicut Odoff. Apparet igitur quomodo iuſſu Imperatoris fuit proceſſum, & opus
5 probatũ. Et ideo pertinaces deſinant latrare deinceps. † Et ideo in deciſiõe cauſarũ feudaliũ, cõſuetudines nõ ſolũ in foro cõtradictorio cauſarũ obſeruãdæ ſunt, ſed etã in foro cõ
6 ſcientiæ niſi eſſent in periculum animarum: quia † lex ciuilis eſt pars legis diuinæ: vt not. extrà ne cleri. vel monach. cap. ſup Specula. in nouella. & ad hæc infrà cap. j. §. j. & verſicu. hæc autem. & infrà de feud. cogni. in ver. obtinet. per Pet. de Cer. & in ca. ij. de feud. Ioan. And. in addi. ad Specu. in titul. de inſtru. edi. §. nunc dicendum. † Secundò quæro de ipſius
7 feudi deriuatione & diffinitione. Dicitur autem feudum à fidelitate vt infrà per quos fiat inueſtit. c. nulla. & eſt argu. à nominis interpretatione, ſic Inſtitu. de tutelis. in princ. & ff. ſi certũ pet. l. ij. §. appellata. ff. de verb. ſig. l. Tugurij. & l. vt Alphenus. Nam ſæpe vocis proprietas quidditatem rei ſignificat: vt ff. de infami, l. athletas. §. calumniator. ff. de reſt. l. j. & licet quicquid facimus fidem alienam ſecuti in fide conſiſtat: vt ff. ſi cer. pet. l. j. tamen per excellentiam conſiſtere debet in feudis, in quibus dominus quodammodo ſe totaliter committit vaſallo, perſonam ſcilicet, & honorem, ac bona: vt infrà de no. for. fideli. c. j. & è contrario. & ideo per excellentiã feudum à fide dictum eſt, non à qualibet fide: ſed à fide fidelitatis. Eſt autẽ fides nõ dum promittitur iuramentũ fidelitatis ſed dum ſeruatur executio operis. vt infrà quid præce-
8 debet inueſt. an fide. c. j. † Viſo itaq; vnde nomen feudi deſcẽdat iuxta l. j. in prin. ff. de iureiurã. videamus diſſimitiuè quid ſit feudum, quoniã omnis inſtitutio de aliqua re, quę à ratione ſuſcipitur, debet à diffinitiõe proficiſci, vt intelligatur quid ſit id de quo diſputatur, ſecundum Tullium libro j. officiorum. Eſt ergo feudum prout à domino proficiſcitur beneuola actio. ſed prout à vaſallo ſuſcipitur eſt ipſius beneuolẽtiæ effectus. totum autem hoc beneficium à nomine ſignificatur. Dicit ergo Iacob. de Ardizone, quòd feudum ſeu beneficium eſt beneuola actio, tribuens gaudium capienti, cum retributione ſeruitij. Quo ad primum dùm dico beneficiũ, notatur genus, quo ad ſecundum notatur differẽtia. Genus enim eſt quod in ſpecies diuiſibile eſt. ſicut in adoptione dicimus,

Source : BIU Cujas

cimus,quòd quædam adoptio eſt genus, quædam ſpecies, prout differt ab arrogatione:vt ff.de adoptio.l.j.Sic & creditum differt à mutuo,ſicut genus à ſpecie,& ipſi mutuo ineſt. quia genus repreſentatur in qualibet ſua ſpecie:vt ff.ſi certum petat.l.j.& l.ij.§.creditum.Vel dic plenius vt dicit text. à cuius verbis nõ recedamus infrà in quibus cauſis feudum amit.c.j.§.ſi quòd feudum eſt beneficium quod ex beneuolentia alicui ita datur, vt proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat: Vſufructus autem illius rei ita ad accipientem tranſeat,vt ad eum hæredéſque ſuos maſculos, & fœminas,ſi de his nominatim dictum ſit in perpetuũ pertineat,ad hoc vt ille & ſui hæredes fideliter domino ſeruiant:ſiue ſeruitium illud nominatim quale eſſe debeat ſit expreſſum,ſiue indeterminatè ſit promiſſum. Et ex prędictis verbis ſex per ordinem deſcribuntur.Primò feudorum inſtitutio ſeu natiuitas gratioſa. ibi, beneficium quod eſt ex beneuolentia. Secundò,retentio proprietatis rigoroſa.ibi,vt proprietas.Tertiò,eorum acquiſitio fructuoſa:ibi,vſufructus autẽ.Quartò,ipſorum proceſsio ſiue propagatio generoſa.ibi hæredéſque in perpetuum.Quintò recompenſatio ſiue viciſsitudo beneficij onerosa ibi,ad hoc vt ſeruiant.Sextò tacitè ſoluitur quædam quęſtio dubia.ibi ex
9 preſſum ſiue indeterminatè. †Pro intellectu horum circa
c primum quæro vtrum feudum c poſsit gratia nuncupari. Et videtur quòd ſic:vt legi.& not.ff. de aqua quo.& æſti.l.j.§. permittitur.In contrarium quia non præſtat beneficium qui impendit debitum:vt ff.de ritu nupt.l.proximè.& ff.de hære.inſti.l.ſi ſeruo fideicommiſſaria.Sol.ſi comparas inuicem extrema feudi,ideſt,cõceſsionem & recompenſationem beneficiorum, quia præponderat beneficium, feuda habent plurimum gratiæ,& ideo feudum rectè appellatur beneficium.arg.ff.de obſeq.l. Titius puerum.Sic & poſſeſsio denominatur à iure illa quæ habet plurimum iuris:& econtrario à facto illa quæ habet plurimum facti:vt no.C.de acqui.
10 poſ.in l.j.†Fit enim denominatio ab eo quod plurimum poteſt.vt ff.de contrahen.emp.l.domum.ff.de ſta.hom.l. quæritur.ff.ex quib.cau.ma.l.is qui rei.ff.pro do.l.ſi vir.ff.de lega.
11 iij.l.quæſitum.§.illud fortaſſe.†Et dicimus in ſimili,quando pro re datur alia res,& quantitas,vtrum ſit permutatio vel emptio,quòd inſpiciendũ eſt,an ſit pretium maior pars va-
d loris c rei,necnè.ff.de contrahend.emp.l. fundi partem.ff.de actio.emp.l.ſi ſterilis.§.ſi tibi.extrà de re.permut.c.ad quæſtiones. in nouel.pro quo facit quod no.l.incendium.in fi. C.ſi cer.pe.& per Bar.in l.Ariſto.ff.de dona.Dico,quòd ſi in eandem qualitatem concurrunt,quòd in dubio iudicamus eſſe cõtractum nominatum emptionis & venditionis:quia fauorabiliorem cum ipſo conſenſu pariat actionem:vt ff.de
12 pactis.l.iuriſg.in prin. †Sed ſtatim quæritur,cum dixerim quòd feudum ſit beneficium,vtrum poſsit conuerti in aduerſam fortunam:Verbi gratia, domino faciente guerram, & vocante vaſallum,vaſallus cõſcientia motus vel animi timiditate,vult potius feudo cedere, e quàm ſeruire,quæritur
e an poſsit.Et videtur quòd ſic,quia aut dicimus iſtam refutationem eſſe permiſſam,& tunc habet vaſallus intentum ſuũ. Aut dicimus eſſe feloniã,& tunc ex lege feudi,nõ poteſt vaſallus plus pati,quàm priuationem feudi.Et ideo concludẽdo videtur quòd inuito domino poſsit vaſallus renuntiare. & hoc per text.expreſſum infrà de vaſ.l.qui contra conſti. Loth.cap.j.& no.infrà de capi.qui curiam vendi.c.ſi.in glo. mag.& de prohi.feu.alie.per Fed.c.j.§.callidis.in glo.in ver. amittant in totum.Item ſublato emolumento,tollitur onus annexum,de leg.iij.l.Pamphilo.§.duas filias.In cõtrariũ vi-
f detur,quia feudum dicitur à fide,& graue eſt fidem fallere f vt ff.de conſtit.pecun.l.prima in principio.Eſt enim fides ſecundum Tullium, dictorum conuentorúmque conſtantia, & veritas. Dicunt docto.quòd aut feudum eſt conceſſum ad certum ſeruitium,& non poteſt refutari inuito domino, aut ad incertum, & tunc ſic, quia nondum eſt purificata obligatio:ergo ſi eſſet iam indictum ſeruitium,& ſit purifi-
13 cata obligatio, non habet locum renuntiatio. †Simile habemus in gloſſ.not.de eo qui vult recedere à villa vel caſtro, & cedere bonis quæ ipſe ibi poſsidet.Nam ſi non erat mu-
nus indictum, liberatur. Secus ſi erat indictum, vt not. ff.
14 ad muni.l.incola.in gloſſ. † Sed pone, quòd contractus feudi fuit celebratus per ſtipulationem,quæ ſolet apponi in omnibus inſtrumentis, & ſi non apponatur, præſumitur: vt ff.de verborum obligatio.lege ſciendum.§. final. & lege quarta. C.de fideiuſ. Vel pone, quòd vaſallus iurauit non ſolùm fidelitatem, ſed obſeruare dictorum conuentorúmque formalitatem, nunquid habebit locum pœnitentia? Et videtur quòd non, quia ſtipulatio dicitur à ſtipite, ideſt, à firmitate,vt inſtitu.de verborum obligation. in principio. Item, non eſt in poteſtate debitoris diſſoluere debitum, & vinculum, ſecundum Accurſium. Item obligatio perſonę cohæret, & non rei: vt lege final. C. de prеſcriptione longi temporis. & l.final.ff.de contrahend.emptio.Item in culpa fuit ſe ſic aſtringendo obligatione perſonali à qua quis non liberatur rei cedendo: vt ff.de vſufruct.lege ſed cum
15 fructuarius. †Item nos dicimus in ſimili, quòd ſi quis iurauit ſeruare id quod in ſtatuto continetur, licet caſſetur ſta-
g tutum, nõ liberatur:ſecus ſi iuraſſet ſeruare ſtatutum g:vt nota.in capitulo primo de his quæ fiu.à ma.par.capit. Faciunt enim differentiam,vtrum iuretur obſeruantia legis, vel iuretur obſeruantia eorum quæ continentur in lege.Primo caſu, annihilata lege annihilatur iuramentum,tãquam eius acceſſorium.Secundo caſu ſecus, quia non dependet iura-
16 mentum à ſtatuto. †Simile habes in alia materia, vtrum vitiato ingreſſu, vitietur oblatio bonorum.nam diſtinguitur,vtrum bona ſint oblata per ſe, an ſint oblata per accidens,ſeu acceſſoriè:vt not.C.de ſacroſanct. eccleſijs. auth. ingreſsi.Solu.In ſtipulatione credo quòd poſsit renuntiare, tamen teneatur ad intereſſe.In iuramento autem diſtinguo,Aut loquimur quò ad iurantem, & tenetur præciſè,
h quia iuramentum h imponit præciſam neceſsitatem:vt not. ff.de condictio.cauſa data & cau. non ſe. l. ſi pecuniam. in principio in gloſſ. parua quæ incipit,habes vt quia iuraſti. Aut loquimur in hærede iurantis, qui hæres non iurauit,& tunc tenetur ad intereſſe.nam vinculum præciſum,& ſpeciale iuramenti eſt perſonale ex parte iurantis:vt not.Innocentius extrà de iureiurand.capitul.veritatis.Et addo quod not. in Speculator.de cenſib.in quęſtione,de puteo.& ff.de dam. infecto.lege prætor.§.hoc edictum. Dicit Andreas de Iſernia,quòd feudum ad ſeruitium eſt datum gratia vtriuſque & determinato modo,& adhæret naturæ pacti, & contra-
i ctus nominati: & ideo non poteſt renunciari i inuito domino,cùm certa ſit obligatio præciſè cõtracta ad antidora. ad quod infrà de capitan.qui cu.vendi.in capitulo finali in
17 gloſſ.mag.in prin.&in Specula.de locat. †Illud ſciendum eſt quòd ſi vaſallus recedit inſalutato hoſpite, non tamen renunciando feudum,quòd cogitur ſi placet domino redire,& ſeruire.vt C.de agri.& cenſi.l.omnes. libro vndecimo. Redeundo ad propoſitum dico, quòd feudum eſt benefi-
18 cium. †Eſt autem quæſtio,vtrum poſſet dici priuilegium, ſi fortè conceditur à principe: ſuper quo dico quòd aut conceditur à principe de rebus non feudalibus,quod poteſt princeps facere ex plenitudine poteſtatis, & iſtud propriè appellatur priuilegium.Idem ſi concedatur fœminę,cõtra rigorem conſuetudinis feudorum: vnde de iſto priuilegio nõ cognoſcet niſi princeps,quaſi diſputetur de eius ſubſtantia:vt not.extrà de iudi. capitulo cum veniſſet. & infrà apud quem vel quos controuer.feud.debeat diffini.capitulo primo.Si autem conceſsio ſequitur ius, & conſuetudinem,non dicitur propriè priuilegium, ſed beneficium.Sed de larga ſignificatione dicunt quidam quòd poteſt etiam appellari priuilegium omne quod emanat à principe.quod
19 no.Io.And.extra de verb.ſigni.c.olim.in Nouel. †Dixi ſecundò quòd in prædictis verbis deſcribitur proprietatis retẽtio rigoroſa,proinde enim dominus magis timetur à ſubditis.arg.ff.de verbo.obliga.l.vtrum.& cõcor.infrà de inueſti.de re alie.facta.capitulo primo.§.finali Quandoque tamen ſecus cõtingit: quia domini concedunt proprietatem, & vſumfructum cum pacto quod debeãt ſibi certa ſeruitia præſtari:vt infrà de feudo non habente propriam feudi naturam.capitulo primo. ibi,vt eiſdem cauſis, &c. Et contra

Source : BIU Cujas

naturam feudi eſt,quando conceditur ratione proprietatis & vtilitatis:vt infrà in quibus cau.feu.amit.in fi.De rigore ergò conſuetudinis feudorum eſt,quòd apud dominum ſit proprietas,& ſi pactum ſit appoſitum in cõtrarium,receſſum eſt à natura contractus feudi,& alia cõuentio inita eſt.ſcilicet contractus innominatus.arg.ff.pro ſoc.l.ſi margaritã.de condi.ob cau.l.fi.& lege vbi ita donatur.ff.de do.
20 cau.mor.vbi Bar.† Sed hic quæro qũo in iurib⁹ perſonalibus.puta,in annuis præſtationib⁹ poſsit deſcribi ꝓprietas, cùm nullũ ſit ibi dominiũ directũ,vel vtile,cùm non detur rei vẽdicacatio?Rñdeo,ꝙ loco directi dominij eſt actio directa,& loco vtilis dominj eſt actio vtilis,quæ datur contra debitorem feudatarij,quando infeudatus reditus annuus,ſeu annonę ciuiles quę inter immobilia computãtur. C.de ſacroſanc.eccleſiis.lege iubemus nulli.in princ. in authentica de non alie.§.primo.& de contro.inter vaſ.& epiſco.capitulo primo.& infrà,de feud.cogn.capitu.ſciẽdum. cum ibi notat.& in cle.exiuit.de ver.ſig.in ver.cúmque an-
21 nui reditus. †Et ſcias quòd omnes res ex quibus fructus percipiuntur,inter immobilia computantur: ſed ita eſt ꝙ ex ipſo iure quod habet creditor fruct⁹ percipitur, id eſt an-
22 nuus reditus.† Probo autem quòd ſit fructus,quia renaſcitur ſingulis annis:vt no.ff.ſolut.matrimonio.lege diuortio. §.ſi vir.in gloſſa quæ incipit,diſtinguitur:aut renaſcitur & ſic eſt fructus &c.Nec curo vtrum annua præſtatio ſit circa idẽ,an circa aliud:puta vno anno circa frumẽtũ, alio anno circa oleũ:vt ff.qñ di.leg.ce.l.nec intereſt.nã in feudo quãdoq; vno anno percipitur frumentum,& alio vinum:vt ff. ſoluto matrimonio. lege ſi fundus.§.quod in ſementem.
23 † Dixi tertiò,quòd in verbis literæ denotatur feudorum acquiſitio fructuoſa.Sed contra literam opinor quia feudatarius non ſolum habet vſumfructum, ſed vtile dominium k vt plenè leg.& notat.infrà,dc cap.Corra.§.primo. in gloſſ.mag.quod tali ratione probat:ex omni perpetuo contractu quæritur vtile dominium: vt inſtitu.locati.§.adeò.& ff.de ſuperfi.lege prima.§.quod ait.& infrà,de feu. fi.da.capitulo ſi vaſallus de ſuo.& infrà,de controuer. inter vaſallum & alium de benefi.capitu.primo. Quale autem dominium habeat feudum,& quæ res poſsit dari habetur infrà,per quos fiat inueſt.in capitulo primo.in principio.& in §.ſed & res.& de inue.de re ali.fac.§.primo.& de dominio vaſalli.per gl.oſſam,in l.prima.C.de theſaur.libro deci-
24 mo. † Quidam tamen dicunt, quòd vtile dominium eſt Chymera,dicẽtes ꝙ vtile dominium non eſt aliud, quàm ipſa vtilitas ſine proprietate cõſiſtẽs: nec eſt quid diſtinctũ ab vſufructu perpetuo,& tranſmiſsibili.Sed iſti neſciunt quid dicant,quia proprietas eſt dominium ſuperius,cuius inuentio eſt de iuregentium. Vtile verò dominium,eſt dominium inferius,quod ſubalternatur directo,vt in feudo, vel emphyteuſi:vel quod contrariatur,vt in dominio prę-ſcripto,quia præſcriptiones ſunt de iure poſitiuo,& dominia ſunt de iuregentium:ideo per præſcriptionem longi, vel longiſsimi temporis dominium directum non vſurpatur,ſed quædam qualitas dominii in eſſe producetur,quæ appellatur vtile dominium.Porrò directum dominium nõ
l transfertur,niſi de vuluntate vera,vel interpretatiua ipſius domini.ff.de condi. ob cau.l.tertia.§.ſubtiliter.& ff.de regulis iuris.id quod noſtrum.& inſti.de re.diui.in § per contradictionem.& Bartolus in lege ſi is ad quem.ff.de acquir. hære. quæ voluntas præſcriptionibus non ineſt,vt notat. in lege prima.in fine ff.de dolo.Nam in prę-ſcriptione longi,& long.iſſimi temporis,non requiritur ſcientia aduerſarij,niſi in iuribus quæ ſine patientia non poſſunt poſsideri:vt C.de præſcr.lon.tempo.lege fin.& lege ſecunda.C.de ſeruitut.&
25 aqua. † Dixi quartò, quod in verbis literæ deſcribitur feudorum ſucceſſio generoſa.Natura enim feudorum eſt, vt non recipiam extraneos hæredes:Vnde nomen hæredis
m in feudis appoſitum,intelligitur ſtrictè m pro deſcẽdentibus,ex eo quod eſt ſtirpes agnationis communis:vt infra de feu.alie.capitulo primo.§.& ſi clientulus.& notat.ff.ad Trebel.lege ex facto.per glo.& Dy.ff.de verborum obliga. lege in conuentionalibus.per Dy.& plenè dixi poſt Cy.in lege libertilibertæque.C.de oper.libe.& per gloſſ.in capi.
n ſtatutum.el ſecundo.de hæreti.in ſexto.n † Dixi quintò,
26 quod in verbis literæ non deſcribitur quædã recõpenſatio, ſed viciſsitudo meritorum aliqualiter oneroſa,qua ceſſante nimirum ſi perditur feudum,neque enim eſt alia iuſtior cauſa feudi,vel beneficij auferẽdi, quàm ſi id pro quo id beneficiũ datũ fuerit vaſallus facere recuſauerit:Sed quare eſt iſta iuſtior omnibus alijs.Reſpondeo,quia procedit ex primo conſenſu partium,& ſic naſcitur ex ipſa radice contractus, ipſaque loco tacitæ conditionis habetur:vt ff.loca.lege quę
27 ro.§.inter locatorem.† Dixi ſextò quod in litera quęſtio ſoluitur:poterat enim quæri. An propriè diceretur feudum, ſiue ſit promiſſum certum ſeruitium ,ſiue non,& determinatur ibi quòd ſic.Dicit tamẽ Ia. de Bel.quod feudum non dicitur rectum vbi eſt certũ ſeruitium limitatum: Sed aduertendum eſt ,& oppo. contra textualem diſtinctionem, quia in tex.non fit mentio de inueſtitura,quæ videtur eſſe ſubſtantia realitatis feudi,vt infrà,quid ſit inueſt.capitulo j. pro viribus enim oportet quod aliquis in poſſeſſionem inducatur,ad hoc vt ius perfectum conſequatur ſi ſint talia in quibus cadat traditio aliqua corporalis, vel incorporalis:vt ff.de vſufruc.lege tertia.§.dare.& notat. in capitulo primo.de immu.eccl.per Innocẽtium. & ibi notat. extrà de præſcri.capitulo ad audientiam.Soci.ideò tacuit de inueſtitura non ponendo in diffinitione feudi,quia feudum non ſolum acquiritur inueſtitura,ſed ſucceſſione: vt infrà, de feu.cogni.capitulo Obertus.§.ſciendum Item præſcriptione:vt infrà,ſi de feud.controuer.fuer.capitu.ſi quis per triginta. Igitur inueſtitura non eſt de diffinitione,ſed eſt qui-
28 dam modus acquirendi. † Certum eſt autem quod duplex eſt inueſtitura:ſcilicet verbalis & realis.De quib⁹ infrà
o quid ſit inueſtitura.Per primam non tranſfertur poſſeſſio ᵒ, vt ff.de pecu.lege non ſtatim.de fi.inſtr.capitulo inter dilectos.& C.de fur.lege ſi nondum.quia ſtat in finibus verborum,nam ſolo verbo non tranſit dominium,nec poſſeſſio:vt C.de pact. lege traditionibus.& ff.eo. lege diuiſionis placitum.niſi in ipſo verbo,ſeu per ipſum verbum mutetur cauſa poſſeſsionis conceſſori:vt ff.de acquirenda poſſeſsio. lege quod meo.vel cauſa ſuperueniens muret qualitatem poſſeſsionis cõceſſori:vt ff.de iure dotium. lege ſi ſpõſus.§. primo.Nec differt titulus vniuerſalis à particulari:vt elegãter notat.in lege prima.ff.de vſucapio.pro dote.vnde ſine poſſeſſione non dicitur proceſſum ad actum conferentem
29 ius in re. † Sed in priuilegijs eoipſo quod princeps dat, tranſfert dominium:nec aliud requiritur,niſi ad facti traditionem executio.de reſcri. capi.auditor.in cle. & in lege. bene à Zenone.C. de quadrien. præſcriptione. & de fide
p inſtrumentorum. capitulo inter dilectos ᵖ. Per ſecũdam autem realem,Aut eſt facta poſſeſſori,qui antea poſſidebat:etenim cauſa poſſeſſiõis mutatur,& ſic fictè videtur res tradita:vt infrà ſi de feu.controuer.fue.c. Titius.ff. de iure do. l.ſi ſponſalibus.§.j.& ff de rei vẽ.l.quędam mulier.& arg.ff. de hære.inſti.l.nj.§.qui fideicomm:ſtariã.Si verò erat penes tradentem,certi ſunt modi introducti à iure poſſeſsiõis trãſferendę,per quos fictè tranſfertur poſſeſſio:vt ff.de acquiposſeſſio.lege quod meo.& notat.ff.de de pactis.lege ab emptione.Ideo autem dicitur fictio quia vera poſſeſſio natura
q lis eſt:vt ff.de acquirenda poſſeſsione.lege prima in prin.q Sed illud quæritur An ex patientia reſultans traditio dicatur vera,vel ficta.Reſpõdeo,dicitur vera,ſed tacita eſt,quia modus eſt tacitus ex quo reſultat vera poſſeſſio.Vel dic,ꝙ eſt fictio in modo tradendi,ſed veritas in ſubſtantia poſſeſſionis, quia plena poſſeſsio eſt apud poſſidentem:vt C.de
30 acquirenda poſſeſsione.lege minus inſtructus.† Quęrò in corporalib⁹ per quos,& quot actus acquiratur quaſi poſſeſſio.reſpõdeo de hoc eſt tex.valde nota.infrà quid ſit inueſti. c.j §.ſi verò.dic vt ibi dicã.Et adde ꝙ quædã ſunt incorporalia perſonarũ vt iuriſdictiones:quędã incorporalia rerũ vt ſeruitutes.De primo dic ꝙ ſufficit obedientia ſubditorum niſi alius ſit in poſſeſſiõe eorum:vt not.Innocen.& Ioan. And.in capi.dilectis.de ca.mona.In ſecundis verò nõ requitur obedientia quę cadit in eis:vt ff.de acquiren.poſſe.l.rem
r quæ nobis ʳ.Baldus legum doctor.

Expedita

Source : BIU Cujas

31 EXPEDITA †diffinitione feudi quam quidam ſub breuiſſimis ponunt verbis, dicentes, quod feudum eſt conceſſio rei pro homagio, ideſt fidelitate facta: vt extrà de ſimo. capi. diligenti. procedamus ad vlteriora. Et quæritur tertiò qualiter feudum diuidatur. Et ego incipiam aliter, quàm incipiant alij doctores. Incipiendo ab ordine dignitatum, di-
32 co quòd feudum aliud eſt regale, aliud non regale.† Circa quod quæro de tali quæſtione. Imperator donauit, vel conceſſit ex cauſa donationis, vel alio titulo caſtrum imperij: nunquid valebit donatio vel alienatio. & videtur quòd ſic: quia contractus principis obtinet vim legis. vt ff. de publi. l. Cæſar. C. de donatio. inter virum & vxor. l. penul. C. de bonis quæ liber. cum multis. de quadri. prę ſcrip. l. bene à Zenone. Et ſi dicatur, iſtud eſt contra ius commune, reſpondeo, hoc non infert non valere, ſed infert eſſe priuilegium. C. de bo. va. l. ſi quando. libro decimo. & in capi. ſuggeſtũ. de deci. & ibi not. & ff. de flumi. l. quo minus. & ff. ne quid in loco publi. l. ij. §. hoc interdictum. in authen. de ref. ſacri pala. §. prætereà. coll. ij. & C. ne fi. rem quam vendi. l. prima. & per totum. Item Imperator cõfert ſummas dignitates ergo earũ territoria: vt C. de diuer. offi. l. probatorias. lib. duodecimo.
Item pro hoc glo. Accur. C. de le. in l. humanum. in contra-
s rium videtur s: quia quando coronatur, iurat nihil diminuere de bonis imperij. vt extrà de iureiurando. capi. intellecto. & in feudatario non poteſt minuere honorem regis ſecundum And. de Iſer. Item non poteſt Rex facere deteriorẽ conditionem vniuerſitatis, ideſt regni: nec regnum ſubijcere ſeruituti, ſecundum Oldradum. Item tales gratiæ præſumũtur ſurreptitiæ: vt C. de teſta. l. prima. cum enim ſint manifeſtè contra publicam vtilitatem non valent: vt. C. de his qui vac. à principe accepe. l. vnica. libro decimo & ff. de vaca. mune. l. prima. in princi. C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus nullam. C. de aquæduc. l. ſi quis per diuturnam. libro duodecimo. item ſequitur abſurdum, quòd imperium poſſet ad nihilum deuenire: vt per Bar. in. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clã. & infrà quo tempore miles inueſtit. petere. capi. ſecundo. in fi. & legi. & not. in. capit. abbate ſanè. de regulis iuris. in vj. Dicit Ioan. Mona. quod Papa poteſt legẽ imponere ſibi per verba derogatoria, ſed non ſucceſſori ſuo. de conſti. capit. licet Romanus. in vj. & Arch. vigeſima quinta quæſtione ſecũda in ſumma glo. in capit. fi. in gl. penultima de reſcrip. in vj. Hanc parté tenet glo. in authenti. quomodo oporteat epiſcopos in principio. collatione prima. Iſtam quæſtionem determinauerunt antiqui tangendo illam quæſtionem de donatione facta eccleſiæ, quæ potius fuit diuinitatis quàm humanitatis, & dixerunt quò ad expropriationem territorij, dignitatis, vel iuriſdictionis, non valere, nec poſsibile eſſe. Commoda tamen, & vtile dominium concedi poſſe, ſalua ſemper ab imperio recognitione, ac fide. quòd enim Imperator ſeipſum mutilet, ideſt membra imperij à ſe amputet, dicere, eſſet ſpecies fatuitatis. Et ideo diſtinctio quorundã, qui dicunt quòd Imperator poteſt diuidere per res, ſed non per quotas, eſt falſa: quia imperium eſt in ſimilitudine corporis humani, à quo ſi abſcinderetur auricula, non eſſet corpus perfectum, ſed mõſtruoſum, & ideò ſi donatio Conſtantini non proceſſiſſet à fide catholica, ſicut proceſsit, ſed à mero iure Imperiali, non potuiſſet caput imperij officij Romã à cæteris membris mutilare, quia capitis truncatio non eſt pars quota, ſed tota. Bene tamen eſt concedendum quod Papa & Imperator poſſent concedere aliquam rem, vt ille haberet dominium vendicandi & poſsidẽdi, vt ff. de euict. l. Lucius. de rei vendicatione. l. item ſi verberatum. ff. de legatis ſecundo. l. qui ſolidum. §. prædiũ. C. de iure fiſci. l. certa forma. libro decimo. C. de. meta. & epidi. l. deuotum. libro
33 duodecimo.† Quòd autẽ poſſet facere ſibi parem, vel ſuperiorem, vel aliquem impunè qui poſſet rebellare imperio: impoſſibile eſt, quia lex regia contradicit. Et quia nullum inferius ſecundum Ariſtotelem, ſtantibus terminis decretiuis participat id quod ſuperius eſt. Bal. &c.

34 ALIQVA †Sed pauca de Principe dicamus. Et primo quòd ipſe eſt vigor iuſtitiæ, ſi eſt, vt eſſe debet non tyrannus. lege prohibitum. C. de iure fiſ. lib. x. Secundò quod nõ decet principem ſuum beneficium reuocare: vt not. extrà de conſanguinita. & affinita. capitu. quod dilecto. in nouel. & in capitu. decet. de re iudi. in vj. Tertiò quòd in principe eſt plenitudo poteſtatis, dicit Archid. quod vbi apparet de intentione Papæ illa eſt omnino ſequenda. xxv. quæſtione ſecunda. ſeruatis. Idem dicit quòd verba Papæ enuntiatiua intentionis ab olim diſponunt, & probant. xxv. quæſtione ij. §. quod autem. Archid. dicit per text. quòd cum promulgandæ quoque legis authoritaté fortunæ ſibi vẽdicat eminentia. in authen. de rap. mu. in princip. colla. ix. tamen ipſe ſuper omnes debet cogitare quid agat, poſtquam vult, & ſi ex certa ſcientia vult, nemo poteſt ei dicere cur ita facis. & non præſumitur velle infringere ſua ſtatuta. C. de inofficio.
t teſta. l. ſi quando in princip. t Et quòd maior eſt authoritas in ſe, quàm in eo cui committit eandem quam ipſe habet. vt in capitul. dudum. §. nos ergo. de præbend. libr. vj. & ibi ponit Ioannes Andreas, quomodo poteſt aliquid eſſe maius ſeipſo. Ea tamen quæ facit præſumitur facere decenter, & non ex plenitudine poteſtatis. Ea enim quæ fiunt excellẽter, diſcretiuè debent nominari, dicit tex. de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio. lege prima, in princi. Ego autem allegabo decretales & vbicunque dicam vt not. niſi aliud exprimam, intelligam per dictã l. in nouella. quæ eſt nobiliſsimum opus, & dignum omni laude. hæ ſunt allegationes. Ergo quia princeps Romanus ex certa ſcientia omnia poteſt: ſcilicet Imperator in temporalibus, ſalua ſemper maie-
35 ſtate imperij ſui: & Papa etiã in ſuis temporalibus: † Quædam tamen ſunt quæ non decent, vt not. extrà de voto. cap. magnæ. & de renuntia. c. admonet. de immuni. eccleſia. cap. peruenit. de conſanguinitate & affinita. capitu. quòd dilecto. de verbo. ſignifi. c. olim. de priuileg. c. antiqua, de cenſib. c. peruenit. de verbo. ſignifica. c. ſuper quibuſdã. de accuſa. cap. veniens. de poſtulatio. præla. c. bonæ. qui fi. ſint legi. ca. cauſam. de purga. vul. capi. ſignificantibus. extra de cenſibus. ca. omnis anima. & de voto. c. quod ſuper. Poteſt etiam Papa cõtra omnes tenentes terram eccleſiæ, ſententiam ferre, eis non citatis. vt in capitul. cum olim. extrà de re iudicata in nouella. Vel dic, quòd & ſi Papa non poſſet hoc extra ordinem, poteſt tamẽ, & debet fauore vniuerſalis eccleſiæ, ideſt Romanæ ex plenitudine poteſtatis argumento, extrà de
36 re iudicata. capitulo paſtoralis. in clemen. †An Rex poſſit filium ſuum regem conſtituere. dicit Archidiaco. quòd ſic: quo ad nomen, ſed non quo ad regimen, ſecunda quæſtione ſeptima. §. item obijcitur. per Archidiaconum. Item dicit Andreas de Iſernia, infrà quibus modis feudum amittatur, quòd in regno Siciliæ non requiritur alia inueſtitura quàm priuilegium Regis. & non præſumitur Imperator cõ
37 cedere non concedenda.† Vnde diſtingue, Aut ſunt contra ius, & vim legis, & perſonarum ſingularium & non valet cõceſsio, etiam ex certa ſcientia: quia Imperator nõ vult eam valere, niſi apponatur in ea clauſula non obſtante de tali
v ge v vel non obſtante aliqua lege quæ in contrarium loqueretur, etiam ſi de ea deberet fieri mentio ſpecialis, vt notatur in authentica quibus modis naturales efficiantur ſui. §. finali, collatione ſexta. Aut eſt cõtra ius legis tantum, vt quoniam imperator concedit reſpublicas, ideſt fiſcales, ſeu regalia, vt extrà de fide inſtrumentorum. capit. inter dilectos. & ibi tangit Innocentius. & Ioannes Andreas quæ ipſius ſunt, vel aliam gratiam facit abſque eo quòd auferat alicui aliquam rem ſuam, vel aliquod ius in quo conſiſtat notabile præiudicium, ſecundum qualitatem perſonarum, & tunc certa ſcientia principis idem operatur quod clauſula non obſt. vt ff. de excu. tuto. l. idem Vipian. &. ff. de re iud. quidã conſulebant. C. de nupt.. Imperialis. & ibi per Accurſium & ratio diuerſitatis eſt, quia merè fauorabilia licet legitimos iuris terminos rũpant, facilius tamen diſpenſationẽ, quàm merè odioſa recipiunt. argumen. ff. de liberis & poſthumis. & l. cum quidã. & in his omnibus oportet ſeruare ſtilum cõ ſuetum, vt extrà de crimi. fal. quam graui. Et adde quod no. vigeſima ſecunda quæſtione quinta. in ſumma per Arch. vbi dicit quòd clauſula generali non obſtante, non ſemper valet, vt eadem cauſa & quæſtiõe in rub. per Archidia. vbi tra-

Source : BIU Cujas

ctat de certa ſcientia principis quæ æquiparatur dictæ clauſulæ ſecundum Archidiacon.& Bernar.extrà de reſcriptis. in capit.mandatum.dicit quod clauſula non obſtãte quę ap
x ponitur de ſtilo curiæ aliud debet operari.quod no.x

38 SECVNDA † Diuiſio feudorũ eſt:quia aliud feudum eſt ſimplex,aliud conditionatum. Dico autem conditionatum non ſub cõditione,ſed ſub qualificatione: vt verbi gratia,ſi quis concedit feudum habitationis, conditio ſemper incipit à priori,id eſt à ſui exiſtentia:ſed modus, vel vſus rei incipiunt à poſteriori:vt ff.de ſtatulibe.l.Sticho libertas.& eleganter notatur.ff.de conditio.& demonſtratio. in rubri. & in l.j.& ij.C.de his,quæ ſub modo.per Accur. vbi omnino vide,& C.de arbi.l.iij.& C.de except.l.ſi quidem.Et interdum vocamus conditionem,& tamen non eſt conditio, ſed quædam moderatio exercitij.vt ff.de arbi.l.ita demum. vel quidam ſubauditus intellectus ad puram diſpoſitionẽ, inſpecta conceptione verborum,vt ff.de oper.lib.l.ſi libertus ita.Super quo conſidera quòd quoddam conditionatũ dicitur,non reſpectu confeſſoris,ſed reſpectu fruitoris:non enim dicitur feudum conditionatum ex eo quia ſint præſtãda obſequia,ſed ex eo quia determinata ſunt percipiẽda cõmoda:verbi gratia habitationis à quibus commodis ſi feu-
39 datarius ſe fecit alienũ perdit feudum. † Dicunt enim docto,quòd ſi aliquis tenet rem aliquam ex inueſtitura,vel ex aliquo honore,& recedit de eo loco in quo erãt terræ quas ipſe tenebat,quòd illæ terræ remaneant penes dominũ,C.de iure fiſ.l.certa forma.lib.x,C.de vete.l.penul.C.de protec.& deme.l.penul.lib.xij.C.de princ.agen.in rebus.l.penul.C.de meta.l.fi.li.xj.infra,de capi.extraor.c.ſummo opere.§.inter. vbi tex.ſic ait,vt inter conditionalia,& non cõditionalia aliqua ſit differẽtia.Dicimus quòd ſi aliquis alicui dederit beneficium conditionale,vtpote,quæ dantur propter habitationem,deſerta habitatione beneficiũ amittetur. † Quæſi-
40 tum enim ſcio ſi data eſt domus alicui in feudũ ad habitandum,an vaſallus poſsit eam alij locare cum illud capitulum dicat quòd deſerta habitatione feudum amittitur. Et videtur quòd poſsit locare: quia vaſallus eſt maior fructuarius qui reperiatur:ſed fructuarius poteſt locare,ergo &vaſallus: vt ff.de vſufruc.l.arboribus.§.vſufruct.& l.non vtitur.& infrà,de mueſt.de re.alie.fa.§.rei autem.& infrà, in qui.cauſis ſeu.amit.§.in primis.Certè non videtur habitationẽ deſere re,qui dimittit inquilinum.vt C.de agric.& cenſi.l.cum ſcimus.lib.xj.& C.ſi per vim vel alio modo.l.j. Qui enim per alium habitat,& cõmoda percipit,per ſeipſum habitare videtur,vnde fructuarius poteſt locare,vt C.de vſufru.l.antiquitas.& ibi expreſsè dicitur q̃ is cui legata eſt habitatio poteſt alij locare. Item feudatarius alij poteſt locare. vt infra quali.olim feu.alie.pote.c.j.§.donare. Nec refert à quo fiat ſed cuius nomine,vt ff.de ver.ob.l.cum ſeruus.Item & ſi ſtarent oſtia clauſa,& ſine aliquo fructu domus,tamen retineretur ciuilis habitatio pro qua,& ſicut pro vſufructu interdicta redduntur.In contrarium videtur,quia feudum habitationis cenſetur cõceſſum in proprios vſus,ſed id quod conceditur in proprios perſonale eſt,vt C.de cadu. tol.§.ne autem.Item habitare facti eſt,& in factis propriis corporis nõ
y admittitur ſubſtitutus.yvt ff.de ſtatulib.l.Stichum.§.ſi.& ff. de leg.iij.l.fideicommiſſa.§.ſi.arg.ff.de ſolu.l.inter artifices. ff.de adop.l.poſt mortem.§.ſi.Item perſona videtur electa, ergo non eſt recedendum à perſona,vt ff.de manumiſſ.teſt. l.ſi ita fuerit.Solu.diſtingue an inhabitando propriè,& per ſe ipſum vaſallum verſetur aliquod cõmodum domini an non.Primo caſu videtur conceſſa habitatio in proprios vſus,
41 & ideo alteri locare non poteſt.† Secundo verò caſu, etſi videatur conceſſa in proprios vſus,tamen hæc eſt cauſa impulſiua non finalis,vt ff.de condi. & demon.l.Titio centum. in prin.Vel iſtud eſt cauſatum,quod eſt ſemper finale,non cau
z ſa.& dic melius vt infra dicam in vj.diuiſione.z † Vnum nõ
42 omitto,quòd quando conceditur ius habitãdi cũ proprietate,ſemper intelligitur conceſsio eſſe realis, vt not.ff.de vſufruc l.dominus.§.ſi.Item not.quòd dictio ita, quandoq; facit conditionem,quandoque modum, vt not. in cap.conſtitutus.de relig.domi.in nouella.Bald.&c.

42 TERTIA † Diuiſio feudorum eſt: quia aliud eſt antiquum,ſiue paternum,aliud eſt nouũ.Paternum voco quod fuit agnationis communis,vt infrà,de gradi.ſuc. in feud.c.j. ibi dum dicit paternum hoc eſt ſi fuit illius parẽtis, quæ fuit communis parens agnationis. Gl. tamen facit differentiam inter antiquum,& paternum, infrà de ſucceſsio.feud. capi.
43 primo.† Circa hoc dubitatur de tali quæſtione.Epiſcopus inueſtit aliquem in hunc modum,vt inueſtio te tanquàm de feudo veteri paterno,& antiquo ipſum feudum non nouando cognoſcens,& recognoſcens quòd dictum feudum habuiſti,tenuiſti,& poſſediſti directo iure feudi ab antiquo, nunquid per hæc verba & ſimilia doceatur, vel præſumatur eſſe feudum antiquum. Audacter, & apertè dico quòd per hæc verba antiquum non præſumitur nec probatur,
a quod ſic probo. a Nam hîc videtur communiter teneri quòd infeudare de nouo, illicitum eſt Epiſcopo, & à iure prohibitum, ſed antiquum feudum reinfeudare videtur conceſſum vt extrà de ſed.capitulo ſecundo.Sed hoc videtur regulare.& nunquam fallere,quòd vbi ſubſiſtentia certa,ſeu eſſentia facit negotium licitum, qua deficiente negotium erat aliàs illicitum, vel à iure improbatum, tunc enim verborum cautiones,ſeu enuntiationes in inſtrumentis, vel teſtamentis habitæ,ſubſiſtentiam eſſe non docent, ſed magis ex talibus verbis circunuentio iuris præſumitur, *niſi ſic eſſe, vt pronuntiatum eſt,per probationes legitimas doceatur,vt patet manifeſtè.ff.de probationibus. lege qui teſtamentum.ff.de legatis tertio.l.cum quis.§. Titia.C. de probationi.l.non epiſtolis. & lege non nudis.*Item probatur.ff.de re iudicata.lege magis puto.§.ne paſsim. & §.ſi æs.ff.da caſtrenſi peculio.l.ſi fortè.C.de ſacroſanctis eccleſiis.authenti.hocius.non tamen nego quin ex illis enuntiatiuis verbis nouum ſubſtantietur negotium, duntamen ſit in poteſtate enuntiantis nouum formare feudum, vel factum,vt ff.de legatis ſecundo.l.Lucius.§.quiſquis.de legatis tertio.l Lucius.§.primo.ff.de donatio.l.ex hac.& tangitur in dicto §.Titia.ſed in caſu noſtro ſubſiſtentia facti ſcilicet tempus ex antiquo tranſcurſu licitam facit infeudationem,quod ſi non fuerit cõtra ius eſt infeudatio,meritò verba Epiſcopi enuntiantis antiquum,ita eſſe non probant, nã vbi opus eſt eſſentia facti,verba non ſufficiunt:vt C.de vſuris.l.acceptam.ff.ad municipa.l.domicilium.C.de vſuris pupil.l.fina. extrà de eo qui mittitur in poſſeſ.cau.rei ſeruan. capitulo primo. imò inducunt circunuentionem iuris,pro hoc.ff.de tranſactioni.l.cum hi.§.ſi cum lis.Ibi fingi etenim lites poterunt &c. Hæc videntur vera niſi per probationes legitimas ita eſſe doceatur.vt ſuprà dixi. Nouum autem nõ poteſt dici concedi feudum,cum hoc expreſsè non poſsit
44 epiſcopus:vt dictum eſt. † Quid ergo ſi prælatus cum toto capitulo confitetur,& iurat omnia vera eſſe quæ in inſtrumento continentur, & prælatus eſt homo diligens, & in capitulo ſunt viri prudentes & perſonæ notabiles. R eſpondeo præſumam omnia vera eſſe,& ideo conſulo quòd quãdo prælatus facit huiuſmodi inueſtituras quæ poſſunt in dubium reuocari,faciat de conſenſu capituli,& habito ttactatu cum ipſo capitulo. & hoc per gloſſam ordinariam quæ eſt.C.de ſacroſanctis eccleſiis.authenti.hoc ius porrectum. in fine.vbi enim eſt prælatus,& capitulum,ibi eſt totũ continens niſi prælatus & capitulum faciant expreſsè contra iuris cõſtitutionem.C.de ſacroſanctis eccleſiis.l.iubemus nulli.verſicu.ſanè ſi omnes.vnde non poſſunt venire contra factum ſuum quando poteſt eſſe iuridicum.
45 † Dicit Ioan. Monach.quòd totum capitulum poteſt eſſe periurum. in capit. vt circa.de election.libro ſexto.Et ideo non poteſt quod iuramento firmauit negare.Et vide quod not.de electio. cap. dudum.in nouella.Bald.

46 QVARTA Diuiſio principalis feudorum † eſt quia aliud habet propriam naturam feudi,aliud impropriam.Natura autem nihil aliud eſt,quàm qualitas innata à principio generationis, ex qua virtus contractus proficiſcitur,& ſemper ineſſe videtur,niſi per pactum improprietur.vt infra de feudo non habente propriam feudi natu. cap.primo. & infra quid ſit inueſtitu.cap.primo.§.præterea.Natura ergo eſt quid

Source : BIU Cujas

quid à principio connexum,& non per accidens ſubſecutũ, vt not.ff.ſi.certũ.pe.l.certi cõdictio.in prin.& ff.de pact.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.verſi.quod etiam in ſpeciem dotis &c. Propria autem natura feudorum multas habet in ſe ſin-
47 gularitates à conſuetudine inttoductas.† Caſus tamen cõſuetudinis non dederminatus,relinquitur determinationi iuris cõmunis.vt in.c.Obertus.§.ſtrenuus.de.feud cog. Por-
q rò ad tenorem inueſtituræ ſemper eſt recurrendum,bquia vim contractus oſtẽdit,vt infrà,de duob' fratribus à capit. inue.c.j.& infrà,de quibuſdam alijs cau.extra feu.c.ſi cui.ibi dum dicit,ſermonem tamen inueſtituræ, necnon vim verborum,& ſenſum contrahentiũ intuentes &c. quæ aũt ſint feudorum ſingularia patebit in locis proprijs.Inter cætera
48 tamen eſt,quòd feudum alienari non poteſt.† Sed dubitatur,ſi eſt conceſſum claudo feudum curſoris,an valeat conceſsio,& videtur quòd non,quia oppoſitum eſt in obiecto. Item nec vendi poteſt:ergo repugnantibus adinuicem natura officium & conceſsio eſt inutilis.arg.à contrario ſenſu. ff.de leg.iij.l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. Sed contrarium dico,quòd non poſsit alienari,ſed poterit locari iſtius militiæ actus & reditus,vt infrà qualiter olim feu. alie.po.c.j.§. donare.cum §.ſeq.& not.ff.de leg.j.l.ſed ſi res.Ex hoc patet quid differt habitus ab actu.nam habitu conſiſtit feudũ in perſona dicti claudi,ſed actu non conſiſtit in eo,ſed alij cõmitteretur.ſic ff.de manu .l.ab agnato.aliàs incipit ſeruus furioſi.Bald.&c.

49 QVINTA Diuiſio feudorum. † Aliud paternum,cuius natura aſpicit maſculos tãtum deſcendentes,vt infrà,de leg. Cor.c.j.§.profectò. Aliud maternũ,cuius natura aſpicit primò maſculum,deinde fœminas, vt infra,de feu.fœmi.c.j.& ſicut paternum largè dicitur,quicunque ex ſuperioribus acquiſiuit,vt infrà,de na.ſuc.feu.c.j.§.paternum voco.Ita maternum dicitur quodque fœmina ex ſuperioribus acquiſiuit,quodque fuerit agnationis communis.Idem tamen puto in auo materno,qui fuit inueſtitus pro ſe & filijs filiæ.nã & hoc ex agnatione deſcendit. Quid ergo dicitur feudum paternum,& quid nouum,dicitur in nigro infrà,de gra.ſuc. in feu.c.j.§.his verò deficientibus.vt infrà,de natu.ſuc.feu. in princi.& infrà de alie.feu.pa.in princi.in glo.quæ incipit quod autem.& quando deſinat vocari paternum, & vſque ad quem gradum dicatur paternum,dicitur in d.c.j.de ſuc. feu.& quòd aliud eſt feudum paternum ,aliud ab anteceſſoribus acquiſitum not.ibi.in gl.quæ incipit quod ergo.circa fi.Et an refutatione deſinat eſſe paternum dicitur infrà,de vaſ.decrepitæ ætatis.c.j.in fi.Et quod feudum paternum,licet de nouo inueſtiatur inhilominus remanet paternum,dicitur ibidem.Et adde infrà,de inueſt.quam Titius accepit à Sempronio.c.penul.& infrà,an ag.vel filius.c.j.in glo.quę incipit ſed nunquid.

50 ALIA Diuiſio feudorũ.† Aliud eſt reale,aliud verò eſt perſonale.Reale eſt, quod tranſit ad hæredem:quia vnuſquiſq; ſibi ſuiſque hæredibus videtur proſpexiſſe vt infrà,de duo. fratr.à cap.inueſt.c.vnico.Aliud perſonale,vt feudum quod ad vitam alicuius conceditur.Aliud perſonaliſsimum,vt feudum ſoldati quod ex neutra parte tranſit ad hæredem.vt infrà,quis dicatur dux,marchio,comes.c.j.§.ſoldata.ff.de ver. ob.l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.ff.de ſerui. tit.generali.l. vt
51 pomum. † Quid ſi verba ita dicant,concedo tibi talem domum, vel tale feudum in fundum,ad vtendum & fruendum,nunquid iſtud feudum extinguitur morte.& videtur quòd non,vt infrà,in quib.cau.feu.amit.c.j.§.fi.In contrarium videtur,ff.de vſu,& habi.l.ſi.habitatio.§.ſi ſic.quod eſt verius,quia iſta cõceſsio facta eſt in ꝓprios vſus,ſicut ſi diceret,Cõcedo tibi talẽ fundũ in feudũ ad alimẽta.nã ꝙ in proprios vſus relĩqtur morte finitur:vt no.ff.de trãſact.l.cũ hi.§. ſi vim.ff.de vſufr.l.do.Ar. cõtra.ff.de dona.l.donationes in concubinã.§.ſpecies.ſed ibi loquitur in rebus,quæ vſu conſumũtur.vnde vſui ineſt proprietas,vt ff.de auro & argen. legatis.l.ſpecies. Vel ſolue vt notatur per doct.in.l.quarta ff.de aliment.& cibar.lega.quia ibi in cauſa demonſtrationis non cauſa arctandæ diſpoſitionis,quia in teſtamentis fit plenior interpretatio.ff. de regulis iuris. lege in teſtamentis.Baldus.

52 ALIA Diuiſio feudorum.† Quia quoddam eſt ligium,vbi iuratur fidelitas contra omnem hominem :quod feudum propriè non conceditur ,nec ſuſcipitur niſi ab eo qui nõ recognoſcit ſuperiorem.Quoddã eſt ligium,in quo prior dominus excipitur:vt infrà,hîc finitur lex Cor.deinde conſuetudines regni incipiunt.c.j.§.contra omnes.& infrà,de quibuſdam alijs capitulis extraordi.c.j.in princip. ibi,dum dicit pro feudo ligio contra omnes homines fidelitatem debet.& §.j.ibi,dum dicit,cum placeat quem ligium hominẽ duorum eſſe nõ poſſe:vt in Spec.de feud.& de ſtatu monarecolentes.vbi not.in nouellis.c Bald.

53 ALIA Diuiſio feudorum.† Aliud francum ſcilicet à ſeruitijs,ſeu operis exhibendis:quia nullum præſtatur ſeruitium pro eo:ſed non eſt francum à maleficijs,ſiue in faciendo conſiſtentibus,ſiue in tacendo fraudem,puta,quia non denuntiat domino inſidias.Et dicit Hoſtien.quòd francum poteſt alienari inconſulto domino:vt in c.vltimo. de rebus eccle. non alienan.Ber.contra extrà de fid.inſtrumen.c.inter dilectos.& melius:aliàs ſi delinqueret quomodo puniretur in amiſsione feudi.Sed iam ex natura talis franchigiæ alienaſſet,quod eſſet abſurdum,ſcilicet eum non puniri.Item quia dominum contemnere videtur.ſi autem habet voluntatem domini,poteſt alienare ſuum vtile dominium,ſed non proprietatem dominij,vt not.Inno.in dicto capitulo inter dilectos.nunquam enim dominus tacitè renunciare videtur ſuæ proprietati ſecundum Innocentium. Aliud eſt feudum non francum,de quibus Ioannes Andræas. de reſcriptis. in additio. Specul.& Andr.de Iſern.infrà,in quibus cauſis feudum amittatur.

54 ALIA Diuiſio feudorum .† Aliud eſt annale.Aliquod nõ annale.Annale eſt feudum guardiæ,& caſtaldiæ,& pro mercede alicuius rei:vt infrà de feud.caſtal.capi.primo. qđ poſt annũ quacunque hora immediatè auferri poteſt: vt infrà, de contentione inueſtiturę inter dominum & vaſallum.capi. primo.§.inſuper ſciendum.vnde dominus non tenetur expectare vltra annum,etiam per momentum.Iſte tamen annus poteſt augeri per pactum,quia prouiſio conuentionalis de tempore,potentior eſt legali,qua ceſſante legalis vendicat ſibi locum vt.ff.de ædil.edict.l.quod ſi nolit.§.ſi quid ita.per quem §.& videtur poſſe probari,quòd valeat conuentio,vt feudũ caſtaldię nullo tẽpore auferri queat.de quo per Andr.de Iſer.in capi.primo.quis di.dux,mar.& latius proſequitur hîc Iac.de Bel.Bal.

55 ALIA Diuiſio feudorum.† Aliud nobile,quod ſuum nobilitat poſſeſſorem.Aliud Burgenſe(vt ita dicam)quod ſuũ poſſeſſorem non nobilitat.vt infrà,quis dicatur dux Marchio.capi.primo.§.cæteri verò. Feudũ enim antiquũ ſapit nobilitatem, ſed non feudum nouum: quia nobilitas nõ naſcitur in ictu oculi:vt not.ff.de gra.l.ſchemata.Bal.

56 ALIA Diuiſio feudi.† Aliud eccleſiaſticum, Aliud ſeculare. Item eccleſiaſticum eſt triplex,quoddam quod datur ab eccleſia.quoddam quod ſuſcipitur ab eccleſia:quoddam quod datur vel ſuſcipitur à clerico,non tanquam ab eccleſia:vt infrà ſtatim patebit in nigro.& infrà,qui.mo.feu.conſt.poteſt.c.j.§.ſi qs domin⁹.& infrà de leg. Cor.c.clerico.aliàs eſt ſub titu.de cleri qui inueſt.facit. †Sed dubitari poteſt quãdo eccleſia recipit feudum ,vtrum teneatur iurare fidelitatẽ.Et in quodã libro reperitur tale capitulũ,de negotio ſuper quo nos cõſulere voluiſti,tibi ſecundũ vſum curiæ,& illius feudi breuiter reſpondemus quatenus pro feudo quod ab aliquo per eccleſiam retinetur,nulla ſit fidelitas facienda. Quod verũ eſt noĩe eccleſiæ:ſed bene debet fieri noĩe prælati:vt patet in Spe.de feu. Eccleſia enim deierare nõ videtur, ſicut nec pupillus,ſed prælatus ſic.Puto tñ ꝙ ſi eccleſia quæ debet eſſe mater iuſtitiæ in ſe,& in aliũ:vt infrà,de alie. feu. c.j. §.ſi cliẽtulus.nõ ſeruat pacta,ꝙ feudũ poſsit ab eadẽ auferri.nõ obſt.C.de ſacroſan.eccl.l.placet.vbi res eccleſiæ non incidit in cõmiſſum,quia verũ eſt qñ eccleſia venit cõtra legem tantũ,ſecus ſi venit cõtra legẽ,& cõtra pactũ, & cõtra hominem.nam delictum in omittendo,vel etiã in cõmittendo cõtra pacta,qa delinqtur à prẽlato,& capitulo nocet ec-

Source : BIU Cujas

cleſiæ,vt no.C.de.ſacroſanct.eccle.l.iubemus nullam.& in auth.hocius potrectum.in fi. Item ex defectu cauſæ finalis, ſeu tacitæ quæſtionis continetur: vt ff.loca.l.quæro.§.inter locatorem.Vel die,iſta ſunt vera in felonia contractus. Secus propter feloniam delicti:vt C.de ſacroſanctis eccleſijs.l.iubemus nullam. ver. ſanè ne omnis.Nec obſtat infrà, de capi.Cor.c.primo,§.& iterum ſi clericus.quia feloniam commiſit ibi ſolus prælatus,vt ibi patet. Vel dic vt ibi,& facit de his quibus vt indignis.l.polla.& quod notat ff.ſiquis omiſſa cauſ.teſtamen.l.ſiquis dolo.& ff.de verb.oblig.
§8 l.ſi ex legati cauſa. †Dicit aliquis,ex contractu adminiſtratoris non tenetur eccleſia,niſi quatenus facta eſt locupletior:vt not.ff.de nego.geſtis.l.ſi pupill.in princ.& ſi certum petatur.l ciuitas.& in dicta authen.hoc ius porrectum. & per Inn.extrà de iudicijs.c.cum deputati.& ff.de excep.dol.l.ſi.procurator agit.ſed ibi loquitur in his quæ veniunt ad originem obligationis inducendæ.Sed dic,in his,quæ veniunt ad executionem obligationis iam contractæ,& contractus legitimè celebrati,& ſic non obſtat contrarium. Nã & ſi prælatus,& capitulum faciunt contra l.ſi quis in tantam.non priuabitur eccleſia dominio,ſed prælatus & capitulum condemnabuntur in æſtimatione rei,ſicut ſi inuaſiſſent rem alienam,& ſic delictum non remanebit impunitum,& medietatem pœnæ ſoluet prælatus mediam capitulum tanquàm duo rei delinquendi.ff.de adminiſt.tu.l.ſi plures. Cõtra quod quilibet teneatur inſolidu.C de cõdi.fur.l.j.ſed ibi vt ſinguli hîc vt vniuerſi.Vide doc.C.de epiſ.& cle. auth.cauſa quæ fit cum monacho.Quidã dicunt quòd pœna.l.ſi quis in tantam.nõ habet locum de iure canonico, de dolo & contu.c.j.Sunt & in feudis plures aliæ differentiæ, tam ſubſtãtiales,quàm accidẽtales,quas videbimus in proſecutione materiæ.Sed pro præludialib⁹ hęc dicta ſufficiãt.

ADDITIONES.

a Par eſt.vide quæ dixi in extrauagan.volentes. vide cap.reuertimini. xxj.quæſtio.j.Andr.Barba.

b Ca.per tuas xij.diſt.Aduerte,quia cõmuniter doc.allegant multa iura in materia feudorũ in decretis,& tamen non reperitur tex.in decretis,qui de feudis faciat mentionem,ſed ſolum gl.nec mirũ eſt,quia iſta compilatio feudorum fuit facta poſt compilationem decreti,probatur in c.j.infrà,de for.fide.And.Barba.

c Feudum. de cuius ſignificatione infrà de allod.c.ad hoc. Et qui dicatur.infrà,de pace iuramen.firman.in cap.ad hoc.vbi dixi.

d Maior pars valoris.More Bar.in l.Ariſto.de dona.& quæ dixi in d. c.ad quæſtiones.Andr.Barba.

e Feudo cedere. Vide Bar.& Io.de Imo. in l.is cũ quo.ff.de aqua plu. arc.& doc.in c.quæ in eccleſiarum.de conſti. Vide plenè Io. de Imol. in c.ad audientiam de reb.eccle.non alie.& in c.ij de feu.& vide Dy.in cõſi.xliij.Io.in addi.Spe.in tit.de locato.§.nunc aliqua.vbi tenet gl.in c.fi. infrà,de.ca.qui cu.vend.quam gl.dominus Io.in l.is cum quo.alleg.pro ſing. Vide Bal.in l.Imperialis.§.callidis.infrà,de prohi.alie.feu.per Fede.& in c.j.qui contra conſti.Lot.bene.alie.& in præallega.c.fi.Iaco. de Bel.ibi dicit,quòd ſi interuenit ſtipulatio,vel pactum incontinenti non poteſt renuntiari,Bal.hîc tenet,quòd tenetur ad intereſſe.Limitat niſi interueniſſet iuramentum:per gl.l.ſi pecuniam.ff.de condi.ob cau. Vide tex.in contrarium in c.per tuas.de arbi.Facit:quia iuramentum intelligitur ſecundum naturam contractus.l.ſi.C.de non nu.pec.& l.fin. ff.qui ſatiſ.cog.Inter ſimplicem loquelam & iurametum dominus non facit differentiam,ergo ſi contractus non cogit præcisè : nec iuramentum.& vide quæ notan.ad Bald.in l.j.C.de ſen.quæ pro eo quod intereſt.& l.ſi quis maior.C.de tranſac.in tex.vbi plenè allegaui And.Bar.

f Fidẽ fallere. Vide pulchrũ text.in c.noli exiſtimare.xxij.q.j.ibi vt no. in l.incola.ff.ad muni. Vide ibi gl.ſi.loquentem de æſtimo,an eccleſia teneatur. de qua Bal. fecit feſtum in l.placet.C.de ſacroſan.ecc.An.Bar.

g Seruare ſtatutũ. Vide do.Ant.de Bu.qui notabiliter loquitur in præallega.c.j.de his quæ fi.à maio.par.cap.And.Barb.

h Vide quod not.in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff de verb.obl.& illam gl.no.quia eſt valde ſingularis,ſed Do.cam communiter non tenent. Vide not.in d.l.ſi pecu. Et vide Io.de Imo.qui refert illam gloſ. ad tria.in l.hoc iure.§ ſi quis.ff.de dona.And.Barb.

i Renũtiari.Adde ℘ quicquid ſit de eo,qui poſt feudum acquiſiuit tñ filius eius, ex quo cognouit hæreditatem paternã non poteſt renũtiare feudo,quod ei inſeparabiliter eſt vnitum,ſiue connexum:vt infrà an agna.vel ſi.c j.C.de iure delib.l.quidam eulogio § nũc aliqua. verſi.xj. Et quod not.Bar.in l.ſtipulationes non diuiduntur.in verſi. Celſus. de ver.obl.& in l.is eum quo.de aqua plu.arcen.C.de repu.hæredi.l.ſicut. etiamſi in iudicio abnegat feudum,nam non poteſt in ſunm fauorem, ſ d in ſuum damnum,quia qui in iudicio abnegat ius ſuum, videtur cedere liti.l.poſtquam.C.de pac.& gl.in d.l.ſicut.nam & pactio cùm duorum ſit vallata conſenſu,renuntiari vnius arbitrio non poteſt : vt dicit gl.ff.de ope.le.l.homine legato.Nam omnia quæ ſoliditatis vinculo copulantur,per alteram partem retractari impoſsibile eſt:

k Vtile dominiũ. Vide mona.in c.ad noſtram.de reb.eccl. non alie.vbi dicit,℘ in feudo non eſt dare vtile dominium. And.Barb.

l Trasfertur. Et ſic nota pro illa quæſt.gloſſatur ita in præſcriptione quærat directum dominium.de quo pleniſsimè vltra alios tetigit Sali. in l.traditionibus.C.de pact. Andr.Barba.

m Strictè. Vide Bar.in l.pro hærede.§.j.ff.de acqui.hære. Bal. & Io.de Imol. in l.Gallus.§.ſi à parente ff de libe.& poſth.And.Barb.

n De hære.in vj.pone quòd conceſſum eſt alicui pro ſe,& hæredibus proprij corporis feudum. Vtrum intelligatur de omnibus maſculis deſcendentibus in infinitum , dic ℘ ſic.C.de pact.l.j. in j.q.per Cyn.

o Transfertur poſſeſsio.Adde gl.not.c.ij.de conſti. Vide gloſſ.c.per tuas.de dona.quæ vult quòd per inueſtituram nulla quæratur poſſeſsio. Vide in c.authoritate.de inſti.& ibi dixi. Vide Compoſt. Io. And. Ant.in c.tranſmiſſa.de elec.& vide tex.in c cum Bartol.de re iudi.& ibi do.Abb. & vide l.pe.in c j.de reg iur.lib.vj.in fi.And.Barb.

p Inter dilectos.quod no.pro quæſtione quæ habetur in l.traditionibus.C.de pac.Vtrum per donationẽ principis, dominiũ tranſeat abſq; traditione,quia per hoc videtur ℘ ſic ad quod facit quod not. Io. And. in c.olim.de verb.ſig.& infrà de no.for.fide.c.j in §.ſi Et quod not. in in l.cũ duobus.in §.idẽ reſpõdit.ff.pro ſoc cõiuncta.l.pen.C.de don.inter vir.& vxo.& l.Cæſar.ff.de pub. Et videtur inferre vtrum princeps contrahat ſuper re aliqua an ipſam per modum priuilegij concedat.

q In prin.& ex gl. illius l.poſſet argui quòd ſi vaſallus incidit inſtrumentum,tacitè videtur poſſeſsionem retradere.& illa gl. non eſt alibi. de precario dic quòd ſi accedit alienationi, habet eam inducere, ſecus ſi ſtat per ſe,facit ff.de dona.l.Lucius de acqui.poſ.l.ſi quis ante.

r Quæ cadit in eis.Quia ſicut ſeruitutes per ſe non poſſunt intelligi, ita nec per ſe haberi,vel poſsideri:vt l.j.ff.de vſufruct.leg. & ibi gloſ. in ver ex bonis.quia omnes ſeruitutes accidentalia ſeu qualitates ſunt. Sunt etiam quædam res quæ poſſunt intellectu percipi, & non videri, vt poſſeſsio pro indiuiſo.de leg.ij.l.Mæuius. §.duorum.& per Acc.ibi in gl.in ver.hanc,probatur tamen per teſtes, dicentes ſe vidiſſe plures poſsidere ſimul tanquam eiuſdem rei conſortes:item ſunt quæda corporalia quæ non videmus,vt aromos in aere,& augmentum in cucurbita. corpus enim eſt quod eſt in vno loco, ita quòd non in alio ius eſt quod vbique eſt.l.ſi.C.de præſcript.long.temp.In corporalibus poteſt agi poſſeſſorio.de iudi.c ſi.

s In contrarium videtur.De donatione facta eccleſiæ.vide ad plenum Sali.in proœmio Codicis.vbi refert verba Io.de Lig. Vide Bal.ibi & in proœ.fforum.& dominum meum in rub.ff.de verb.obl. Andr.Barba.

t L.ſi quando.in princi.Imò terrarum ſtatuta,& conſuetudines debet ſeruari facere:vt infra titu j.in fi.prin.Item non poteſt ſine culpa diſſuetire vaſallum.j.eo.titu.c.j.§ notandum.in gl.Et in ore principis debet eſſe veritas,vt dixi de natura feu.in c.j.de no.for.fi.in fi.

v Tali lege. Vide ſingulares limitationes de hoc in l.fi.C.ſi contra ius vel vtil.publ.per Sali. And.Barb.

x Quod no.Et adde quod not.in c.ij.de reſcrip.in cle.in vlt.gl.quæ dicit ſcientiam principis nil operari,niſi de ea fiat mentio in literis.& non eſt alibi:& multi ſapientes ſuper hoc dubitauerunt,vt patet in conſilio primo Oldra.

y Non admittitur ſubſtitutus. Vide de hoc an aliquis poſsit ſeruire per ſubſtitutum,Bal.in l.quiſquis,C.de epiſc.& cle. Vide eum eleganter loquentem in l.parabolani.eo.tit.& Bald.in l.per hanc. C.de eroga. mili. anno.Andr.Barbã

z In vj.diuiſione.Cauſatum idem eſt quod eſſe eſſentiatum, & cõſtat ex fine vt not.in l.j.ff.ſolu.matri.

a Quod ſic probo Fortè contra id quod Bal.concludit.facit c.poſt ceſſionem.de proba.And.Barba.

b Eſt recurrendum.Not.de tenore inueſtituræ. Bal. in d.c.j.& ibi Bal. in l.j.C.de lati.lib.tol.Simile dicimus in emphyteuſi.l.j.C.de iure emphy.Simile dicimus in priuilegio.c.porrò.& c.recipimus.de priuile.Inno.c.j.ne ſede vacan.Vide text.in l.ad probationem.la j.C.de probat. in verbo,quem tenor adiuuat.allegat illum Bal.in l.ex hoc iure ff.de iuſti.& iur.Vide quæ dixi in c.ex tenore.de fo.compe. Vide quod pulchrè dixit Bal.in l.quoties.C.de ſuis & leg.facit c.ſeries.de teſti.l.ſancimus. C.de fideiuſ.Bal.in authen.ceſſante.C.de legi.hæric.text.in l.fideiuſſores magiſtratuum.§.pro Aurelio. in ver. lecta ſubſcriptione.ff.de fideiuſ.l.ſi quis ſtipulatur Stichum aliàs Pamphilum.in verſi.quærentibus inſpiciendus eſt ſermo.ff.de verb.obli.quæ duo iura allegat Pau.de Ca. cõſi.ccxxxv.facit c.tenor.de re iudi.c.pe.de confir.vti.& l.ſi.C.de reb. ali.non alie.in ver.tenor ſcriptus.c.ij.de dilatio.in ver.viſo tenore.Vide Bal.in c.venerabilem.de elec.vbi dicit ℘ vbi inſtrumentum non cãtat, nec ego cantabo:& in c.Rodulphus.dicit,quòd vbi ſcriptura non loquitur,nec nos loquimur.& in l.cum ancillis.C.de inceſt.nup.idẽ dicit in c. ſi.de proba.vbi acta non loquuntur,nos non loquimur.& in l.inter.C. de ſol.c.Ray.in verſi.ex forma de teſta.c.in ciuitate.de vſu. in verſic. ex forma ſui.c.accepimus.de pac.in ver.tali tenore.tex.in c.cum veniſſent. de in integr.reſti.in verſi. inſpectis priuilegiis in eodem proœmio. ibi, ſed prælatus & capitulum condemnabuntur.Not.hic,℘ ſi prelatus cũ capitulo incidit in pœnam.l.ſi quis in tantam.debet ſoluere medietatẽ pœnæ,& aliam medietatem capitulum,vide quæ not.latè ad Bartol.in præalleg.l.ſi quis in tantam,videlicet an ſit verum quòd illa pœna habeat locum de iure canonico.Item adde quod not,dicit Bal.in l.ſi.C.de impub.vbi ſi condemnatur capitaneus,& vniuerſitas,mediam pœnam ſoluit capitaneus aliam mediam vniuerſitas. Et vide quæ ibi ad Bald. ego addidi. Andr.Barb.

c In nouellis.Et per gl.in cle.paſtoralis.de ſen.& re iudic.in verbo homoque ligius.& Io.And.in cap.ex diligenti.de ſimo.& Andr.de Iſer.in cap j.de noua for.fide.

Incipiunt

Source : BIU Cujas

Incipiunt conſuetudines feudorum. Et primo de his, qui feudum dare poſſunt. Et qualiter acquiratur, & retineatur. Rubrica.

Hæc rubrica diuiditur in duas partes. Nam primò ponit titulum libri. Secundò diuidit tractatum ſuum quoad titu-
1 lum proximum. ſecunda ibi, & primo. † Sed contra primam oppono quòd malè dicat, incipiunt conſuetudines. Nam quoties conſuetudo tranſit in legem ſcriptam, perdit nomen conſuetudinis, & vocatur lex, vt inſtitu. de iure natura. §. conſtat. ſed iſtæ conſuetudines translatæ ſunt in ſcri-
a pturam[a] ergo debent appellari lex ſcripta. Solu. eſt duplex. Prima quòd ſcriptura hîc non interuenit, vt ius ſcriptũ per eam fiat, ſed vt memoriæ commendetur, & tanquam notoria conſuetudo non indigeat probatione. argumen. ff. de pigno. l. contrahitur. & quod not. C. ſoluto matrimo. l. dos à patre. & C. de ſecundis nuptijs. l. prima. Secundo modo reſpondetur, quòd vbi conficitur ſcriptura, tunc dicitur ius ſcriptum, quando habet ea, quæ ſunt iuris ſcripti: puta quia eſt lex plebiſcitum, Senatuſcõſultum, principum placitum, magiſtratuum edictum, vel reſponſum prudentum, quibus ſic datum eſt ius condere, & interpretari poſſe: vt inſtitu. de iure natura. §. ſcriptum ius. ſed Oberto de orto & Girardo non apparet, quòd data fuerit iſta authoritas, & ideo ipſi referunt, & non ſtatuunt. Certè & ius ciuile ſi refert prætoriũ non facit prætorium eſſe ius ciuile: vt inſtitu. de hæred. qualita. & differen. §. ſed his permittit prætor. & ſtatutum municipale, vel alicuius vniuerſitatis, ſi refert ius commune, non facit quòd ius commune dicatur municipale. vt not. in cap. primo. de conſtitu. libro ſexto. Venio ad ſecundam partem rubricæ, quæ tria facit. Primò loquitur de perſonis actiuis, ibi quæ feudum dare poſſunt. Secundò, de feudi acquiſitione. dum dicit qualiter acquiratur. Tertiò, de eius vita, & cõſeruatione: dum dicit & retineatur. Simile habemus de acquirenda, & retinenda poſſeſsione. & meritò permittit de acquiſitione: quia quod non acquiritur retineri non poteſt, & quia actus actorum in iure noſtro incipiunt à perſonis: vt inſtitut. de iure natura. §. omne. meritò de perſonis præmittit quæ feudum dare poſſunt. & ideo ſupereſt vt de ipſis videamus.

ADDITIO.

a In ſcripturam. Nota quando conſuetudo tranſit in legem ſcriptam perdit nomen conſuetudinis. Et an vocatur lex: Et an ſi quis articularet poſteà conſuetudinem, & non legem an ſuccumberet. Vide Ange. §. ex non ſcripto. in repetitione ſua. inſtitut. de iure nat. gen. & ciuili. vbi refert quendam magnum aduocatum ſuccubuiſſe. Vide Cyn. quæ ſit long. conſuetu. in l. ſecunda. C. & an iſtæ conſuetudines poſsint dici ius ſcriptum. Vide text. quòd ſic, prima diſtinctione cap. conſuetudo. in fin. & probatur inſtitut. de iure naturali §. & non ineleganter. quia cõſuetudo propriè commendatur memoriæ, & non ſcribitur, & tunc dicetur eſſe placitum principis ſaltem tacitum. And. Bar.

1 ☞ *Hæc dictio (quia) ponitur oſtenſiuè.*
2 *Patriarcha dicitur etiam epiſcopus.*
3 *Prælatus an poſsit infeudare ſine licentia capituli.*
4 *Conſuetudo habet uim decreti.*
5 *Prælatus an poſsit infeudare feuda quæ pertinent ad prælatum inferiorem ſibi ſubiectum.*
6 *Contractus ſi ſit dubius an ſit utilis eccleſiæ uel non, quid eſt in dubio præſumendum.*
7 *Conſuetudo infeudandi quanto tempore præſcribitur.*
8 *Prælatus an poſsit concedere conſanguineo ſuo rem quæ conſueuit dari in feudum.*
9 *Conſuetudines uiolentæ an præſcribi poſsint.*
10 *Prælatus ſolus, an poſsit uaſallo feloniam remittere.*
11 *Legati cardinales an poſsint infeudare res eccleſiæ. & nu. 12.*
13 *Relicta eccleſiæ uidentur relicta ea intentione, ut diſtribuantur pauperibus.*
14 *Prælati qui ſunt qui tenentur iurare non alienare ſine licentia Papæ.*
15 *An nomine alienationis contineatur locatio.*
16 *Prælatus ſi iurauit non alienare papa inconſulto, ſi impetrat licentiam alienandi non facta mentione de iuramento an ualeat alienatio.*
17 *Conſuetudo de infeudando an poſsit mutari propter caſum ſuperuenientem.*
18 *Conſuetudo eſt infeudare in maſculos, prælatus infeudat in maſculos & fœminas an ualeat.*
19 *Locationes beneficiorum eccleſiaſticorum an fieri poſsunt.*
20 *Papa poteſt ſibi imponere legem per clauſulam derogatoriam, ſed non ſucceſſori.*

QVia de feudis. Titulus iſte diuiditur in tres partes. Primò de perſonis quæ feudum dare poſſunt. Secundò de feudi acquiſitione, & retentione. Tertiò, de natura feudi. Secunda ibi: & quia. Tertia ibi. §. qui nondum. vſque ad fi. Item prima pars ſubdiuiditur in tres partes. Primò continuatio ad ſequentem materiam. Secundò quæ perſonæ eccleſiaſticæ & quando poſſunt feudum dare. Tertiò quæ perſonæ ſeculares. Secunda incipit in verſiculo feudum. Tertia in ver. marchio. Caſus ſummarius vſq; ad §. & quia. Feudum dare poſſunt prælati eccleſiarũ ſi eccleſiæ eſt conſuetudo & nobiles ſeculares & qui ab eis feudum accipiunt. hoc dicit. Ad caſum in terminis attendite. Tractatus de feudis continuat ſe ad materiam dicens. Primò videndum eſt de perſonis quæ feudum dare poſſunt. Secundò dicit, quòd in feudum dare poſſunt prælati eccleſiarum, ſi hæc eſt conſuetudo. Tertiò dicit quòd feudum dare poſſunt ſeculares nobiles, marchio, & comes qui propriè appellantur capitanei. Item qui feudum ab eis accipiunt qui propriè Regis dicuntur valuaſores, & hodie capitanei poſſunt feudum dare. Sed qui ab eis feudum accipiũt dicuntur minores valuaſores. hoc dicit.

1 Quia. † Iſta dictio quia, ponitur hîc oſtenſiuè: quia oſtendit intentionem loquentis, & materiam de qua tractaturus eſt alias ponitur reſtrictiuè, vt notat. ff.
2 de acquiren. poſſeſſ. lege ſi is qui animo. † Archiepiſcopus etiam patriarcha dicitur Archiepiſcopus, vt C. de ſacroſanctis eccleſijs. lege iubemus nullam. Papa autem ſe vocat epiſcopum. Addit tamen hæc verba ſeruus ſeruorum Dei, vt in proœmio ſexti libri. qui poteſt omnia eccleſiarum feuda infeudare, nam & cum illi infeudant Papa cum eis concurrit. Dicit enim Ioannes Monach⁹ quòd Papa pater patrum, cum omni prælato in poteſtate, & in iuriſdictione concurrit, vt ipſe not. in capit. ſi eo tempore. de election. libr. ſexto.
3 † Sed dubitatur an prælatus poſsit infeudare ſine conſenſu capituli ſui. Conſenſus enim non requiritur, ſi feudum ſit quid diſtinctum, & eius conceſsio eſt attributa prælato. Et idem
a dico de conſilio [a] quia conſilium capituli eſt præſcriptibile. & expreſſum inſtà, ſi de inueſtit. lis inter dom. & vaſ. ori. capitulo primo. §. in clericorum. vbi dicit quòd non requiritur ſcientia fratrum, ergo nec conſilium, nec conſenſus, nam ille qui plenam, & ſolus, ac inſolidum habet adminiſtra
b tionem non tenetur alterius exquirere opinionem, [b] vt dicit Accur. in l. Titium & Mæuium. §. primo. ff. de adminiſtratione tutorum, vel curatorum, & de pecunia pupillari
c fœneranda & deponenda. [c] † Conſuetudo enim vim ha-
4 bet decreti, iuxta notat. in authenti. de vſuris nau. §. finali. collat. ix. & ibi per Accurſi. Item tenaciter obſeruata habet vim iuſtitiæ. Item dat iuriſdictionem vt C. de diuerſis officijs, & apparitoribus iudicum, & approbatorijs eorum. l. vi-
d ros. libro xij. Item dat mandatum [d] vt ff. quod cuiuſque vniuer. no. l. nulli. & facit C. de erogat. milit. ann. l. j. lib. duodecimo. & C. de iure fiſci. l. ſuper creandis. & quod notat. extra de verborum ſignific. cap. cum clerici. in nouell. libro decimo. Et dicit Innocent. in cap. cum ab eccleſiarum prælatis. de offic. deleg. quòd conſuetudo dat iuriſdict. arbitris. [e]

Source : BIU Cujas

& quod not.in capit.primo.de capel. monac.in nouel.& de offic.Arch.ad hęc.in nouel.& in capit.ſua.de confir. vti.vel inuti.per Innocen.ſed Iacob.de Bel.diſtinguit.aut eſt vtile eccleſiæ aut non.quæ diſtinctio non reſpicit nullitatem ſed reſtitutionem in integrum,ex quo ſeruata forma,vt not.extra de in integ.re.c.j.& facit quod not.C.de ſac.ſan.ec.auth.
5 hoc ius porrectum.in fi. † Sed nunquid f ſuperior prælatus poteſt infeudare feuda quæ pertinent ad collationem
f prælati minoris ſibi ſubiecti.& videtur quòd ſic.Nam l. cauetur,ꝙ ſi abbas vendit rem alicuius eccleſiæ ſibi ſubiectæ & rem illam vendidit tanquã rem alterius eccleſiæ ſibi ſubditæ.& cuius non erat,reuocare non poteſt,vt legitur & nota.in l.j.C.ne fiſcus rem quã ven.lib.x.In contrarium videtur,quia iuri inferioris eccleſiæ non poteſt derogari, vt infrà epiſcopum vel abba.c.j.& no.in auth.de alie.& emphy. coll.ix.in prin.in gloſſ.in verbo ſententiam tenaciter in rebus eccleſiaſticis obſerua,vbi omnino vide,quia illa gl.in iure ciuili alibi non reperitur.Solu.Aut erat immediatè ſubiecta,& valet.Aut mediatè,& non valet,niſi fortè,eius vacante rectore.nam maior eſt poteſtas prælati quàm œconomi qui hoc poſſet.facit quod notat Inno.extrà de iudic. c. cum deputati.nulla autem dicitur in iſto paſſu eccleſia immediatè ſubiecta,quando rector ipſius non adminiſtrat nomine ſuo,ſed nomine ſuperioris prælati,nec eſt perpetuus,ſed annualis.& extrà de offic.ordin.c.quanto. Et de mediato &
g immediato adde quod no.in l.j.C.de contra.iudi.g † Quæ-
7 rit Iac.de Bel.quando eſt dubium vtrum contractus ſit vti-
h lis eccleſiæ vel non.quid ſit in dubio præſumendum h dicit ꝙ ſi feudum eſt apertum,preſumitur quòd ſit vtilis,aliàs ſecus.Sed gloſſ.quæ eſt in authen.hoc ius porrectum.in fi.dicit ꝙ vbi interuenit plenus conſenſus eccleſiæ,id eſt prælati & capituli,præſumitur factum in vtilitatem eccleſiæ proceſsiſſe.Et ego adduco generaliter ꝙ vbi eſt forma ſeruata, & decretum ſuperioris interpoſitum,ſemper præſumitur fa
i ctum pro vtilitate eccleſiæ.ar.no.ad hoc.C.de prędiſs curia.i
8 l.j.lib.x. † Quæro quanto tempore præſcribatur conſuetudo infeudandi.Reſpon.ſi eſt manifeſtè vtilis eccleſiæ præſcribitur ſpatio xxx.annorum.Si autem expreſsè damnoſa, requiritur tempus cuius contrarij memoria non exiſtat. Si autem eſt dubium,requiritur tempus xl.annorũ. & ſic poſſunt ad concordiam reduci variæ opiniones doc. tractantium hîc de tempore ipſius præſcriptionis non obſtante.C. de ſac.ſan.eccl.auth.quas actiones.& extrà de præſcrip.c.de quarta.quia præſcriptio quę ineſt conſuetudini,non eſt propriè præſcriptio,ſed eſt infirmitas taciti conſenſus à conſentiente in conſentientem, vbi non requiritur poſſeſsio continuata,ſecundùm actus vtentium,qui continui eſſe non poſ
k ſunt,vt ff.de ſer.vr.præ.l.foramen. k † Quæro vtrum præ-
9 latus poſſet rem conſuetam infeudari concedere conſangui
l neo ſuo in feudum l & gl.ordinarię dicunt ꝙ non.infrà qui ſucc.tene.c.j.& infrà ſi de inueſti.inter do.& vaſ.lis ori.c.j.§. fin.per auth.quibuſcunq; modis.C.de ſac.ſanc.eccl.Tu dic, ꝙ poteſt,ſi perſona non eſt eccleſiæ oneroſa.hæc enim ſemper inſpicitur iuxta no.in c.fi.de re.ecc.non alie.in nouel. ſi de hoc eſt conſuetudo,& per ſeruitium recipitur.Non obſt. dicta auth.quia loquitur de iure communi:ſed nos ſumus in iure conſuetudinario non ita rigoroſo,quia feuda ineuntur gratis,ſed contractus emphiteuticus non innitur gratis:
m & ideo nõ eſt eadem ratio,phibendi. hoc tenet Ia.de Bel.m
Et eſt expreſſum à contrario ſenſu infrà de cap.extraor. cap. ſummo opere.§.dicitur etiam.vbi tex. ſic ait dicitur etiam ꝙ ſi coniunctæ perſonæ gratia tale dederit feudum,ꝙ ex eo duos conſimiles vaſallos acquirere poſſet,inutile eſt beneficium,& loquitur in feudo eccleſiaſtico.Et adde quod not.
10 extra de app.in ca.de priore.in nouel. † Extrà quæro vtrũ conſuetudines cum violentia præſcribi poſsint. Reſpondeo
n non,vt not.in ca.fi.de re.eccl.non alie.in nouella n. † Que-
11 ro nunquid ſolus prælatus poſsit remittere feloniam vaſallo. Reſpondeo ſic, vt notat. extrà de ſen. excomm.ca.cum deſideres.in nouella.vbi dicitur quòd ſolus prælatus ſine capitulo non põt remittere communé iniuriam,ſed ſuam propriam ſic,& ideò ſi prælatus ſol' eſſet collator feudi cum felonia,reſpicit ipſum tantum poſſet ipſe eam remittere: Secus ſi collatio feudi eſſet communis. argument. eorum quę notant.in l.ſecunda.C.de liber. & eorum libe. & C.de authorit.præſtant.lege final. † Quæritur de legatis cardinali-
12 bus,vtrum poſsint infeudare res eccleſiarum ſuæ legationis.dicit Archidia.quòd iſti legati non poſſunt tollere iura ſubiectarum eccleſiarum. xxv. quæſtione.primo capite. de
13 eccleſiaſticis. † Dicit Ber.quòd legati de latere non poſſunt concedere caſtra eccleſiæ.ff.quod vi aut clam. l. prohibere. §.plena.quia ei non conuenit hoc de iure communi: ergo non attribuitur ei niſi probet conceſſum,iuxta aliam doctrinam Archid.xxv.quæſtione ſecunda.amputatio. imo eſt doctrina textus.C. de ſacroſanct. eccleſijs. authenti. perpetua. ibi dum dicit quibus hoc aſsignatur lege. dicit Archidia. quòd tanta poteſt eſſe inſtans neceſsitas eccleſiæ quòd ſine conſenſu capituli prælatus poteſt magnas poſſeſsiones eccleſiæ alienare. duodecima quæſtione ſecunda. terrulas. & ibi per Archid. Ego puto quòd iſtud ſit ratificandum de neceſsitate non à princ.ſed quid perfectum,& debebit fieri ratificatio ſolenniter iuxta notata ff. de negotijs geſtis. lege
14 Pomponius ſcribit. † Dicit Innocentius quòd ea quæ relinquuntur eccleſijs,ſemper videntur relicta ea intentione, vt perpetuò ſint ad vſus pauperum. & ideò cauẽdum eſt ab alienatione,& prælati periurium committunt & Deo & Papæ. de rebus eccleſiæ non alien. capitulo vt ſuper. in nouella.quia qui eligit eccleſiam perpetuam hæredem, eligit quæ non moritur.duodecima quæſtione ſecunda.capit. li-
15 berti. † Quæro qui ſint prælati qui tenentur iurare de non alienando Romano Pontifice inconſulto. Reſpondeo, omnes exempti, & qui aliquod beneficium, ſeu aliquem gradum à Papa recipiunt,vt notatur in capitulo finali.de eccleſijs ædificandis.& per Archidi. in capitulo ſecundo. de rebus eccleſiæ non alienandis.in verbo permiſsis.
16 † Et an nomine alienationis contineatur locatio decem annorum.dicitur ibi quòd ſic per Ioann. Andream. in capit. finali. ibi etiam notantem quòd iuramentum licitas aliena
o tiones arctat.o AB BATISSA.Nota quòd in adminiſtratione honorum temporalium æquiparantur Abbas & Abbatiſſa. Adde quod notat.extra de pœna & remiſsio. capit. Noua quædam.in nouella.& collige hîc argumentũ, quòd id quod dat prælatus dicitur dare eccleſia ipſa. Idem in eo quod recipit,vt notatur in capit.ſciant cuncti.de election.
p libro ſexto in nouell. p ANTIQVITVS. † Iſtud ver-
17 bum expoſui ſuprà. q Et notat quòd conſuetudo dat authorit.vt C.de agrico.& cenſi.lege domini prædiorum. lib. vndecimo. Et iſtud verbum antiquitus exponitur,extrà de rebus eccleſiæ non aliena. capit.ad audientiam.&c.poſſeſ-
18 ſionem.in nouella.ſuprà vt dixi † Et circa hoc quæro,ſi prælatus iurauit non alienare Romano Pontifice inconſulto,& impetrat licentiam à Papa,non facta mentione de iuramento,an valeat alienatio.dicit Ioannes Andreas quòd ſic.quia non venit contra iuramentum.extrà de rebus eccleſiæ non alien.capit. vt ſuper.in nouella.Idem dicit quòd
r nulla res intelligitur de menſa r, in qua alius habet vtile dominium,quam regulam tene menti.CONSVETVDO.
19 † Quæro hîc an conſuetudo infeudandi poſſet alterari propter caſum ſuperuenientem, vt puta,eſt conſuetudo de non infeudando nobilibus,& potentibus: modo vaſallus eccleſiæ alienauit,& eccleſia non poteſt recuperare nſi infeudet potentiori. Reſpondeo, licet propter hunc caſum Abbas, qui iurauit non infeudare Romano pontifice inconſulto, non poſſet omnino de nouo infeudare, tamen poſſet propter caſum imminentem conſuetudinem alterare. Iſte eſt caſus notabilis extrà de feudis. capitulo ex parte.§.finali.
20 † Sed pone,Conſuetudo eſt infeudare in maſculos,prælatus infeudat in maſculos & fœminas,quæritur an valeat infeudatio quo ad maſculos.Reſpondeo ſic,vt ff. de leg. ſecundo.l.ſi Titio rei.Et ſi dicatur,iſte prælatus eſt periurus, quia iurauit non alienare Romano pontifice incõſulto. Reſpondeo,non propter hoc eſt depoſitus,vt notat. C. de ſacroſanct.

Source : BIU Cujas

eroſanct.eccleſijs.l.iubemus.§.œconomus.Erit ergo nullum quod contra legẽ factũ eſt,ſed id quod erit ſecundũ l. habebitur ratum:vt C.de donat.l.ſancimus.& C.de teſt.l. hac cõ ſultiſſima.§.ex imperfecto. Sed contra omnia prædicta immediatè oppo. quia lege cauetur quòd non valeat conſuetudo ſuper infeudationibus rerum eccleſiaſticarum: vt infrà epiſc.vel abbat. c. j. Sol.dicit gloſſ. hîc poſita quòd loquitur de regalibus. In contrario loquitur de his quæ ſunt relicta pro anima,quæ tenacius inhærent.Et quæ ſint illa,nota.extrà de ſepulc.c.in noſtra. & c. nos inſtituta. in nouella. Et quæ ſunt iſta regalia not. in c. generali. de elect. lib. vj. Pro gloſſ. facit: quia aliqui dicunt quòd ille qui habet feudum à principe, intelligitur ex principis largitate habere feudum francum, ita quòd ipſe poteſt vendere irrequiſito domino, vel principe, vt C.de fundis patrimonialibus.l.hi quibus. libro xj.Sed iſta opi.eſt falſa vt in authen. de alie.& emphyte. §.ea vero.colla.ix.& C. de ſacroſanc. eccle. authent. hoc ius porrectum.Et ideo dicunt alij quòd dictum c.j.infrà epiſcopum vel abbatem, loquitur de conſuetudinibus quæ erant tunc temporis,quæ paſsim permittebant etiã reuerſa in domino infeudari obtentu vetuſtę conſuetudini:.nam hoc corrigitur ibi per Vrbanum.& hæc eſt veritas. Ea enim quæ nõ ſunt in dominio, id eſt quæ ſunt incorporata menſæ, bene poſſunt infeudari: vt d. c.ex parte.de feu.& not. Arc.xxxiij.

21 q.viij.in c.j. EORVM. † Not. quòd etiam cõſuetudo vnius eccleſiæ ſeruanda eſt in ipſa eccleſia:vt ff.communia prędio. l.venditor.§.ſi conſtat. Adde quòd actus inducentes conſuetudinem, habent diſponere ſuper iure eliciendo ex actibus hominum.Vnde quantũ conſuetudo habet de actu,tantum habet de potentia,& non plus: quia eſt præter legem, ſed ſi eſſet contra legem prohibentem non valeret. præterea nec poſſent de nouo induci futura:vt C. de fur.authen. nauigia.

22 quia habet perpetuã cauſam prohibitionis. † Extrà quæro quid de locationibus præbendarum, & beneficiorum,vtrum poſsint fieri.& dicendum eſt quòd ſic,non tranſeundo ad ſpeciem alienationis & non præiudicando alteri. xij.q.ij. alienationes.per Arc.& dixi aliàs de leg.j.in l.ſi domus. §.fi.

23 † Idem ait quòd prohibitus alienare, ſi locat in centum annos, non punitur tanquam alienans: nec talis locatio valet xij.q.j.abbatibus.Ad hoc facit quod not.ff.de leg ij.l. codicillis. §. inſtituto s quod fortè poteſt defendi ſi eſt actum φ tot ſint locationes quot ſunt anni.vt ff. de verborum oblig. l.ſcire debemus.ſed hoc non placet domino Dy. quia quæli bet perpetua vtilitas dicitur dominium. & quia fit in fraudẽ

24 ideo ſucceſſor non tenetur habere ratum.t † Extrà not. φ t per clauſulam derogatoriam papa poteſt imponere legem ſibi,ſed non ſucceſſori ſuo, vt not.Io. Mo.in ca. licet Romana. de conſtit. lib.vj & per Innoc.& Io.An.in c.cum ad monaſterium in fi.de ſtatu monachorum.& Ia.But.in l.præſcriptione.C.ſi contra ius,vel vtili. pub. per c. innotuit.de elec. & c.fi.de reſcrip.in vj.Bal.

ADDITIONES.

a De conſilio.Adde quod notat Archi.xxj.diſt.decre.Igitur nota conſenſum præſcribi poſſe, ſed non conſilium. de quo dic vt in c.non eſt.de cõſue.lib.vj.quod etiam conſilium præſcribi poteſt,niſi lex derogat conſuetudini. Adde quòd illud quod fit conſilio ſapientum, præſumitur factum bona fide.notatur in l.polla.C.de his qui.vt indig.Si Epiſcopus in ueſtiuit te tanquam de feudo paterno quia putabat te legitimum,cum eſſes ſpurius non valet, quia tacitè intelligitur ſi es filius. argumento l. iij.l.bonorum.ff.de bono.poſſeſſ.per Accur.l.eam quam.C. de fideicõ. Idem ſi inuenitur legitimatus per illam l. & C. de hæred. inſtituen. l.ſi pater. ff. de probatio.l. qui teſtamento. licet de iure fforum poſſet inſtituti æquali parte cum legitimo.l.Lucius.ff.de vulga.& pupil. Item conſuetudo aliquando dat actionẽ,& tunc procedit libellus generalis, quia in libello non debet exprimi actio, niſi reus excipiat contra libellum. Aliquando dat iuriſdictionem,tũc debet ſpecificari qualitas quæ dat iuriſdictionem,ſecũdum Inno.in c.cum ſit.de furt. Adde quòd conſuetudo eſt realis,quando prædicatur de re, abſque perſona, vt de aquis molendini, & alijs,ſed ſi de perſona tunc eſt perſonalis,quia diſtinguit per ſonas vt l.reſcripto.§.fi.de mu.& ho. ſecundum Inno. in c. prælenti.de fo.compe. Item in vna ſpecie dat iuriſdictionem ordinariam. Si quis cognoſcat vice propria non vice alterius, puta prætoris abſentis dat delegatam.l.iiij.ff.de dam.infe.Iuriſdictio poteſt prorogari,ſed non præſcriptio ad forum eccleſiæ feudum laicorum. An autem in vnum concurrant feudum,& vidua:dicit Inno.in c.ex parte. de foro compe.inſpici viduam,& ſic pertinere ad forum eccleſiæ: quia viduale priuilegium derogat iuri communi,quod eſt verum, ſi vidua intentat priuilegium l.in uito.de regul. iuris.per Accur. Adde quòd reſcriptum principis non tollit conſuetudinem ſecundum Archidia. xj.diſt.c.in his.dicit Inno.quòd ille qui iurauit ſeruare conſuetudines,tenetur ſeruare laudabiles,& non alias.extra de præſcrip. cap. Abbas,c.dilecte de maio.& obe.in præſcribenda conſuetudine non requiritur titulus. Innocen.in c.cum eccleſia. de cauſa poſſ.& proprieta.& nota.decimaſexta quæſt.iij. in ſumma,ſed quis dicitur titulus dicitur.cx.quòd ratio conſuetudinis dicitur titulus. l.de quibus.ff.de legibus in quæſtio.quanto tempore preſcribitur conſuetudo. & leges & conſuetudo habent diſpoſitionem vniuerſalem, ideo extenduntur:præſcriptiones verò non.Item conſuetudo aliquando dicitur vſurpatio:quia vſurpat ius alterius in capitulo primo.de feudo marchiæ. Item dicitur populi tacitum ſtatutum. Item ratio conſuetudinis,dicitur ipſa conſuetudo.cap. finali.de regulis iuris in ſexto.per Dynum.& licet in principio populus eſſet ſine lege, tamen ſemper fuit cum conſuetudine naturali,vel politica,vnde non prius fuerunt in orbe quàm conſuetudines:& ſic populus Romanus non tranſtulit in Imperatorem ius naturale,nec etiam conſuetudines,niſi quantum ad probationem,& reprobationem earum,ſecundũ Cy. quanquam fieri poteſt ſtatutum,& conſuetudo.l.de quibus.prędallegata.& quinquam non poteſt induci ſtatutum, vel conſuetudo ſecundum Innocentium in rubrica de cõſuetudine.Item ſuos tenet authores & ſubditos.l.neque ex prętorio. & l.neque pignus priuatorum.de regulis iuris.Item conſuetudo nemini facit iniuriam: quia eſt lex voluntaria illius loci, ſed præſcriptio ſic. Item conſuetudo eſt ius legis, ſed præſcriptio eſt ius litigantis. Cynus in l.conſuetudinis.Item ex conſuetudine,inter viuos præfertur vltimæ voluntatis intentio de penu legata.l dominus Stichus. per Accurſium. Item Imperator poteſt conſuetudinem tollere, ſed non facere. vt inquit. Andreas Barbatias.

b Opinionem. Iſtam rationem Accur. quam allegat Bald. hîc vide per Inno.in c.edoceri.de reſcrip.Andr.Barba.

c De adminiſtratio tu. Ad quod facit quod not Archidia.xxj. diſtinc.in decretis.vbi not.conſenſum præſcribi poſſe, ſed non conſilium. de quo dic vt in cap.ſi eſt.de conſuetu.in vj. quod etiam conſilium præſcribi poteſt niſi lex deroget conſuetudini. Et adde, quod fit de conſilio ſapientum,præſumitur factum bona fide & ſine calumnia.vt C.de his quibus vt indig.l.polla.quod nota.

d Item dat mandatum. vide Angel. in l. cum prætor. ff. de iudici. vbi allegat illum textum in verbo more. & vide Innocen. in cap. edoceri. de reſcriptis.vbi hoc ſingulariter dicit Bald. in rubri. extrà de ſyndico. Andreas Barbatia.

e Ibi dat iuriſdictionem. quod nota vires conſuetudinis. vide Bald. in rubrica de diuer.vbi pulchre loquitur.

f Sed nunquid. Vide pro hoc notabilem deciſionem Baldi in dicta l. prima qui dicit hoc verum quando eccleſia maior eſt in neceſsitate: ſecus ſi minor. Vide eum ibi omnino. Vide gloſſam in prædallegata lege prima.Andreas Barba.

g C. de contra. iudic. Sed quid ſi infeudatio pertinet ad conuentum alicuius monaſterij,an ſufficiat maior pars. dic quòd ſic: quia eſt maior pars vnius corporis: Secus in his, qui vt ſinguli habent infeudare, quia non ſunt vnum corpus,& ideò non eſt maior pars vnius corporis,vt dicit Archidiaco.xxj.diſtinctio. nicena. vbi videas. Et ſi ad vnum monachum tantum recidiſſet conuentus, ille monachus tenet locum præſidentis, ſeu prælati habitu,& actu, licet numerus in eo non ſoluatur actu. Vide quod notatur ſubtiliter ff. de legat.primo.in l.ſi grege. in gloſſa l.verbo deſijſſet.in ſecunda ſolutione contrarij. & per Accurſium ff. quod cuiuſque vniuerſi.nomine.in l.ſicut.in fine. Et nota quòd vniuerſorum aliquid eſſe dicitur dupliciter, vno modo vtilitate, alio modo proprietate, vt nota.in l. ij. ff. quemadmodum teſta. aper.in gloſſa in verbo aſcriptum,&c. Quæro de conſulibus vtrum quilibet habeat mandatum indiuiduum,id eſt, inſolidum. gloſſa ſentit quòd ſic. C. quando tutor vel curator.l.j.vel dic,vt no.ff.de pac.l.item magiſtri. Vnde quando diuiſa eſt poteſtas adminiſtrandi, non debet vnus in facto alterius vocari. C.ſi ex pluribus tutoribus l.ſi diuiſim. de reſcriptis capitulo edoceri. & ideo vbi committitur officium licet cum ſpeciali iuriſdictione ordinaria maiori non deroget: vt argumento C. de officio prætecti vrbis l.prima.& in cap.per hoc.de hæretic.in vj.dicit tamen Iacobus de Aren. quòd ſi viſitatio datur certo loco, excludit in illo loco viſitationem generalem,argument. ff. de legat.primo. in l. quòd in rerum. §. ſi quis poſt. facit extrà de accuſatio. cap. ad petitionem. & ff. de damn. infect. l. iiij. §. ſi tam vicinum.vbi omnino videas, quia genus idem eſt quod innominata ſpecies,vt not. in l. prima. de rebus dubijs. Accurſius ideò &c.

h Præſumendum.Vide Bald.qui notabiliter loquitur in l.fina.§.neceſſitatem.C.de bon.quæ libe.

i C. de prædijs curia.& illum textum nota ſingulariter quòd ſi interuenit decretum iudicis non poteſt allegari remedium l. ij. C. de reſcin. vendi.quod voluit Ang. in l. ſi quis cum alter. ff. de verborum obligationi & Bald. in d. l. ij. licet dominus meus videatur diſcrepare. Andre. Bar.

k L. foramen. & de qua materia not. Can.in c. cumana. §. fin.de elec. aliquid per Ioan.And.in c. accedentibus.de priuile. & Iacobum de Bel. hic qui etiam quærit an inducatur conſuetudo, ſi vnus prælatus dat ſemel in feudum,& accipiens poſsideat xl. annis. de quo infrà de feu. da.in vicem leg.commiſ. in capitulo fin. in fin. & aliàs not.C. de epiſc. audi.in l. ij.

l In feudum. vide Bald.in authen.quibuſcunque modis. & ibi ad Bal.

Source : BIU Cujas

plenè notaui. C. de ſacroſanctis eccleſijs. vide omnino, & adde etiam ſi eſſet conſanguineus ex parte vxoris. vide text. quòd in §. œconomi. & in authent. de alienat. & emphy. collatione ix. licet ſtatutum loquens de conſanguineis non comprehendat conſanguineos ex parte nuptiarum: vt tenet Ange. in l. quod ſeruus. ff. de condictione ob cau. Andreas Barbat.

m Iaco. de Bel. vel dic quòd palam & bona fide præſentibus & confirmantibus paribus poteſt propter authoritatem partium: Aliàs ſecus, ſecundùm aliquos, quod non placet: quia in feudo eccleſię non requiruntur partes & ideo ſine eis poteſt ſine damno eccleſiæ eijci. argumen. C. de admi. tut. l. non æſtimo. & l. tutor rerum.

n In nouuella. Adde quòd quædam ſunt perſonæ quæ præſumuntur vim inferre, vel dolum: vt l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat. & per Innocen. de accuſati. capitu. ſuper his. in gloſſa magna, verſicul. & hac ratione dicimus. & per Cy. C. de teſtament. l. volumus. & per Innocen. in cap. cum ex iniuncto. de noui operis nuntiatio. & vbi eſt metus ibi accidens naturæ contrarium, per quod natura vulneratur, tamen contractus non eſt ipſo iure nullus. vt nota. ff. de regulis iuris. l. Marcellus per Accur. metus enim eſt infirmitas voluntatis, conſilij vulnus, & animj triſtitia, voluntarij & inuoluntarij permixtio res libertati contraria. Si conſuetudo permittit infeudari in vnum hæredem, & infeudatur in duos, non debet permiſſum vitiari ab inutili, quod ſeparatum eſt ab ipſo. & iudex qui contrarium pronunciaret, malè pronunciaret. ff. de acqui. hæreditate. l. Clodianus.

o Alienationes arctat. Et de locatione ad tempus quando dicatur alienatio tres ſunt caſus. Aut ego alienare prohibitus, conſtituo tibi vſumfructum, & alienator dicor etiam ſi per vnum menſem tantum conſtitueren. Aut loco, & non dicor alienare, niſi ad longum tempus locetur. Aut promitto tibi dare fructus qui percipientur ſingulis annis, & tunc etiam ſi ad centum annos, non dicor alienare, ſed eſt quædam perſonalis obligatio. de vſufructu lega. l. fundi Trebatiani. & de hoc habetur per Bart. poſt Dynũ in l. codicillis. §. inſtitutio. de legat. ij. Quæcunque relinquuntur prælatis videntur relicta templo. ff. de ann. leg. l. annua. §. à Titia. & adde, idem eſt dicere non alienes, quod eſt dicere ſemper apud te habeas. ita dicit Accur. de lega. primo l. filius. §. diui. in gloſſa, in verbo, non poſsit. & quod eccleſijs relinquitur pijs vſibus deputatur, dicit Accurſius in quadam gloſſella in lege prima. C. communia deleg.

p In nonnulla. Et nota quòd non requiritur quòd abbatiſſa habeat authoritatem ſuperioris: quia id quod legitimè fit, potius iuſtitia quàm aliena authoritate firmatur: vt l. iij. in principio. ff. de adminiſtratione tutorum. Si ergo conſuetudo eandem præſtat mulieribus quam viris authoritatem, nimirum ſi talibus officijs rectè funguntur, aliàs ſecus. ff. de negotijs geſtis. l. qui aliena. §. quacunque. & l. fœminæ. ff. de reg. iuris. & extrà de pœni. & remiſsi. cap. noua quadam. C. de arbi. l. fina. de curatore furioſo. l. cuius bonis. & de ſtatu hominum. l. in multis.

q Expoſui ſuprà quid de longæuo tempore. Vide gloſſam in authent. de reſtitu. & ea quæ par. §. j. in gloſſa in verbo longæuo. Et vide ibi Angelum. de inueterata. & vide textum cap. final. de conſuetudine. & vide quæ notaui ad Baldum in l. vſuræ. C. de vſu. And. Barba.

r De menſa. Vide gloſſam ſingularem & meliorem de iure in clemẽtina ſecunda de exceſsione prælatorum. in gloſſa in verbo ad menſam. & Daneum in capitulo ſecundo, de feudis. & capitulo vt ſuper. hic alle. in gloſſa. And. Barb.

s §. inſtituto. & ibi eſt gloſſa quæ hoc dicit & eſt valde ſingularis. & vide Baldum & ibi not. in capitulo primo. §. vt libellario, quib. modis feudum amittatur. And. Barb.

t Habere ratum. Et ita non videtur va'ere, per notata per doctores in l. ſancimus. C. de donationibus. & per Bartolum in l. Modeſtinus. de ſolut. Aliam tamen conſueui dare cautelam, vt dicatur in locatis quod ex pacto non intendunt tranſferre dominium, vt ſin dicto §. inſtituto, retuli. Andr. Barbat.

1 ☞ *Proprietas nuda quare non dicitur quaſi poſsideri, ſicut uſusfructus.*
2 *Qualiter poſsideantur iura, & actiones.*
3 *Fructus nemo lucratur niſi ciuiliter poſsidens rationem ponit.*
4 *Papa ſi conceſsit alicui Abbati & capitulo ut poſsint infeudare aliquod prædium de nouo, ſi Abbas decedit antequam infeudet, an ſucceſſor poſsit hoc facere.*
5 *Comites & Barones qui accipiunt pedagia, an teneantur curtes ſuas tenere ſecuras à latronibus.*
6 *Totila rex flagellum Dei unde fuit oriundus.*
7 *Caſtrum aliquod deſertum reparans, uel ædificans an habeat iuriſdictionem ſuper populo qui ſe ibi congreget.*
8 *Conſecratio prælati an ualeat ſi non ualet eius electio.*
9 *Vaſallus an poſsit feudum quod tenet alteri infeudare.*
10 *Adultus an poſsit inueſtire de feudo ſine authoritate curatoris.*

Marchio. Hîc nihil repetit. de cõſuetudine tamen not. ꝙ iſta nomina appellatiua veritatẽ & eſſentialitatem ſignificant, vnde non dicitur prælatus vel comes, niſi qui de iure eſt prælatus, vel comes, vt C. de ſacro ſanctis eccleſijs l. decernimus. & not. C. de eo qui pro tutore. l. ij. & ff. de iureiuran. l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. j. & in cap. j. de reg. iuris. libr. vj. not. per Innocen. in cap. in literis. de reſtitu. ſpoliatorum. & C. de teſtamen. milit. l. ſcriniarios. ff. de cu. l. Herennius. & de conditionibus & demõſtrationibus. l. Publius. Hæc enim nomina non debent eſſe prætenſa, vel abuſiua: quia ius ſignificant: & ideo omnia poſſeſſoria pro huiuſmodi iuribus ſapiunt quandã cauſam proprietatis, vt ff. de interdic. l. ij. §. quædam. Oportet enim ꝙ id quod poſsidetur vel quaſi, habeat in ſe aliquam realitatẽ, vnde ſubſtantia poſſeſsionis corporalis eſt in corpore, ſubſtãtia verò quaſi poſſeſsionis iuris eſt in iure. Sed certè hoc poteſt aliter intelligi, videlicet ꝙ tale ius ſit in rerum natura nõ ꝙ ſit proprium poſſeſſoris: quia ſequeretur quod in iuribus incorporalibus non eſſet ſeparata cauſa poſſeſsionis à cauſa proprietatis illius iuris, quod eſt falſum. vt in capi. præterea. extrà de iure patro. in nouel. & eodem titu. c. conſultationibus. † Sed quæro quare nõ dicimus quaſi poſsideri nudam 1
proprietatem ſicut dicimus quaſi poſsideri vſumfructum. Reſpon. Bar. quia vſusfructus poſsidetur per patientiam domini non econtrario: vt ff. quibus ex cau. ma. l. ait prætor. §. item ei. Sed hæc ratio nihil valet. Pone enim quòd proprietarius deceſsit ſine hærede, ergo vſufructuarius non poſsidebit ius ſuum, quod eſt falſum. Et ideò dic quòd ratio eſt quia *nudæ proprietati non ſunt deputati aliqui fructus à iure & vbi nulli ſunt fructus, ibi nulla eſt iuris poſſeſsio*, ſecundum Inno. qui ita not. in d. c. prætereà. Sed hæc ratio non procedit. Pone enim quòd proprietarius recipiat cenſum pro nuda proprietate tamen non dicitur quaſi poſsidere *ipſam* proprietatem, & ideò ratio eſt quia proprietarius habet *ciuilem* poſſeſsionem ipſius rei, & rei appellatione etiam dominiũ ſignificatur. vt ff. de vſufruct. l. ſi alij. Et quia proprietas conſiſtit in iure tantum, ſed vſusfructus in iure & in facto: cui facto ſunt deputanda commoda. dixit Ioan. de monte mer. quod aliud eſt poſsidere actiones, aliud eſt poſsidere iura: vt
refert Ioan. Andr. c. querelam de elect. libr. vj. in nouel. † Et 2
ſcias quòd præter ciuiliter poſsidentem nullus lucratur fructus ratione poſſeſ. ſed ratione iuris quod habet in re, id eſt, ratione vtilis rei vendicationis, vel vtilis publicianę, vel confeſſoriæ actionis: *quia ciuilis acquiſitio eſt fieri dominum fructuum. de acquiren. poſſeſſ. l. iij. §. ex contrario. in gloſſ. ordi.* † Item ſcias quòd nullus habet ciuilem poſſeſsionem 3
niſi ei correſpondeat dominium, vel quaſi, vel res à nullo alio poſsideatur ſecundum Andr. de Iſer. & ita allegando in hoc opere ſemper intellige. [a] † Pone conceſſum eſt per priuilegium papæ cuidam abbati & capitulo quòd poſsint de 4
nouo infeudare quoddam prædium, deceſsit Abbas antequam infeudaret, vtrum ſucceſſor poterit ſupplere factum prædeceſſoris. Et videtur quòd ſic: quia eadem eſt dignitas. Item hæc conceſsio videtur facta fauore eccleſiæ, argumen. C. de ſacroſan. eccle. l. non plures in vlt. gloſſ. & quod not. in c. j. de transla. Epiſc. in nouel. In contrarium videtur: quia iſta conceſsio non eſt perpetua, ſed perſonalis, vt extra de inſtit. c. cum veniſſet. & licet factum à prædeceſſore teneretur habere ratum ſucceſſor. vt not. Arch. xxv. quæſt. ij. c. deceſſor tamen omiſſum non tenetur ſupplere, argum. infrà qui ſuc. ten. c. j. videtur diſtinguendum, aut iſtud priuilegium eſt cõceſſum ad impetrationem eccleſiæ, & tunc ſucceſſor teneatur quaſi gratia facta ipſi eccleſię. Aut ad impetrationem alterius, & tunc ſecus argu. C. de contraheñ. empt. l. fin. vt dicamus in confeſsione idem quod in compromiſſo, quod non tranſit in ſucceſſorem in prelatura vt not. Bar. ff. de vul. & pupil. l. qui liberis. §. hæc verba. & not. in c. vno delegatorum. de offi. deleg. & in c. vlt. de procur. in cle. in gloſſ. ordina. Et ita conſului in cauſa Comitis Sabaudiæ ſuper ſententia lata per Regem Francorum, cum in patrem eius eſſet commiſſa deciſio ſuper xliij caſtris feudalibus imperij. Nam non poterat dici iuriſdictio Regis Francorum in tam arduo facto potuiſſe protogari, ſine licentia Imperatoris, cum feudum talẽ conſiſtat in regalibus imperij, & quia compromiſſum fuit conſumptum morte regis: quod tene menti. & tangitur in c. vno delegatorum. de offic. delega. in nouel. Solu. diſtingue

vtrum

Source : BIU Cujas

vtrum ſit expreſſum nomen appellatiuum per prius quàm proprium,vel ſolùm nomen appellatiuum,& tunc ſucceſſor tenetur implere: an ſit expreſſum per prius nomen propriũ, & tunc ſecus.argument.ff.de curat.furi.l. cuius bonis. & l.ſi ſeruus.de ſtipulatione ſeruorum.& ff.de pac. l.ſi vnus. §.fin. Vel dic aut Papa iubet, & debet impleri per ſucceſſorem: Aut permittit,& tunc ſecus: vt not. ff. de iuriſdict.omnium iudic.l. & quia. vel coniũge ſimul iſtas duas vel vltimas opi. & hæc vera. Extrà not.quòd quædam ſunt de corpore patrimonij,& iſta ſunt tranſmiſsibilia,quia habent eandẽ ſubſiſtentiam in ſeipſis perſona mutata,ſicut non mutata, ſicut domus,ager,iura & obligationes. Quædam nõ ſunt de corpore patrimonij,ſed de hominis intellectu.& iſta non tranſmittuntur:vt C.de caduc.tollen.§.ne autem.& extrà de offic. delegat. cap. quoniam Abbas. Et adde quod not. ff. de pac.l.tale pactum.§. fin.& facit ff.de verbo.obligat.l.ſtipulatio iſta. §. ſi quis. Iſta propriè facit ad ſtatuta quæ dicunt quòd verba ſtatutorum debeant propriè interpretari. nam
b propriè intelligitur quod verè dicitur.[b] † Extrà quæro nun
5 quid iſti Comites & Barones teneantur curtes ſuas, in quibus colligũt pedagia, tenere ſecuras à latronibus. Reſpon-
c deo ſic. Alias tenerentur emẽdare damna deprædatorum.[c] vt not.Archidiaco.xxiij.quęſtione iij.c.ſi quis peregrinos.Et
d quo ordine debeant ſedere [d] penes regem.dic quòd ordine
e cõſueto:& iſte honor appellatur priuilegiũ: [e] vt not. gloſſ.de Archiepiſcopis Rauennæ & Mediolani. C. de ſacroſanctis eccleſijs. l. decernimus. Extrà quæro vnde fuit Totilla flagellum Dei. Reſpondeo, dicit Archidiacon. quòd fuit marchianus. xxiij. quæſtione v. cap. non vos. deinde ſcias quòd dominus Iacobus de Ardizo in ſumma ſua multa tractat de electione Imperatorum, & de eius coronatione, de quibus hodie non eſt diſputandum: quia eccleſia diſponit,& dicere contrarium eſſet percutere caput ad montem morellum. Ca
f pitanei. † Iſti ſunt quos vulgo Barones vocamus. [f] Et vt ait quidam magnus doctor.in ſum.ſua. † Quid de eo qui reparauit caſtrum deſertum, vel de nouo ædificat locum vbi ſe congregat populus, vtrum habeat iuriſdictionem ſuper illo populo.dic vt not. extra de verborum ſignificatione.c.quid per nouale in nouel. Item quòd Imperator tenetur facere ſeruari ſtatuta terrarum & conſuetudines.habes in l.fina. C. de iure reipublicæ.libr.xj. ſed ipſe ſit Papa in temporalibus: vt nota.inſtit.de re.diui. §. nullius.in gloſſ.in verbo Pontifices,id eſt,papas.Et an imperator poſsit deponi,& per quem dicam infrà.ſi de inueſti.inter do. & vaſal.oria.contro.cap.j.
8 † Quæro ſi non tenet electio prælati vtrum teneat eius cõſecratio.Dicit Ioan.Andr.quòd non,extrà de transla. epiſc. licet.quia vbi eſt defectus fundamẽti, nõ ſolum deficit ordo
g rei, ſed eſſe & ſubſtantia rei: [g] vt not. in cap. j. de rebus eccleſ.non alie.in vj. Idem ait quòd Papa non eget confirmatione extra de author.& vſu pal. c. ad honorem. in nouel.& legitur & notatur in cap. licet deuitanda. de elect.Pone,Rex conceſsit feudum, nunquid ſucceſſor teneatur id obſeruare quod fecit anteceſſor:dic quòd ſic.vt extra de iudic.c.nouit. Quæro ad quid fit hîc mentio de iſtis nobilibus, qui infeudant. Reſpondeo. olim non paſsim quibuſdam licitum erat infeudare,ſed certis tantum quibus hoc ipſum in ſumma vel magna dignitas,aut antiqua conſuetudo tribuebat,quia indecens videbatur, vt vnus ruſticus haberet vaſallos ſub ſe, quia habere vaſallos eſt quædam dignitas, cui & iuriſdictio ineſt.argumento eorum quæ not.Archid. in c.j. de conſuet. lib.vj. Sed hodie tam maiores quàm minores,& minimi valuaſores infeudant: imo etiam ruſtici dummodo habeant legitimam ſuorum bonorum adminiſtrationem: vt infrà, per quos fiat inueſtitu.c.j.§.nouit.quod nota.ſecundum Iac. de
9 Ra. † Quæro an vaſallus poſsit alij infeudare illud quod in feudum tenet. dic quod ſic æquali,vel meliori,& eadẽ lege. vt infrà,qualiter olim feudum alienari poterat.capitulo primo. §. ſi verò. & ſi de feudo fuerit controuerſia.cap.beneficium.& infrà de leg.Corradi.cap.ſi inter duos.§.ſimiliter. & infrà.de no.feud.§.itẽ eadem l.& infrà de c.Corradi.cap.j.§. prætereà.& ibi not.in gloſſ.quæ incipit.prætereà.& de prohibit. alien. feud. per Federicum capit. Imperialem.§.calli-
dis.& ibi not.in gloſſ.quæ incipit quæ vtique.& §.illúdque
10 & ibi not. in gloſſ. quæ incipit nota ergo. † Quæro an adultus ſine curatoris authoritate poſsit de feudo inueſtire, & quid de pupillo. Reſpondeo, vt not. infrà, per quos fiat inueſtitur.& per quos recipiat. in princip.& ibi not. in gloſſ. quæ incipit & merito. & infrà ſi de feud. fuerit controuer. cap.ſi minori.& ibi not.in gloſſ.quæ incipit, ſed de quo.&c. ſi quis deceſſerit impubere. & ibi not. in gloſſa quæ incipit, nota hîc quod non cogitur.vbi etiam dicitur quid econtrario.& ibi dicam.

ADDITIONES.

a Semper intellige.Dic quòd omne poſſeſſorium habet correſpondens petitorium ad quod ordinatur. C.de edic.diui Adri.l.final.in fin. C.de codicil.l.ſi quis ager.§.j.& ibi not.& tunc dicitur correſpondens quando vnum ex altero fit, vel ordinatur ab ipſo.Et ſicut eſt ordo duplex,ſcilicet ſubſtantialis,vt C.de ap.l.j.C.de iudi.l.nulli.cum ſi.& formalis.C.de ſen.l.prolatam.ita duplex eſt poſſeſsio,ciuilis & naturalis. l.nemo ambigit.C.de acqui.poſſeſ.& propterea dicit Oldr.quòd dum ſum in feudo vel in conſpectu,habeo naturalem, dum à longe habeo ciuilem,vt no.C.de acquiren.poſ.l.licet.per Accur.dum ſum habeo naturalem,id eſt totalem,& pleniſsimam,& quod hoc nomine ciuilis cõprehenditur à quo eſt effectus naturalis poſſeſsionis,non tamen quid diſtinctum eſt,niſi cum ſum extrà fundum à remotis:aliàs quòd parũ diſtat nihil diſtare videtur.Adde quòd in corporalibus requiritur patientia eius qui illam quaſi poſſeſsionem poteſt conferre,vel quia ſuperior:vel quia poſsidet.& ideo dominus non dicitur quaſi poſsidere dominium vſufructuario patiente:quia vſufructuarius ciuilẽ poſſeſsionẽ tradere non poteſt:quia eam non habet,nec habere poteſt:vnde non dicitur pati qui prohibere non poteſt.l.ſæpè.ff.de reiudic. Adde quòd ſubiecti habentur loco materiæ,cuius natura eſt eſſe ſubiectum paſsionis,ſed domini habentur loco formæ cuius natura eſt actiua in ſubiacentẽ materiam.& ſicut in naturalibus materia debet eſſe obediẽs formæ:quia actus actiuorum ſunt in patiente & diſpoſito.ſecundo de anima,ſic in arte iuris ciuilis eſt:vnde præceptum non facit quem prælatum,ſed obediẽtia ſuppoſitorum,ſcilicet reſpectu poſſeſsionis,& ſubiectionis.Et qui facit ea quæ debẽt facere ſubditi etiam ignorante prælato conſeruat poſſeſsionem prælati.ad quod facit ff.de vſufruct.l.arboribus.§.fina.& arg.ff.quemad.ſerui.amit.l.quæſitũ.de maio.& obe. c.inter quatuor.per Innocen.Si autem quis præcepit,& ei non obeditur,& iſte non poſsidet niſi labia ſua.dicit Innocen.in cap.olim.el iij.de reſti.ſpoliat.

b Verè dicitur.Etiam ſi ex adiuncto verbis ipſis,intellectus declaretur: nam quod per ſe non declaratur,per ſubauditum intellectũ ſæpe ſupplerur.vt ff.de liber.& poſthum.l.Gallus.§.j.de verborum obligatio.l.ſi quis ſtipulatus ſit Seium. ibi quærentibus &c. Conceptus enim mentis,& litera ſonans ipſum,eſt ſenſus literalis.de act.& obl.l. non figura. Et vide omnino quod not. de legatis ſecundo leget cum pater.§.cum imperfecta.per Accurſium. Et verba ſtatuti intelliguntur propriè id eſt inſpecta naturali verborum ſignificatione, nulla alia adhibita interpretatione.argumen.l.pediculis.§. Labeo.& ibi per Accurſium,& alios ſcriben.ff.de auro,& argento legat.

c Emendare damna deprædatorum.Vide Bar.& quæ ibi nota. in l. equid ff.de incen.rui.naufrag. Andreas Barbatia.quod fuit marchianus intellige triuiſanus.Andr.Barba.

d Debeant ſedere.vide gloſſ.inſtitu.de bono, poſſeſ.§.nunc alia.Vide Bal.ff.de offi.proconſ.§.j.l.obſeruari.§.ante.Vide Bald.vbi pulchrè loquitur in cap.cum olim.de conſue.

e Priuilegium. Et facit gloſſ.lxiij.diſtinctio.in cap.quod attendit conſuetudo,in quo loco ſedere debeat cantor in choro.

f Barones vocamus.Quis dicatur Baro,vide capit.fundamenta.§.deinde. de electio.lib.vj.Andreas Bar.

g Subſtantia rei. Ad hoc vide gloſſ. in capitulo cum ſuper.de cauſa poſſeſsio. & propriet. & per Ioan. Andre. in cap. quod ſicut.in vltima glo.de elec.& per Inno.eo.titu.cum dilecti.

1 ☞ *Filij licet ſint inæqualiter inſtituti, ſuccedunt tamen æqualiter in feudum.*
2 *Vaſallus an poſsit totum feudum aſsignare uni ex ſuis.*
3 *Feudum hodie extenditur in perpetuum, non tantum ad uitam fidelis.*
4 *Frater an ſuccedat fratri in feudum, iure ſucceſsionis an iure accreſcendi.*
5 *Frater decedens ſi inſtituit hæredem extraneum, an frater priuetur portione feudi quæ erat apud fratrem.*
6 *Quid ſi frater ſuperſtes commiſit culpam propter quam debet amittere feudum.*
7 *Quid ſi frater ſuperſtes renuntiauit parti ſuæ in manibus domini, an alia portio accreſcat ſibi iure ſucceſſorio.*
8 *Felonia uaſalli an noceat alijs ſucceſſuris.*
9 *Fœmina an ſuccedat in feudum.*
10 *Feudum paternum an deſinat eſſe paternum per refutationem.*

Source : BIU Cujas

11 *Pactum facit aliquid licitum, quod ſine pacto non liceret.*
12 *Feudum emptum ex communi pecunia fratrum, qui ſimul habitant an ſit commune.*
13 *Statuti eſſentia an ſit in ipſo ſtatuto, an in ratione ipſius, & qualiter apparere poſſit de intentione ſtatuentium.*
14 *Fœminæ licet iure Romano ſuccedant ſicut maſculi tamen à ſucceſſione feudi excluduntur.*
15 *Pactum conceptum in filio, uidetur habere locum in nepote.*
16 *Hæc dictio, uſque, ponitur incluſiuè in dilationibus & citationibus.*
17 *Feudum ad quem uadat ſi actum ſit quòd deficientibus maſculis tranſeat ad unam fœminam.*
18 *Feudum ſi datum ſit nullo onere ſeruitij appoſito, an nõ exiſtente maſculo ſuccedat fœmina.*
19 *Pacta qualiter, & quando poſſunt ampliare iuris diſpoſitionem.*
20 *Feudorum conſuetudines introductæ ſunt ſecundum uſum inſtitutum à ſapientibus antiquis.*

Et quia vidimus. Iſte §. continuatur ad præcedentia in hũc modum. Dictum eſt ſuprà in principio vſque ad præſentem. §. de prima parte rubricæ, ſcilicet de perſonis quę feudum dare poſſunt. Sequitur de ſecunda, & tertia parte rubricæ ſcilicet de acquiſitione & retentione feudi. Diuiditur autem iſte §. vſque ad §. notandum in tres partes. Primò tractat de acquiſitione & refectione feudi iure antiquo, & nouo. Secundò de ſucceſsione filiæ in feudum. Tertiò de ſucceſsione feudi iure nouiſsimo. Prima pars durat vſque ad §. hoc autem notandum. Secunda vſque ad §. hoc quoque ſciendum. Tertia vſque ad §. notandum. Caſum breuiter proiecti, ita poteſtis ponere vſque ad §. notandum. Vaſallus ipſo viuo non priuatur feudo: ipſo verò mortuo ad filios æqualiter feudũ pertinet & ſi filij non ſint ad nepotem & ad fratres, eis non extantibus, ſi feudum eſt paternum vel nouũ & per pactum eſt. Filiæ vero in feudum non ſuccedunt. Nouiſsimo autem tempore collaterales vſque ad ſeptimum gradum deſcẽdentes, maſculi in infinitum ſuccedunt. hoc dicit vſque ad §. notandum. Caſum pueriliter ita poteſtis ponere, licet nõ eſſet opus pro proiectis. primo continuat ſe dicens. Vidimus de perſonis quæ feudum dare poſſunt: videndum ergo eſt de initijs feudorum. Et eſt ſciendum quòd iure antiquiſsimo fuit in poteſtate domini feudum reuocare, quandocunque ſibi placuerit, poſtea verò ante vnum annum finitum non poteſt reuocare. deinde fuit vita feudi extenſa vſque ad vitã fidelis: poſteà verò mortuo ſcilicet fideli, pertinebat ad filios, ad illum tamen quem dominus volebat eligere, deinde cœpit ad omnes æqualiter pertinere. Poſteà verò Imperator Corradus Romam profectus rogatus à fidelibus, legem condidit, quòd ad nepotes feudum produceretur, & quod frater ſine legitimo hærede defuncto frater in feudum quod erat patris eorum ſuccederet. Si verò frater à domino feudum acceperit, ipſo defuncto ſine legitimo hærede, frater ei non ſuccedit. Item & ſi communiter acceperint, niſi per pactum aliud fuerit ſpecialiter conuentum, relicto tamen legitimo hærede frater ſemper excluditur, & hoc vſque ad §. hoc autem notandum. Iacobus de Bel. AEQVALITER.

1 † Not. quòd licet filij ſint inæqualiter inſtituti: tamen æqualiter ſuccedunt in feudo. Nepotes verò cum patruis ſuccedũt in ſtirpes, & non in capita. Sed non extantibus patruis ſuccedunt in capita, & non in ſtirpes. Et eſt ratio, quia cum ſuccedant iure proximitatis, ita eſt proximus vnus ſicut alius. Nec eſt ratio quare ideò minus ſuccedat, quia cum pluribus ſuccedit quoniam natura ipſa indiuiſibilis eſt, & opinio A-
2 zo. [a] fuit quòd idem eſſet in mera ſucceſsione hæreditatis. Et hanc opinionem tenet Iaco. Veronenſis & maximè quia de iure communi hoc eſt verum, nec reperimus hunc caſum aliter deciſum in vſibus feudorum. allegatione authenticæ, de hæredibus ab inteſtato. §. illud palam. & §. reliquum. & inſtitut. de legitima agnatorum ſucceſsione. §. hoc etiam. Alij dicunt & melius, quòd patrueles ſuccedunt in ſtirpes, quia ingrediuntur gradum paternum, & hoc tenet Accur. C. de legitimis hæredibus. authentic. ceſſante. & idem tenebat dominus meus in libro meo. infrà, de natura ſucceſsionis feudi. vbi habeo tale capitulum. vt in quibuſdam libris reperitur videlicet: Decedente fideli abſque liberis ex ſe deſcendẽtibus, & in feudum ſuccedentibus, ſiquidem feudum fuit communis parentis fratres defuncti cum filijs in præmortuorum fratrum ſtirpem ſuccedant, his verò non extantibus ad agnatos proximiores id volumus pertinere, & ſi quidem in pari gradu ſunt pariter admittuntur, ſi verò ex vno eſt vnus, ex alio ſint plures, nõ in ſtirpem, ſed in capita ſuccedere debere ordinamus, verba text. Iam ergo non eſt quæſtio quia eſt caſus l. vt C. de furt. l. ancillæ. Gloſſ. infrà de prohibita alien. feudi. per Lotha. in capitulo finali. dicit ſe dubitare an talia capitula, quæ reperiuntur in paucis libris ſint te
2 nenda pro legibus quàm gloſſ. not. † Sed quæro de vno, vtrum vaſallus poſsit vni ex filijs aſsignare totum ius feudi.
b dicit dominus Iacobus quòd ſic. [b] argument. ff. de ritu nuptia. l. filio. §. finali. & de pace conſtan. §. in ciuitate illa. in fin. & infrà de alienatione feudi pa. capitulo primo. verſi. & licet prohibeatur. & facit ad hũc §. ff. de oper. liber. l. vt iuriſ iurandi. §. ſi liberti. & quod dicam infrà, an fil. vel agna. cap. primo. & quod plenè not. in Spe. de teſtamen. §. primo. verſiculo finali. vbi plenè diſputatur an nomen hæredis repræ-
c ſentetur in filio, vel filia inſtitutis in re certa, [c] ibi videas. Nota quòd antiquiſsimo tempore erat in poteſtate dominorum, quando vellent feudum auferre, ſed hodie non eſt ita
d niſi feudum concederetur ad beneplacitum. [d] Sed opponitur quòd imò & hodie fit idem anno tranſacto: vt infrà. ſi conten. fuerit inter domi. & fidelem de contentione feudi. capitulo primo. §. item ſciendum. Solu. ibi loquitur de feudo guardiæ, vel caſtaldiæ, vel ſimili. vt infrà, titulo primo. capitulo primo. hîc de alijs feudis propriè ſumptis. Nota ergo quòd in feudo guardiæ, vel caſtaldiæ, & quod pro mercede alicui datur, nihil eſt hodie immutatum de eo quod determi
3 natur in dictis capitulis. † Secundò nota quòd de quadam alia iuris prudentia, feudum extendebatur vſque ad vitam fidelis. Sed hodie in perpetuum, ſed cõtra. imò videtur quod etiam hodie non extendatur vltra vitam fidelis, vt infrà, de feud. March. capitulo primo. Solu. ibi ſpeciale in feudo Marchiæ, ducatus, & comitatus, vel alterius regalis dignitatis, ſeu Baroniæ ab Imperatore dato, in quo de rigore conſuetudinis non ſuccedit hæres: tamen hodie & illud eſt perpetuum per vſurpationem, non per rigorem iuſtitiæ, vt infrà de alienatione feudi. §. in feudo comitatus. ſecundum gloſ. Tertiò nota quòd Corradus conſuetudinem, quæ loquebatur de filijs, prorogauit ad nepotes ex filio, ergo nomine filij non continebatur nepos. Circa quod eſt ſciẽdum quòd hoc nomen filius, quandoque ponitur vt cauſa alicuius priuile
e gij & non cõtinetur nepos, [e] vt ff. de excuſatione tutorum. l. ſecunda. Quandoque vt terminus priuilegij, & idem vt hîc. C. ad Trebellianum. l. iubemus. Quandoque vt terminus pœnæ & idem, vt not. extrà de fil. presby. cap. ad excludendas. in nouella. Quandoque ratione deſignandę prolis, ſiue in honorem ſanguinis, & tunc continetur nepos. Vnde in materia feudorum, ſi quis hodie reciperet feudum pro ſe, & hæredibus ſuis, intelligeretur de hæredibus ſanguinis [f]
f ex ſe deſcendentibus. vt infrà. de gradibus in ſucceſsione feudi. capitu. primo. & de duobus fratribus à capitaneo inueſtitis. cap. primo. & de alienatione feu. cap. primo. §. & ſi clientulus. Et adde quod notant moderni de verborum ſignificatione. l. liberorum. Et dic quòd filius eſt nomen generis, & nomen ſpeciei, ſicut adoptio. Nam græcè eſt nomen generis, quia dicitur à philos quod eſt amor, vnde etiam de nepotibus, & reliquis prędicatur. Sed latinè eſt nomen ſpecificum
g niſi natura actus, vel fauor extendat vlterius. [g] Nota quòd feudum quod fuit eorum patris dicitur paternum. Idem ſi filiorum aſcendentium vſque ad nomen nominatum in iure. Sed ſupra nomina nominata in iure magis propriè ſũpto vocabulo dicitur antiquum ſiue maiorum ſuorum: vt ff. de grad. l. Juriſconſult. Sed largo modo paternum appellatur quod fuit aſcendentium quorumcunque in infinitũ, vt
4 infrà de natura ſucceſsionis feudi. capitulo primo. † Sed hîc quæro vtrum frater fratri ſuccedat in feudo paterno iure accreſ-

re accrescẽdi:an iure successorio: nam tex.superi⁹ dicit hoc
h iure successorio &c. h Item pro hoc,quia ius accrescendi habet locum in acquirendis non in acquisitis. Nec reperimus quòd hæc regula fallat nisi in vsufructu formali, cuius ratio est:quia ille vsusfructus semper est in fieri, & pro futuro tẽpore nullum ius causatum est in eo,vt ff. de vsufruct. accrescendi. l. prima.§.interdum.Item si esset ius accrescẽdi esset ex aliqua coniunctione re, vel verbis, vel mixta. Sed inter fratres nulla est talis coniunctio, licet inter eos sit coniunctio naturalis, & legalis tamen in acquisitionibus singularibus,sicut est acquisitio feudi,coniunctio legalis nõ parit ius accrescendi,vt ff.de legat.ij. & l.Proculo.Item nos videmus quòd succedunt agnati qui morientibus nullo modo coniuncti sunt,vt infrà,an filius vel agnatus.cap.primo.Item est hîc expressum, ꝙ si coniunctim datum sit feudum duobus fratribus,non accrescit de vno in alterum,nisi specialiter cõtineatur in verbis inuestituræ,ergo coniunctio verbalis cõplexiua,siue realis,siue cõiunctiua nihil habet operari.Item hæc est regula, quòd in contractibus non habet locum ius accrescendi, & ratio est, quia imputent sibi contrahentes, qui sibi non prospexerunt,vt ff. de verbo. obligat. l. si mihi & Titio.nisi resultaret absurditas: vt ff. de contrahen.empt. l.fundus ille,vel nisi sit imperialis largitas: vt C. si socius li-
i bet. imper. l. j.libr. x. i Nec obst.quòd aliquando vocamus ius accrescendi, quia iste sermo est potius facti quàm iuris, id est, quoddam augmentum, propriè verò appellatur ius successorium.Sed dices,quid ad Rhombum. nam de nomine non est curandum, habito identitatis effectu, vt not.in authe.de san.*Episco.infrà.si qua mulier.* collat.ix. Respondeo,*si est ius successorium*, debet acceptari, & potest repudiari.Sed si est ius accrescendi, tacitè & ipso iure accrescit, & fortè inuito,quia quando vtraque portio est grauata,nõ potest pro parte acceptari,pro parte non,vt ff.de leg.ij.l.sed duobus.& not.C. quando non pet.partes.in gloss.fi.Verius est quòd sicut in legatis,etiam si esset ius accrescendi, posset portio accrescens repudiari,vt C.de cadu.tol.§.his ita. Bar. dicit in d.l.si mihi & Titio. quod est verum ius accrescendi, quia istę est quædam mortis causa capio: in qua sicut in donatione causa mortis,habet locum ius accrescendi. vt C. de cad.tollen.l.j. in fi.sed certè mortis causa capio, est ordinatio hominis,non legis, vt legitur.ff.de fideicommi. liberta.l. Thais.§.Stichus seruus.& fit per ordinationes incertas,non per dispositiones obligare valentes.Item ius accrescendi nõ habet locum in iuribus separatis,vel aduersatiuis.ff.de bon. possess.l.sed cum patrono.& ff.de condi.& demon. mulieri & Titio.Tu dic vt superius quod ista est potius quædam legis prouidentia quæ non habet vim relicti. Ista sunt verba gloss.in alia materia.C.de sacrosan.eccles.authen.si qua mulier.in gloss.parua vltima. Item hoc prouenit magis ex natura inuestituræ,vt infrà de feud.marchiæ.c.si capitanei.& est prouisio legis supplens factum hominis, vel ipsum interpretans,quia sicut si à prin.fuisset vnus hæres totum habuisset: ita si res recidat ad vnum,vt ff.quod cuiusque vni. not.l. sicut in fin.nam hoc & fuit & esse debuit de partium intentione. Vnde idem esset in emphyteusi quod in feudo,quod accresceret per naturam contractus, & tacitam prouidentiam contrahentium:vt argument.ff.de pactis.l. tale pactũ. §.finali. Quandoque ius accrescendi appellatur tacita substitutio,vt not. ff. de legat.ij.l.si Titio & Mæuio.§.Iulianus.
5 † Quærit gloss. pone quòd frater qui decessit extraneum hæredem instituit,nunquid frater superstes priuatur ea portione feudi quæ erat apud morientem. Respondet gloss. quòd non,nec dicitur mortuus cum hærede,in materia feudorum ille qui decedit extraneo relicto hærede cum liberos non habeat:vt infrà de succes.feud.cap. primo.§.nulla. facit quod not.ff.ad Treb. l. quia proinde. Itaque feuda nõ percipiuntur mero hæreditario iure, sed potius principali prouidentia.argumen.ff.de adoptio.l.si arrogator. §.sed an
6 impuberi. secundũ glo. & bene. † Sed quid si iste frater superstes commisit culpam ex qua debet feudum amittere. Respondet gloss.quòd tunc non succedit in feudum,quod dic vt dicam. infrà de prohibita feudi alienatione. per Fed.
7 cap.j.§. fin autem pater. † Sed pone quòd frater superstes, renunciauerat partem suam in manibus domini. nunquid alia portio sibi accresceret iure successorio. & videtur quòd sic,sicut in vsufructu,vt ff.devsufru.l.Titio.§.vsumfructum. Item ad hoc argument. ff. de vulga. substitu. l. cohæredi.§. fin.quod verum credo:quiavt dixi non est strictè loquendo ius accrescendi.& facit infrà,de eo qui finem fecit agna.ca.j.
8 † Quæro vtrum felonia vasalli noceat alijs successuris. dicit gloss. quòd sic, quod verum est in omnibus descendentibus ad infinitum, in agnatis verò vsque ad quartum gradum excluſiuè:vt infrà si vasal. feudo priuetur cui defera.c.
9 primo. † Quærit gloss.nunquid fœmina succedat in feudo.
k dicit quòd non k nisi in tribus casibus.Primus quando nominata est inuestitura. Secundus quando feudum redemit à domino. Tertius quando dominus ei dedit propter seruitium patris:quibus casibus ab aliquo ex parentibus non inquietanda est. vt infrà quemadmodum feudum ad fœmi-
l nas pertineat.c. si quis sine filio masculo. † Et quia hîc agi-
10 tur de feudo paterno, an refutatione desinat esse feudum paternum dic vt infrà de vasall.decrep.æta.cap. primo.in fi. Et an per nouam inuestituram, desinat esse paternum, habes in eod.cap.Et si vasallus refutauit feudum, vt filij *inuestirentur* à domino, quibus inuestitis vnus eorum decessit sine hærede, quæstio fuit inter dominum & fratrem defuncti,vtrum esset nouum,vel paternum.& dicitur quòd est paternum infrà,de inuestitu. quam Titius accepit à Sempronio.cap.primo. Quid si agnatis consentientibus,dominus *filium vasalli de feudo* inuestiuit paterno,posteà sine liberis decessit filius, *pertinebitne illud* feudum ad agnatos tanquam paternum:dic vt not.*infrà* an *agnatus* vel filius.c.primo. in gloss. sed nunquid. † Deinde dicitur *hic* quod per
11 pactum licet,quod sine pacto non licet.& quòd pactum trahit feudum extra naturales terminos feudi, ad terminos pacti. Istud est brocardicum gloss. super quo dicendum est ꝙ quædã producuntur in esse per pactũ,quædã producuntur in esse ex natura rei, quædã prorogantur per pactũ, quædã
m per pactũ concedũtur præter ius cõmune.Primo casu,licet per pactum quod aliàs non liceret. Secundo casu idem est natura contractus, quod pactum. Tertio casu loquitur de ædil.edict.l.quod si nolit. §. si quid ita. Quarto casu loqui-
n tur. C. de pignor. l. licet cum simili. n Et adde quod not.ff.
o de diuers. & tempor. rescript. l. longe. o † Deinde quærit
12 glossa vtrum feudum emptum ex communibus bonis fratrum simul habitantium,sit commune.Et hæc quæstio potest intelligi dupliciter. Vno modo de habitantibus socialiter ex conuentione. Alio modo de habitantibus fraternaliter,& simpliciter sine conuentione alicuius societatis,& dicit vtroque casu quòd nisi de conuentione inuestituræ, vel
p scientia domini apparet feudum non esse commune. p vt infrà de fratribus de nou.beneficio inuestitis. capi.si duo fra-
q tres. & dic vt ibi. q Et not. quòd in feudis non refert cuius pecunia feudum sit emptum.facit C. si certum petatur.l.nõ vnde originem. Et hæc est regula generalis in quocunque contractu.Fallit.dicit gloss. C.de pigno.in l.quamuis in pecunia militis,& pupilli,&pecunia dotale quod dic.C.de rei vendicatione.l.si vt proponis. Sed quod dicitur de re dotali,intellige in subsidium,vt ff.de iure dotium.l.Proculus est. ff.de donationib.inter virum & vxorem.l.vxore marito.Et si in eodem instrumento emunt vir, & vxor dic vt *notatur*. C.de fide instrumentorum.l.scripturæ.& de eo quod *ibi* dicit gloss.est casus extrà de diuortio.capitulo *secundo*.Et adde quod nota. in l. prima. C. si quis *alteri vel sibi*. Et si vxor tantum habet in dote,quantum *conuertit in* emptione prædiorum, & est solutum matrimonium, sufficit viro dos
r quam retinet. r Dicit Innocentius quòd quicquid acquirit vxor de operis suis, acquirit *viro*, sicut liber homo bona fide possessus. extrà de testamento.capitulo cum in officijs. Bartol. dicit quòd si vxor gerit in animo acquirendi sibi ipsi, non acquirit marito: quia acquisitiones iuregentium sunt,& fundantur in consensu.ff.de donatio.l.qui mihi donatum.de fide instrumentorum & iure hastæ fisca.l. & si instrumenta lib. decimo. & C. de donationib. inter virum &

Source : BIU Cujas

vxorem.l.ſi filij.Item quod dicit de pecunia pupilli,idem eſt
s in eccleſia, & ſimiliter intellige in ſubſidium,puta quia emit Abbas,vel monachus,qui nihil habent proprij : vt not. de ſacroſanctis eccleſijs.authentica qui res iam dictas.in tertia gloſſa. Idem in quolibet prælato : vt notat Innocent. extrà de teſtamento. capitulo cum in officijs. & not. in capitulo. inquirendum.de pecu.clericor. quia ſiue velint eme re nomine eccleſiæ, ſiue non, ius diſponit quòd acquiratur
t eccleſiæ. t Nec poſſunt facere contrahentes,quòd legis diſpoſitio non habeat locum in actibus eorum, vt l. vltima. ff. de ſtipulatione ſeruorum. Modò quæritur quæ eſt ratio quare nepos maſculus ex filia fœmina non ſuccedat. Reſponder gloſſ. quòd ratio non poteſt aſsignari,niſi quia ſtatutum conſuetudinis ita vult,& pro ratione ſufficit authoritas legis, vt ff. de poſtulatione. l. ſecunda.§. pueritiam.in gloſſ.in verſicul.ratus.& ideò dicunt quidam quòd ſublata ratione legis non tollitur lex , quia licet tollatur vna ratio, non tollitur alia , ſcilicet legis authoritas. Sed iſti malè di-
v cunt v in hoc,vt patet C.de indicta viduitate tollenda.l.finali. Item gloſſ. noſtra errauit . nam ratio quare non ſuccedit nepos ex filia eſt:quia ſucceſsio non eſt per ſaltum, & ideò expedit ꝙ gradus ante ſe ſit ſucceſsibilis: nam deſtructo ordine , deſtruitur o rdinabile , vt ff.de ſeruitu. ruſtico. prædiorum.l.tria prædia. & ad deſtructionem antecedentis, ſequitur deſtructio conſequentis. ff. de officio eius cui mãdata eſt iuriſdictio. l.prima.§.huius rei. Extra quæritur vtrum eſſentia ſtatuti ſit in ipſo ſtatuto, an in ratione eius, dico quod in mente ſtatuentium:vt notatur in capitulo vl-
x timo. de regulis iuris. per Dynum. x † Et interdum in ſta-
12 tutis non eſt requirenda ſubtilitas legum , ſed voluntas ſtatuentium:quoniam ipſe Imperator quandoque non loquitur ſubtiliter,ſed groſſo modo:vt notatur C.de ſeruis fugi-
13 tiuis.l.prima. † Quæro quomodo appareat de intentione ſtatuentis. Reſpondeo ſeptem ſunt indicia animi:vt nota,ff.de legatis primo.l.ſeruus plurium.§.finali. Et plura alia quæ ibi non ponuntur in ſtatutis habent locum,quia de ſcripti recitatione conſtat, & ideò ſcriptura portat pondus
y quaſi totius ſtatuti , vt C. de legi. l. prima. y Et dicit ibi Odoffredus quòd æquitates hominum non habent in ſe pondus ſtatuti,niſi legibus,vel conſuetudine præſcripta ſint roboratæ , etiam in materia feudorum ſecundùm Odoffre-
z dum,z † Deinde nota in verſiculo hoc autem notandum.
14 quod iure Romano fœminæ ſuccedunt ſicut maſculi,tamen ex ſucceſsione feudi excluduntur , quia ſeruitia feudi conſiſtunt in ſeruitio virili,puta in pugna. vnde fœmina excluditur tanquam non capax,quia non capax cauſæ non eſt
a capax cauſati. a Quæro quid de iure Lombardo. Reſpondeo vt in gloſſa . Verum in Tuſcia Lombardiæ nos habemus ſtatuta in ipſis ſucceſsionibus,quæ ſtatuta ſunt ſeruanda, quod optimè probatur ex iſta gloſſa , ex qua etiam colligitur quòd ſtatuta poſſunt diſponere de ſucceſsione naturalium, etiam cum legitimis. Vtrum autem poſsint diſponere de ſucceſsione ſpuriorum plenè nota.in l. prima.C.de iure annulorum aureorum,& de natalibus reſtituẽdis. Item gloſſa iſta eſt in argumento,quòd facere pacem, & commo
b da pacis , pertineat ad maſculos , b & non ad fœminas . Et hoc facit ad ſtatuta loquentia de pace obtinenda ab hæredibus interfecti. Sed ego non credo quod ſtatuta recipiant
c interpretationem c à iure Lombardo, quod locale eſt,& ſolum in Lombardia viget : ſed ſolum à iure Romano, vt C.
15 de noxalibus.l.ſi ſeruꝰ noſtri. † Deinde nota textum ibi ad eos. quòd pactum conceptum in filia , videtur in nepote conceptum , ex eo quia cauſa , & origo habent diſponere
16 de ſuo cauſato: vt eſt textus notabilis hîc . † Deinde nota. in §. hoc autem. quòd hodie agnati ſuccedunt vſque ad ſeptimum gradum:quia litera dicit moderno tempore. & dicitur quòd hîc eſt vſurpatum.nam de rigore conſuetudinis feudorum,non debent agnati ſuccedere,niſi vſque ad quartum gradum,ſed certè alibi dicit litera, quòd etiam agnati ſuccedunt in infinitum, quia licet ſint agnati vaſalli immediatè mortui, ſunt tamen deſcendentes primi acquirentes feudum. De hoc dicam infrà de feudo Marchiæ.capitulo ſi
capitanei . & infrà de prohibita alienatione feudi. per Lo-
d tharium. cap. ſatis bene. vbi omnino vide. d † Extrà nota
17 quòd in dilationibus, & citationibus dictio (vſque) ponitur incluſiuè. e ſi termini ſunt compatibiles, vt nota. extrà de ordinatione ab Epiſcopo capitulo primo . in nouella. quia dictio (vſque)eſt dictio extenſiua, donec inueniat terminum reſtringentem. Adde quod ponitur abſolutè: quia iudex in dilatione danda eſſe debet parcus , in data benig-
17 nus. † Extrà quæro quid ſi actum eſt quod deficientibus maſculis , feudum vadat in vnam fœminam & extant plures fœminæ:an ſuccedat primogenita,an dominus gratificabitur: aut ratione incertitudinis totum vitiabitur : an ſorte dirimetur pro primogenita.facit ff. de verborum obligationibus.l.ſi quis ita ſtipuletur ſiue nauis pro domino. Quòd ei detur optio facit de legatis ſecundo. l. ſi quis, ſeruum. §. inter duos. Quòd incertitudo vitiet : facit de manumiſsis teſtamento.l.cum ex pluribus. Quod ſorte dirimatur facit l.ſecũda.C.quã.& quib. quarta pars ex bonis decurionũ debetur,& de modo diſtributionis eorum. libro decimo. Reſpondeo ſi primogenita ſuccedit in alia hæreditate ſuccedit & hoc iure , aliàs dirimetur ſorte. argumentum contra quòd iſto caſu domini ſit electio , quam habet vaſallus, argumento ſuprà eodem in verbo , quem dominus vellet. quod eſt æquius. Adde ff.de ſtatu hominum.l.Aretuſa.& ff. de excuſatio.tutorum.l.diximus.quod no. C.de Epiſcopis,
19 & clericis. l. id quod pauperibus. † Quæro , ſi feudum eſt datum ad nullum ſeruitium , vtrum ſuccedat fœmina non
f exiſtente maſculo:textus dicit quòd ſic , infrà de capitulo extraordinario. capit.ſi cui militi. Quæro quid in feudo in re emptionis quæſito . dicit Odoffredus in ſua ſumma, quòd fœmina ſuccedit magis ex natura contractus , quàm ex natura feudi , in ſua ſumma ſub rubrica qui poſsit ſuccedere in feudum.quod dictum eſſet notabile, ſi eſſet verum. Quæro vtrum infinitas ſit euitanda, & dic quòd interdum infinitas ponitur pro quadam ſubſiſtentia , & tunc nota, quòd eſt vitanda : vt l. purè. in fine de exceptione doli. Interdum accipitur pro ampliatione alicuius diſpoſiti , & tunc dico quòd eſt vitanda: vt C.de ſententijs quæ pro eo-
20 dem. l. prima. & dic vt ibi per Cynum. † Vlterius nota hîc quòd pacta iuris diſpoſitionem poſſunt ampliare:quod eſt verum , non tamen contra diffinitionem ſubſtantialem actus:vt l.ſi peculium.§.primo.ff.de peculio legato. & ff.de donationibꝰ cauſa mortis.l.vbi ita donatur. per Bartolum. Delicta tamen quandoque committuntur contra diffinitionem delicti,vt C.de furtis & ſeruo corrupto.l. ſi quis ſer
g uo,ſed illud irregulare eſt & ſpeciale. g Quæro qualiter in iſta materia accipiatur gradus. Reſpondeo ſecundum ius ciuile includendo recipientem ſeu primam perſonam in numero graduum,ſicut vnum non eſt numerus,ſed principium numeri, & includitur in numero:vt in auc.de nõ alie.
21 §.emphyteuſim.† Deinde no.hic textum ꝙ conſuetudines feudorum introductæ ſunt ſecundùm vſum ab antiquis ſapientibus inſtitutum. Et ideo ſileant beſtiæ quæ dicunt vſum feudorum in ſe ſapientiam non habere.

ADDITIONES.

a Opinio Azonis. Facit text, quem vide in capitulo primo. infrà de gradibus. Vide ibi Baldum. & in capitulo primo.de natura ſucceſsionis feudi.& in l.ſecunda.C.de ſuis & legitimis.& plenius in l.ceſſante. C.de legitimis hæredibus. Vide Baldum in l.ſecunda.§.cum hæreditas ff.de ſuis & legitimis.Angelus in §.ſi verò.in authentica de hæredibus ab inteſtato.vbi tenet quod in ſtirpes, Salycetus in l. ceſſante prælegata tenet opinionem Azonis. Et vide quam notaui ad Baldum. in dicta l.ceſſante.And.Barb.

b Dominus Iacobus quòd ſic. Adde ad iſtud dictum Ludouici Romani in conſil.xxxiiij.Andr.Barba.

c In re certa. Vide Baldum in authentica,ſi quas ruinas. C. de ſacroſanctis eccleſijs.& Bartolus in l.iuſiurandũ.§.ſi liberi.ff.de operis liberto. And.Barba.

d Beneplacitum.vt.l.iiij.ff.loca. nam rei ſuæ poteſt quiſque ex libero arbitrio legem imponere , niſi ſit initiata obligatio hoc prohibens . vt C.de pactis conuent.l.ex morte.

e Nepos. Nota quòd appellatione filiorum non continentur nepotes, vt l.iub.mus.C.ad Trebellianum.quod intellige reſpectu gradus:

aliàs

aliàs etiam continetur nepos ex filia. Casus est singularis secundum Ange. in prælegat. l. iubemus. in §. fin autem. Sed satis concordat lex prima. C. de condit. inser. sed ibi loquitur in literis, quòd secus. l. secunda. §. non solum. verb. hoc autem. ff. de excus. tutor. l. sed & milites. ff. eodem. Et intellige verum quando fuit apposita conditio filio, secus si nepoti, ex' quo de alia familia sub dubio fortè quod dicit esse notandum. Tu vide gloss. quam allegant Moderniores in l. etiam. ff. soluto matrimonio. pro singulari in l. liberorum. ff. de verborum significatione. quod in priuilegijs appellatione liberorum intelligitur vsque ad pronepotes. vt l. diuo Marco. C. de quæstionib. & vide Barto. in dicta l. liberorum. Item priuilegium datum filijs primi matrimonij, puta ne conueniatur vltrà quàm facere possunt, non extenditur ad pronepotes. ita singulariter dicit Angel. in l. etiam. ff. soluto matrimonio. Item Senatusconsultum Macedonianum loquitur in filijs, tamen extenditur ad nepotes: vt est text. not. in l. filium habeo. ff. ad Macedonianum. quem allegat Bald. in l. si permittente. C. eodem. Vide text. in l. patri. ff. de adult. vbi permittitur patri occidere filiam, non tamen nepotem: quod est notandum. Vide Bald. plenè in *l.* maximum vitium. C. de liberis præteritis. & in l. Gallus. §. institutio. de liberis & posthu. Angelus in prælegata l. etiam Bartol. *in l. liberorum.* prælegat Cynum in prælegata l. diuo Marco. Andre. Barba.

f Hæredibus sanguinis. Vide Ludouicum Romanum consilio primo. Andr. Barba.

g Extendat vlterius. Et nota quòd in feudis linea sanguinis est priuilegiata sic. ff. de edendo. l. si quis ex argent. §. penult. C. de imponen. lucri descriptione. l. prima. §. j. libro decimo. Cum ergo in feudis loquimur de hærede, loquimur de hærede sanguinis. Sed aliud est in iurepatronatus ecclesiæ, in quo succedit etiam extraneus hæres vt not. ff. de oper. libertorum. l. si operarum. in glos. in verbo, non esse dandam. per Accursium.

h Iure successorio. Vide Bald. in l. vnica. C. quando non per. par. & *l.* prima. §. in primo. C. de caducis tollendis. vbi aliter loquitur quàm hîc & Bartol. in l. quod dicitur. ff. de verborum obligatione. *& in consilio* incipiente ex themate. & Moderniores *in prælegata lege vnica.* vbi tenent id quod Baldus hîc dicit per rationes Baldi hic. Andreas Barbatias.

i L. prima. *libro decimo. vel ibi loquitur in priuilegijs*, non in contractibus *celebratis* cum fisco, vel Imperatore. Tu dic quòd ille titulus loquitur in omni gratia principis. Item regula est, quòd vbi est diuersitas, seu pluralitas personarum disponentium, vna in alteram nihil potest, verbi gratia. Titius, & Seius simul faciunt testamentum, & rem communem legant mihi, & Titio. nam ex testamento Titij nihil accrescit de portione Seij, nec econtrariò: & ideo sicut in feudis diuersorum dominorum non habet locum ius accrescendi, sic nec in feudis diuersorum susceptorum seu stipulantium, quia vnusquisque per se decernitur, nec alter alteri stipulari videtur, vt ff. de verborum obligatione. l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. Quid si verba dicunt concedimus illi, cum illo, an videatur tacitè actum de iure accrescendi. Respondeo, dictio cum, ponitur pro &, nec maiorem, nec minorem producit coniunctionis effectum, vt ff. de vsufru. lega. l. illi cum illo.

k Dicit quòd non. Vide Ludouicum Romanum consil. j. de fœmina succedente *in feudum. Vide Ludo. Roman. consil. xxxij. incip. viso* inuestituræ tenore, vbi consuluit si fœmina succedit in feudo, vbi dicit aliquas limitationes. And. Barba.

l Cap. si quis sine filio masculo, Odoffre. addit quartum, scilicet quando feudum est emptum integro pretio, quia ibi nullum beneficium recipit qui tantundem soluit argument. ff. de legat. primo. eum cui sub hac. Quod verum est, si ad nullum seruitium datum est, aliàs secus. argumento ff. de legatis primo. l. apud Iulianum. §. si quid. ff. de oble. l. Titius.

m Ius commune. Quod not. de incisione instrumenti, quod faciunt fœneratores. C. de rebus cred. l. generaliter. per Odoffre.

n L. licet cum si. Et de pacto, quòd pretium statim soluatur, tamen possessio remaneat venditori in sua vita, habes textum de fide instru. cum Ioannes eremita. Et etiam ibi dicitur, quòd res tanti valet quanti vendi potest cum pactis appositis, non quantum simpliciter: vt ff. de seruo expor. l. si venditor. §. fin.

o L. longe. Extrà not. quòd quis potest recipere feudum pro se & fratre suo dicit Odoff. q̃ est speciale. & secus si reciperet pro alio omnino extraneo, quia non valeret, s. recipiendo per conuentionẽ dicit etiã cõuentionem valere, sed iura cedi debere: vt no. in l. huiusmodi in principio. de leg. j. sed per traditionem sic. argum. ff. de donat. absenti. de hoc vide quod not. Accur. in l. cum quidam. in fine. C. de verborum significatione. Extrà nota quod si fratio & fraternitas probantur per coniecturas: vt not. de condit. & demonst. per Accur. & not. quòd si quis recipit aliquam proprietatem pro se hærede suo. hoc acto quòd si decedat sine hærede, id est, filio, reuertatur ad concedentem. si decedat cum filio: non reuertatur ad concedentem. Pone modo, quòd primo recipiens decesserit relicto filio hærede. postea filius decesserit non relicto filio: dic quòd isto casu non reuertitur ad concedentem. vt not. Cy. de sec. nup. auth. sed si quis. in fin. & sic sufficit primus hæres ad restitutio nem fideicommissi, & ad exclusionẽ restitutionis. *in authen.* de restit. fideicommiss. §. manifestum. per Accur.

p Esse commune. Not. quod dicitur quòd feudum emptum communi pecunia est commune. Adde quod istud est verum de iure Lombar. Vide Bal. in l. si proponis. C. de rei vendi. & in l. si patruus. C. commu. vtriusque iu. & l. cũ oportet. C. de bo. quæ lib. Et adde quod in l. fi. C. de col. bo. dicit si vnus frater plures fructus reposuit pro familia, quæ alter si simul habitãt tũc nõ repetit, & in prælegata l. si patruus. quod limita. quo ad cõsumptos, secus quo ad extantes. Vide eundem in c. j. de bene. frat. Ang. in l. quid sit fugi. §. apud Celsum. ff. de ædi. edi. reputauit hoc singulariter notandũ. & addit, q̃ procedit quando stat in eadẽ familia. Secus si in eadẽ habitatione, puta per vnã clausulam. tex. est ibi à nemine notatus nisi ab eo. Vide qđ singulariter dixit Bart. in l. iura. C. de om. agro. deser. li. xj. De materia vide Bal. in prælegata l. cũ oportet. & l. si patruus. & l. si vt proponis. And. Barba.

q Vt ibi. Quia feudũ habet mixtã naturã personalitatis, & realitatis, vt C. de pignoribus. l. quamuis.

r Quam retinet. Adde vxor non tenetur acquirere viro ex operibus suis artificialibus contra suã volũtatem, vt C. de condi. inser. l. vxor. & id quod acquirit vxor re sua, cooperante etiam opera sua non acquirit viro. l. alimenta. §. fi. de alimen. lega.

s Idẽ est in ecclesia. Vide gl. in l. vxor marito. de do. inter vi. & vx. ff. & in l. ij. ff. qñ ex facto tuto. & in l. si vt proponis. hîc alle. & c. pe. de pe. cle. Bar. in l. filiæ. de so. ff. de pondera. quia hic malè loquitur, cũ dicit in subsidium agitur, & dicit contra multa iura. Vide quæ dixi in d. c. pe. Et vide quod no. xij. q. ij. c. Apostolicos. & ibi est gl. fi. q̃ si quis de pecunia ecclesiæ alienat in solo suo, quod tunc solum cedit ædificio. quod credo verũ, si ecclesia soluit pretiũ soli. Vide Mod. in authẽ. similitet. C. ad legẽ. Fal. Et vide Bald. in l. penultima. C. de ser. pig. da. ma. an res empta de vsuris possit vẽdicari per eum, à quo fuerint extortæ, & de pecunia pupilli. vide Bal. in l. si vt proponis. C. de rei vendica. & quod no. in l. ij. quando ex facto tutoris & in l. curę. C. arbitrium tute. & *in* l. cum oportet. C. de bonis, quæ libe. Et de pecunia dotali vide Bal. in l. ex pecunia. C. de iure dotium. l. multum. C. si quis alteri vel sibi. Andreas Barbatia.

t Acquiritur ecclesię. Ex pretio ecc. vel prælatus est religiosus, & ideò non potest habere hæredem aliàs nõ efficitur pupilli, vel ecclesiæ quod patet, quia est ei pro sua pecunia tacitè obligata. l. iij. de rebus eorum.

v Malè dicit. Nam si statutum disponit de ratiõe, seruamus statutũ. l. prospexit. ff. qui & à quibus. Si autẽ ratio disponit de statuto seruamus rationẽ, quia prior in potẽtia est ar. ff. de supp. leg. l. Labeo. in rõne sui.

x Per Dy. Ideò inquit gl. in cle. j. de elect. q̃ ex ratione intrinseca statuti, statutũ non dicitur extendi. quia vbi ratio, ibi statutũ. facit quod legitur, & notatur *in* l. fi. ff. de hæredibus instituendis. & in l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. turo. sed *in* coopertis verbis bene essentia statuti est in ipso statuto extrà *de spon.* tuæ. ff. de actio, & oblig. l. nõ figura. C. de acquiren. poss. l. per procuratorem. *in glos.*

y L. j. Vide c. Capitaneus. de feu. vbi loquitur *secundũ vulgares*. Papa vide c. nostra. de loca. vbi loquitur secũdum vulgares. quod no. *hæc do*mini scribunt vulgari. And. Barba.

z Secundum Odof. Dicit Cy. q̃ de substantia constitutionis legis est scriptura, sed nõ de substantia cõstitutionis principis. dicit *in* l. de quibus. ff. de legi.

a Capax causati. Et ideò à simili corpore vitiati, qui feudo in forma debita seruire non valent, in feudo non succedunt argumen. ff. de leg. j. l. filius. §. si quid aliter. & infrà an surd. vel mut. capit. j. quia cessante materia cessat materiatum. de legatis iij. l. quæsitum. §. illud. Et vide quod not. de legat. iij. l. nutu. per Accur. & cessante operante, cessat operatio eius in posterum, & merces futuræ operationis. & quis propter corporis vitium, non commercium repelletur. fortius tamen repellitur & quis propter delictum, vt not. ff. de legat. primo. l. sed si res. per Accu. Qui propter sexũ sunt inhabiles, vt fœmina perpetua carentia laborant. quia impossibile est quòd fœmina fiat masculus: vt not. ff. de excusa. tutor. in l. non solum. §. libertus. per Accursium.

b Pertineat ad masculos. Et est valde singularis gloss. quòd facere pacem est officium virile, quod intellige quando superstant masculi, Secus si non supereſſent: Et vide Angelum & dominum meum in l. si filius qui patri. ff. de vulgari, & pupilla. Adde Ludo. Romanum in §. Cato. vbi tenet contra istam gloss. quia potest iudicialiter experiri. l. sororem. C. de his quibus vt indignis. Item quia in hoc reperitur deteriorata conditio, facit l. in multis. ff. de statu homi. Item dicunt esse casum in l. j. §. potuisse. ad Sil. sed reuera non ob. ille textus: quia loquitur in serua, quæ tenetur præferre vitam domini sui suæ vitæ. alleg. etiam l. j. C. de his qui se. sed etiam illa lex nihil facit. de mi. in. d. l. si filius. aut frater, & soror extant. & tunc præfertur frater, Aut non, & tunc admittatur soror. bene facit l. Titia. §. Lucius, licet non alleget ff. de lega. ij. Et vide Ang. in l. pro hærede. §. fi. de acquir. hæred. vbi tenuit ista a gloss. Bal. autem in præal. §. fin. tenet quod hîc valet quod fit de consuetudine. Lombardorum. & in l. Titia. §. Lucius. el. ij. de leg. ij. And. Barb.

c Interpretationem. Sed pone dubitatur circa cõtractum, vel aliquod instrumentum. an debet sumi interpretatio à statuto loci. dic vt in l. excepto. & in l. Senatusconsul. C. loca. & in c. quòd dilectio. de consan. & affi. & per Acc. xij. di. illud.

d Omnino vide. Vel dic vno verbo. Aut apparet quid actum est, & ei stabitur. Aut non apparet, & tunc, aut agnati veniunt per mortem hæredum, & tunc veniunt vsque ad septimum gradum. *Aut per priuatio*nem ipsorum, & tunc veniunt per infinitum. Nam si diceretur contrà sequeretur q̃ nõ veniũt agnati nisi qui quarto gradu sunt, & deinceps: ergo nõ veniũt nisi quatuor gradus agnationis, *vel* agnatorũ. quod est contra mentẽ literæ superioris. Vel oportet *dicere*, q̃ venirẽt vsq; ad quartũ gradũ. & illud diceretur in infinitũ: *sicut dicimus* in legi. suc. ag. de iure cõmuni qđ fortè nõ esset absurdũ, *sed* cõueniẽs, cõcordãdo ius cõe cũ cõsuetudine, vt l. j. C. de inof. do. & extra de cõsue. c. cũ dilectus. Sed pœdens solutio verior est. s. q̃ *aut per debitũ*, aut per excessum seu feloniam, & tunc in infinitum.

e Ponitur inclusiuè. Vide Bar. *plenè* in l. cũ Patrono. §. Sempronio. de leg. iij. & l. memimisse. de offi. præsi. And. Barb.

f Quòd sic. Vide q̃ notaui *ad* Bal. in l. liber. C. de ope. liber. And. Bar.

g Speciale. Aliàs secus. scilicet, si quis præfert præferenda, & l. si is qui. §. si tu Titium. ff. de furt. & ff. de falsis l. impubere. §. primo. versiculo

Source : BIU Cujas

ei ſeruo, & quod ibi per Dyn. & not. per gloſſ. in l. ſi quis id quod. §. fi. ff. de iur. omn. iud.

1 *Reſcindi petens aliquem contractum debet reſtituere pretium.*
2 *Imperator an poſſit tollere feudum uaſallo ſine culpa uaſalli.*
3 *Inſtrumentum ſi dicat, talis dominus concedit mihi tale caſtrum in feudum, an ſi dicat conceſſit, ſit differentia.*
4 *Conſuetudo ſecunda, uel poſterior, quando tollat formam uel non.*
5 *Quid autem in fama.*

Notandum eſt autem. Intellectus breuis vſque ad fin. titul. eſt iſte. Feudum quod datur à capitaneis, vel regis valuaſoribus propriam habet naturam. quod verò & à minimis datur propriam naturam non habet: duobus caſibus exceptis qui in litera continentur. Caſum autem literalem ita pone. *Si* quæratur quod feudum habeat propriã naturam. Reſpondeo, quòd illud quod à capitaneis, vel regis valuaſoribus datur. Sed illud quod à minimis datur propriam naturam non habet: quia licet domino auferre quandoque, licet in curia Mediolani aliter obſeruetur. & hoc eſt verum, niſi fideles cum domino romani in exercitum iuerint, vel niſi dominus aliquid propter feudum acceperit: tunc enim auferre non poteſt niſi reſtituto pretio quod datum eſt. hoc dicit. † Nota quòd ille qui petit reſcindi contractum debet reſtituere pretium. facit quod not. C. de ſacroſanctis eccleſijs. authentica. qui res iam dictas. & ff. de actionibus empti. l. bona fides. & l. j. C. ſi ſeruus extero. & l. ij. C. de fur. Oppon. & videtur quòd pretium non debeat reſtitui, vt infrà titul. primo. cap. primo. Sol. pretium fuit datum pro ſeudo temporali & fuit contractus executus, hîc verò ſine temporis præfinitione, & fuit contractus reſolutus. † Quæro nunquid imperator poſsit diſueſtire vaſallum ſine conuicta culpa. Reſpondet gloſſ. quòd non.[a] eſt ratio: quia bonæ & naturales conſuetudines ligant principem, quia potentius eſt ius naturale, quã principatus. Item quia non decet principem ſuum beneficium reuocare, vt nota extrà de conſang. & affini. capit. quòd dilectio. in nouella. Item in ore principum firmior debet eſſe veritas, vt legitur in libro Eſdræ. Item nota hîc quòd propter magnitudinem ſeruitij inducitur perpetuitas beneficij, conſonat ff. de do. l. Aquilius regulus. & l. ſi pater. † Extrà quæro vtrum ſit differentia, vtrum inſtrumentum dicat in præſenti, talis dominus concedit mihi[b] tale caſtrum in feudum, an dicat in præterito[c] conceſsit in feudum. Reſpondeo non. vt not. extrà de verborum ſignificatione, c. Abbate. in nouella. Et eſt ratio ſecundum Inno. quia potuit tunc actus geri, vnde verbum conceſsit, intelligitur ſcilicet, tunc vt ipſe notat extrà de probat. c. quoniam contra falſam. & de offic. deleg. cum in jure & not. per Bar. in l. prædia. ff. de acquir. poſſ. Et not. quòd antiqui notarij formabant verba in prima perſona, vt ſonarent in contrahente: puta ego Bald. ſic facio. nam in tertia perſona, puta Bald. fecit ſic videbatur quòd eſſent verba notarij. tamẽ decretalis dicit quòd idem eſt ſenſus ſiue in prima perſona, ſiue in tertia formentur verba: nam ſemper pars loquitur, vt extrà de conuer. coniuga. capitulo dudum. ff. de verborum obligatione. l. ſciendum in gloſſa ordinaria. [d] Oppon. iſte text. facit differentiam inter maiores, & minores. Contra infrà de ſucceſsione feud. capitulo primo. Sol. illa conſuetudo tanquam poſterior tollit priorem. [e] † Et ibi eſt notandum in dicto capitulo primo. de ſucceſsione feudi. aliàs de natura feudi: quod quædam eſt conſuetudo quæ requirit præſcriptionem, & tunc ſecunda conſuetudo non tollit primam, niſi ſit præſcripta.[f] ff. de regulis iuris. l. nemo. §. temporalis. [g] Quædam eſt conſuetudo ſolennis quæ non requirit præſcriptionem, & tunc ſecunda conſuetudo etiam recens tollit primam, vt l. Mela. §. primo. ff. de alimentis & cibarijs legatis. † Quæro quid de fama, an poſterior tollat priorem. Reſpondeo illa præualet quæ ex certa cauſa nata eſt, vt C. de ſtatu defunctorum. l. ſi mater. Et ideò ſi non apparet de cauſa: aut ſunt duæ famæ contrariæ in eodem vico, & præualet poſterior. Aut in diuerſis, & præualet illa quæ eſt in loco contractus, vel delicti, vel alterius caſus puta mortis, vel in loco vicinio[h] ri, quia vicini ſcientiam præſumuntur h habere. vt l. prima. §. primo. ff. de flumin. & l. prima. C. vbi de ratiocinijs agi oport. Deinde vides hîc quòd plus poſſunt minores, quàm maiores, & hoc quando minores legum laqueis non innodantur, quia olim non licebat minimis infeudare, vel vaſallos habere ſub ſe, & ideò poterant pœnitere, vel & ſi taliter qualiter licebat, non tamen merebantur fauorem conſuetudinis, aliàs ſecus, vt ff. de officio prætoris. l. Barbarius. in fine. vel dic quòd aut loquimur de licito, & decenti, & tunc aliquid eſt decens minoribus, & non maioribus vt hîc. Aut de præualentia, & tunc econuersò. Deinde vides quòd feuda ſunt venalia, ſed contrà infrà, de feud. da. in vicem legis commiſso. capitulo primo. ſol. ibi loquitur de feudo da-
i to à nobilibus, hîc de ignobilibus & vaſallis, qui volunt recompenſationem in pecunia potius quàm in ſeruitijs, ſecundum Iacobum de Bel. Vel dic quòd etiam ſi à nobilibus
k licet, ſed non decet, & hæc vera.[k]

ADDITIONES.

a Quòd non. Adde Bal. in ca. j. de nat. feu. & quod notatur in cap. j. de proba. & per Pet. de Ancha. conſi. ij. & per Bal. C. de lib. & eorum libe. l. ij. vbi vide quia notabiliter loquitur & B. in l. Cæſar. de publicatio. Et Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. vide Bal. in c. j. §. item ſacramẽta. de pa. iura. fir. poſt gloſ. ibi quòd ſi papa concedit beneficium vni, & poſteà aufert, & dat alteri, quòd tenetur ad intereſſe. vide eum quia notabiliter loquitur.

b Concedit mihi. Nota quòd inſtrumentum poteſt loquí in prima, vel tertia perſona: vide Bald. in capitul. primo. de noua forma fidelita. Andr. Barba.

c In præterito. Vide tex. in capitul. cum autem. de iure pa. qui eſt ſin. ſecundum de condi. in capitul. examinata. de iudi. vide ibi per eum Ioa. Andr. in capitul. cum Pe. rabellio de fide inſtrumentorum. in capitu. dudum. de controuer. coniug.

d In gloſſ. ordinaria. Quid ergo ſi notarius errat in nomine contrahentis, an vitietur inſtrumentum. & videtur quòd ſic: quia ſi contrahẽs videtur loqui, & erraret in nomine proprio, non valeret contractus. argu. l. ſi. C. de hære. inſti. contrarium videtur per no. in l. ſi quis in fundi vocabulo ff. de legat. j. & C. de teſt. l. errore. cum ſi. Et not. quod libellus ſupplicatorius æquiparatur in erroribus ſtipulationi, vt not. ff. de re iudicata. l. ſi librarius. per Accur.

e Priorem. Nam conſuetudo eſt tantæ efficaciæ quòd etiam contractum tollit C. de vſu. l. quamuis. nam omnia quæcunq; voluntate mutari ſolent poſteriora præualent, vt C. ne de ſtat. defunct. l. ſi mater. & de autho. tut. l. ij. §. ſi pluribus. per Accur.

f Sit præſcripta. Quod limita. per Bal. in capitu. j. de feud. cog. vbi vide quæ ibi allegaui, vide Abbatem in c. ſi. de conſue. Abbatem in capit. pro illorum de præbendis. Ioan. Andr. in c. ſi. de conſue. capit. ad audiẽtiam. de cle. non reſi. Bal. in l. ſi. C. de ſerui. Bal. in l. de quibus. ff. de lega. & in l. ij. C. quæ ſit lon. conſue. & intelligere verum in cõſuetudine cõcernente cauſam petitorij, ſecus ſi cauſa poſſeſſorij, quia tunc licet non ſit præſcripta tollit ſecundam. Ioan. Andr. in capitul. cum eccleſia. de elect. Bal. in c. j. de feud. cog. And. Barba.

g §. temporalis. Bald. in l. final. C. de ſerui. dicit eſſe caſum pro illa gl. d. Abbas in capitul. auditis. de præſcrip. dicit ibi eſſe caſum gloſſ. in §. tẽporalis. vide quæ dixi in capitul. cùm acceſſiſſent. de conſtitu. Innocentius in capitul. accedentibus. de priuile. And. Barba.

h Præſumuntur. Ab extra nota, quòd licet quis præſumatur viuere, contra iſtam præſumptionem ſufficit vnus teſtis de viſu, qui tollit hãc præſumptionem, licet non probet plenè de morte, vt not. in l. ij. §. ſi dubitetur. ff. quemad. teſt. ape. in gloſſ. quæ incipit. ideſt, liquidum & not. bene hanc glo. iſte text. facit rem dubiam non tamen probat mortem.

i Nobilibus. Nam in nobilibus, & diuitibus præſumitur liberalitas, dicit Accur. ff. de legat. iij. l. vxorem. §. fi. de donat. l. filius.

k Hæc vera. Extrà quæro ſi rex Franciæ dicit volo tibi conferre tale caſtrum an ſit collatum. reſpon. non, vt not. de lega. j. l. ſerui electione, ſecus ſi dicit volo te habere: ratio differentiæ eſt quia in primo caſu de vi ſermonis requiritur actus ſecundus eiuſdem loquentis explicitus, & actus ſecundus eſt alterius non ipſius regis, & ſic habet in ſeipſo intrinſecus debitam ſubſtantiam, vt dixi in l. quòd ſi ff. ſi certum petatur. vel dic quòd verba enunciatiua principis redacta in forma ſolenni, probata per ſe inducunt diſpoſitionem C. de mino. l. ex his verbis.

a De feudo guardiæ, & caſtaldiæ. Rub.[a]

1 *Feudum guardiæ & caſtaldiæ quando reuocari poſsit.*

Factum

2 *Factum extra officium, non uidetur fieri uirtute officij.*
3 *Dominus feudi ſi dicat quòd conceſſit mihi feudum guardiæ an præſumatur pro domino.*
4 *Quid ſi dominus conſueuit dare feudum guardiæ ad beneplacitum, an reuocabitur anno.*

ITem illud. Titulus iſte diuiditur in duas partes. In prima parte tractat de vita feudi caſtaldiæ, vel guardiæ quod datur pro mercede alicuius rei. Secundò de conuentione eius feudi inter dominum & vaſallum. Prima pars durat vſque ad §. ſi verò. Secunda durat vſque ad finem titu
1 li. † Aduertatis ergo ad ſummarium intellectum in toto titulo. Feudum guardiæ, & caſtaldiæ & illud quod pro mercede alicuius rei datur elapſo anno reuocari poteſt, niſi ad certum tempus detur. Sed ſi caſtaldi nomine proprij feudi dicant ſe poſsidere, nõ defendunt poſſeſsionem ſibi, niſi de iure probent. Ad caſum in terminis aduertatis vſque ad §. ſi verò. Quæſitum fuit ab imperatore de vita feudi quod datur nomine caſtaldiæ & guardiæ, vel mercedis. Reſpondet Imperator quòd tale feudum eſt annale, & poſt annum reuocari poteſt etiam pretio pro eo dato non reſtituto. & hoc eſt verum niſi ad certum tempus fuerit conſtitutum: tunc enim ante tempus finitum reuocari non poteſt. hoc dicit vſque ad
2 §. ſi verò. † Et debes ſcire, quòd illud quod fit extra offi-
3 cium, nõ videtur fieri virtute officij, nec nomine officij: vt de feudo guardiæ. c. j. ver. niſi de exce. do. proc. † Pone ego ſum caſtaldus *non guardianus*, dominus dicit ſe mihi cõceſsiſſe in feudum guardiæ, nunquid præſumitur pro domino. Reſpondeo non, quia allegatio domini cum officio non conſonat, vt infrà de controuer. inueſt. §. item. nihil habent commune. argumen. ff. de adminiſtratione tu. l. Aemilius dextra.
4 † Quid ſi dominus conſueuit dare feudum guardiæ ad beneplacitum ſuum nunquid finitur anno. Reſpondeo nõ. ff. de excuſa. tuto. l. iuriſperitos. quod fit inter fidedignos ſub nomine officij, præſumitur factum tempore officij text. eſt hîc valde notabile. Pone, dicit comes, concedo Titio in feudum nobile, quicquid Seio in feudum guardiæ conceſsi. cui reuera nihil conceſserat, vel non apparet. Reſpondeo, nihil conceſſum eſt. quia falſa ſubſtantia eſt, de legat. primo. ſi ſic. §. ſi mihi. per Dy. quia falſa demonſtratio circa rem non exiſtentem, inducit defectum rei ſubſtantialis. Item vbi nullum eſt ſubiectum, corruit relatiuum vt not. extrà de fide inſtru. cap. j. per Ber. qui vult probare relationem debet probare terminos duos, & vtrunque verum, vt colligitur in noſtro capitulo, ſcilicet terminum referentem & terminum ad quem fit relatio vt not. per Inno. extrà de fide inſtru. c. inter dilectos. ibi in nouella.

ADDITIONES.

a Rubrica. In habente officium cuſtodiæ, ſi periculum incidit amiſsionis, puta caſtri, ſemper præſumitur culpa. de leg. ij. l. cum ita. §. ſpecies. per Accur. vbi eſt debilis cauſa ibi debilis remuneratio, & debilis effectus. vel ſic. Feudum quod conſiſtit in angaria & perangaria eſt annale. hoc dicit Odof. vel ſic. Actus actiuorum præſumuntur celebrati ſecundum naturam eorum ex qualitate meritorum præſumitur qualitas collatorum: hoc dicit. nec minus præſumitur ex qualitate verborũ. ff. de donat. l. Aquilius. & l. Lucius. & l. ſi pater. ff. de hære. inſtit. l. qui volebat per Accurſi. Additio. & non eſt in originali domini Baldi. Ibi pro mercede alicuius rei ideſt, alicuius vilis officij, puta coqui. vt lege legatis ſeruis. §. ſi quis officio. de legatis. iij. quod tamen non credo verum in coquo principis, quia eſt dignitas. Ibi pares: quando feudum probatur per indicia nunquid eſt neceſſe quòd pares deponant de indicijs. dic quòd non: quia illa non eſt vera probatio, ſed præſumptiua ex qua defertur iuramentum pro motu iudicis, vt not. hîc in gloſſ. ordin. ad hæc facit gloſſ. Accur. in ſimili, quę dicit quòd quando vltima voluntas probatur per indicia, admittuntur mulieres: vt no. C. de teſta. l. hąc conſultiſsima. §. ex imperfecto. l. vltima. C. familiæ erciſcund. Extrà no. quòd id quod tempore contractus non ordinatur in contractum, pro nullo habetur C. de vſuris. l. per retentionem. niſi per prius eſſet actum quòd tacita intelligerentur: vt not. ff. de legatis, primo. l. ſi quis in fundi vocabulo. in gloſ. prima. vbi videas. & ff. de ſeruit. vrbanorum prædiorum, l. ſi binarũ. ſi finito anno vaſallus offert caſtrum domino, & dominus non recipit, & caſtrum furto perditur periculum eſt domini: quia oblatio facit vaſallum non teneri niſi de dolo, vt ff. ſoluto matrimonio l. ſi mora. per Dynum.

1 ☞ *Item notula qualiter ſumatur.*
2 *Feudum guardiæ & caſtaldiæ cenſetur iure mercedis: non iure feudi.*
3 *Verba ſunt ſubtiliter intuenda in omni contractu.*
4 *Feuda ſcutiferorum & aduocatorum cuius naturæ ſunt.*
5 *Feudum poteſt dari ad certum tempus.*

1 ITem. † Iſta dictio eſt continuatiua. vt ff. de leg. iij. l. in repetendis. & continuatur ad pręcedentia, quia dictum eſt ſuprà quòd feudũ quod datur à minimis valuaſoribus poteſt reuocari: hîc autem dicitur quòd illud quod eſt datum à quibuſcunq; valuaſoribus, ſi datum eſt à minimis valuaſoribus ſicut ſunt illa quibus datum eſt feudum guardiæ, vel caſtaldiæ cum commoditatibus illi vſui deputatis, vel ob eam cauſam, quia tales ſunt minimi vaſalli, & potius mercenarij & pedagiarij quàm vaſalli, põt poſt annũ liberè auferri: nimirũ quia quod minimũ eſt minimum põt. vt infrà de controuer. inueſt. inter do. & fide. capitu. primo. §. item ſciẽdum. & eſt ſimile quia dicit l. quòd poſſeſsio. quã dò eſt vilis & abiecta de facili perditur, vt ff. de acqui. poſſeſ. l. rem quæ nobis. † Porrò iſtud feudum guardiæ, &
2 *ſimilia non* cenſentur iure feudi, ſed iure mercedis, & operarum, & conſuetudo habet quòd ſatis durent anno etiam ſi diſpliceant domino: ſed ſi poſt annum domino diſpliceat ſeruitium, debilis, & abuſiuus vaſallus nõ debet habere beneficium, nec hoc eſt hodie correctum, vt not. ſuprà titul. j §. & quia vidimus. in gloſſ. quod adhuc obtinet. Sed Pet. de Cer. hîc ſuper verbo, & pro mercede, ponit talem apoſtillam, id eſt, pro remuneratione alicuius ſeruitij iam præſtiti ſecundum Dy. nam differentia eſt an detur aliquid ob cauſam pręteritam, vel futuram, vt ff. de condic. inde. l. damus. nam ſi pro futuro, tunc videtur propriè feudum. vt infrà qui. ex cauſis feudũ amit. cap. primo. in fi. & de cap. qui cu. vend. cap. primo. quam apoſtillam erroneã puto: quia fortius agit in ſubiacentem materiam cauſa impleta quàm implenda, vt ff. de donat. l. Aquilius regulus. & l. ſi pater. Item text. infrà de extraordinarijs. capitulo ſummopere. §. quod nomine. ſic ait quòd nomine caſtaldiæ, vel guardiæ iure auferri poteſt: tamen illum text. intelligo infra annum. nam ſi dominus ex iu
a ſta indignatione. [a] auferret officium ergo & beneficium. vt C. de ſacroſanctis eccleſijs. l. qui ſub prætextu & ff. de ma. teſtamen. l. teſtamento centurio. ſed ſi non iuſtè dicam idem quod de poteſtate dicitur qui non geſsit officium culpa ciuium: quia nihilominus debet habere ſalarium, vt not. in
b cap. aduerſus. de immunita. eccleſia. & ibi not. [b] Poſt annum autem nulla requiritur cauſa, niſi iſtud feudum eſſet datum ad certum tempus, & dominus vellet auferre ante tempus. vt C. de ſacroſanctis eccleſijs. authentica. qui rem huiuſmodi. & C. loca. l. ædem. & quod nota. infrà de contentione inter do. & fide. capitulo primo. in gloſſ. niſi ad certum. Porc rò ſi dominus conueniſſet. [c] non auferre occaſione alicuius
3 ingratitudinis, ſtandum eſſet pacto. † Quia verba ſunt ſubtiliter intuenda, vt in authentica de reſtitut. ſin. §. nos ergò. collat. ix. ibi dum dicit: ſubtilius teſtamentum conſiderantes in verbis ipſius inuenimus &c. vt C. de hæred. inſtituen. l. ſi. & infrà de quibuſdam alijs, capit. extraordin. c. ſicut. §. fin. ibi dum dicit, quanquam ſuperſtite maſculo filiæ excludantur. tamen ſi actum vt ſuccedant fœminæ ſicut maſculi, ſermonem inueſtituræ nec non vim verborum, & ſenſum contrahentium intuentes, diſcretionem ſexus in huiuſmodi feudi ſucceſsione non facimus: erit itaque hoc caſu feudum francum. De quo per Cy. ff. de rerum diui. l. ſacra loca. in lect. quam inchoauit ſuper ff. veteri. Arg. quòd non valeat iſta renunciatio generalis. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. & not in Spe. de do. Vel dic valere quo ad ingratitudinem contractus: vt quia alienauit domino inconſulto, ſed non quo ad ingratitudinẽ delicti cõmiſsi dolo malo. ar. C. de bo. liber. l. fi. ff. de pa. l. ſi vnus. §. ſed cũ nulla. ſi verò ſeruitia ſunt

Source : BIU Cujas

remiſſa, nõ videntur remiſſa culpa delicti: quia abſtinere ab non dicitur ſeruitium cum etiam dormiens & infans abſtineat qui tamen per hoc nullum ſeruitium impendunt. vnde quia abſtinere non eſt ſeruitium: ideò abſtinere non poteſt dici remiſſum. Vel dic etiam quòd prima forma non eſt renunciatio, ſed eſt moderatio naſcentis obligationis: &
4 ideò valet indiſtinctè. † Quid de feudis, Scutiferorum, Aduocatorum, vel Capellanorum nunquid ſunt iſta debilia ſicut hîc dicit text. videtur quòd ſic. infrà de extraordin. cap. c. ſummopere. §. vnum quidem. vbi eſt talis tex. ſi quis pro vice comitaria, vel villicaria: & (vt ita dicam) prodicania: vel alijs quibuſcunque angarijs feudum quod improprium eſt. niſi ſpecialiter hoc actum ſit inter contrahentes, id eſt, nomi natim feudum cum honore feudi: & ita vt non liceat domino auferre quod datum fuerit, etiam ſi adminiſtratio illa auferatur, quod datum eſt penitus ablata adminiſtratione, ſine obſtaculo auferre liceat. Sed hoc intelligo, niſi ſeruiant ſecundum laudationem curię, vt infrà de extraord. cap. c. ſummopere. §. vnum quidem. vbi text. ſic ait, feuda Scutiferorum vt ad libitum poſsint auferri ratio non eſt, dummodo
e ſeruiant ſecundum laudationem curiæ. [e] Porrò non ſunt ſequendi leues animorum motus, vt not. extrà de ſenten. excommun. c. vniuerſitatis. in nouella, præſertim impetus qui non ſunt in poteſtate noſtra, vt not. C. de epiſcopis & cleri. l. ſi quis non dicam rapere. in gloſſ. ordina. facit quod not. extrà de teſtamen. c. quia nos. in nouella. Sed dic quod officium cui ineſt facultas ſubtrahẽdi res domino, facit feudum cenſeri annale vt hîc: ſecus ſi non pertineat ad rerum gubernationem, vt in d. §. vnum. argumen. ff. de ſol. quod ſi fortè. §. primo. C. qui dar. tu. poſſunt auth. minoris. C. de lati. liber. tol. l. j. §. ſed ne furandi. Vel noli inquirere rationem, quia ſufficit ita ſtatutum eſſe: poteſt enim dominus rei ſuæ legem temporalem imponere. C. de legi. l. fi. & C. de neceſ. ſer. l. iij. in fin. Item ſufficit &c. C. de neg. geſt. l. tutori. Sed quid ſi con
5 cedens feudum guardiæ dicit, concedo tibi in annum feudum, vtrum intelligatur in perpetuum: an in biennium? Et videtur quòd in perpetuum vt not. ff. ad l. falcid. l. ſi hæres. §. fin. per Accur. † Deinde not. in text. ibi niſi ad certum tempus &c. quòd feudum poteſt dari ad certum tempus quo caſu nec vltra tempus durat. vt C. locat. l. ſi cum hermes. & ff. de pact. l. epiſtola. §. fin. nec intra tempus auferri poteſt niſi cauſa iuris cognita. Oppo. & videtur quòd feudum quod ſemel cœpit ſemper duret, vt ff. de actio. & oblig. l. obligationum ferè. §. placet. Solu. Aut tempus apponitur contractui, & tunc contractus non durat poſt tempus: Aut apponitur obligationi iam contractæ, & tunc obligatio ſui natura eſt perpetua, ſed obſtat exceptio. vt ff. de legatis primo. l. nemo poteſt.

ADDITIONES.

a Iuſta indignatione. Vide quod in ſimili dicit Bald. in l. cum M. de conſtitutio. And. Barb.

b Et ibi not. Et ff. de verborum obligationi. l. in executione. §. finali. ibi per Accur. quæcunque officia peraguntur, aut impleri neceſſe eſt. aut per ſe non ſtant. C. de legat. l. ab adminiſtratione. Si pater dicit, concedo cuſtodiam caſtri tali filio meo, an intelligatur conceſſum in feudum guardiæ: dico quòd non, ſed in meram cuſtodiam: & ideò non lucratur fructus. ff. de legat. ij. l. cum pater. §. pater pluribus & tanquam prudentiori aliorum fratrum: & quod ſuperuacuum eſt, non officit. ff. admen. leg. l. ſi ſeruo. ff. de auro & argen. leg. l. pediculis. §. Labeo. per Accur. de ſecund. tab. l. ſi ita. §. j. per Accur.

c Conueniſſet. vide Bald. in l. fina. C. de pac. l. prima. ff. de rerum di. & in l. fi. C. de bo. libe. And. Bar.

d Standum eſſet pacto. Quia latitudo voluntatis contrahentium non debet impediri. C. vt actiones ab hæredibus & contra hæredes. l. prima. aliquando tamen qualitas ſequentium verborum generalitatem præcedentem in eadem oratione reſtringere videtur. vt eſt gloſſ. ff. de vino & oleo legat. l. fin. §. cui dulcia. item aliquando exponit. vt ff. de vſufru. l. Proculus. In ueſtitura ſecunda tunc eſt potior prima, quando in poteſtate inueſtientis fuit derogare priori, tunc in dubio præſumitur derogatio argumen. eius quod not. ff. de authoritate tutorum. in l. ſi pluribus. per Accurſium. ſub vna tamen ſigillatione præſumitur vna inueſtitura, etiam ſi chartæ ſint plures. vt nota. ff. de ſecundum tabul. l. j. §. j. per Accur.

e Curiæ. Nam Scutiferi deſeruiunt perſonæ. Et ideò ſunt dignificandi honore, & fauorabiliores quàm illi qui deſeruiunt rebus. l. j. C. de præpo. labo. libro xij. & ff. de ædil. edict. l. iuſtiſsimè. Quæro quid ſi dominus erat conſuetus guardiam, vel caſtaldiam infeudare ad beneplacitum. Reſpon. non habet locum quod de anno hic dicitur. vt ff. de pign. act. l. vel vniuerſorum, ex bino actu, vel fortè vno in quo pluribus annis dominus perſeuerauit, datur intelligi talis conſuetudo. l. Mella. §. j. de annu. leg. nec enim requiritur hîc præſcriptio, quia nemo præſcribit conſuetudinem contra ſeipſum. Iura enim quæ requirunt præſcriptionem, loquuntur quando noua authoritas præſcribit. vt extrà de elect. Cumana. ſufficit ergo hic quòd ex conſuetudine datur voluntas intelligi. Sed pone, per ſtatutum domini ſunt deputati omni die de cane. pa. x. panes caneſtrario domini, & decem tenenti falcones, modo quidam gerit vtrunque officium. vtrum debeat habere xx. panes in die Ioan. And. dicit quòd ſic. in cap. cùm olim. de reiudi. in nouell. pro quo facit l. qui marco ff. de an. leg. quam ipſe non allegat. In contrarium facit l. dominus. §. fina. ff. de vſufruct. tu diſtingue. Aut ſimpliciter. Aut pro alimentis, vt not. Cy. C. de leg. l. cum quo. vbi vide. extrà adde quòd qui cuſtodit non dicitur hæres. C. de repu. hæred. l. j. extrà not. quòd quando ſtatutum l. fundatur in præſcriptione, non eſt neceſſaria alicui probatio. C. ad Mace. l. fi. C. de præ. l. fina.

1 *Beneficij qualitas præſumitur ex qualitate officij, exemplum ponit.*

2 *Caſtaldio quis dicatur.*

3 *Feudum datum uillico, an conſanguineo præſumatur datum contemplatione officij, ita quòd ſit feudum caſtaldiæ.*

4 *Error in factis antiquis magis præſumitur quàm in recentibus.*

Si vero Et ſciatis quòd iſte §. eſt valde ſubtilis, & glo. intelligit eum vno modo, ego intelligo alijs duobus modis, & ſecundum gloſſ. vaſallus hîc ignoranter accipit in feudum caſtaldiæ quod erat proprium & ſimplex. Ignorans enim non videtur ſe recognoſcere, cum erret in re propria. C. de donat. l. nec ignorans. Pone ergo caſum ſecundum gloſſ. Quidam miles regius, nomine proprij & recti feudi, tenebat quoddam caſtrum, factus eſt caſtaldio, & accipit illud ignoranter & feudum caſtaldiæ. anno elapſo curia vult ab eo auferre caſtrum, miles dicit, feudum eſt rectum, proprium & ſimplex, curia negat. Quæritur quid iuris. Reſpondeo quòd niſi probet per pares curiæ, vel breue teſtatum, ſe antequam caſtaldio factus fuiſſet, vel poſtquam caſtaldio eſſe deſijt inueſtituram accepiſſe, non poterit defendere poſſeſsionem, & domino cogetur reſtituere. hoc dicit
a Iac. de Bel. [a] Vel ſeđm Pet. de Cer. Pone caſum. Quidã erat caſtaldius vel gardianus vel villicus. & hoc conſtabat: poſsidet aliquid nomine feudi. dominus vult fortè poſt annum reuocare dicens eſſe feudum guardiæ vel caſtaldiæ, & ſic liberè poſſe ſe reuocare. contrà vaſallus dicit feudũ proprium eſſe. quæritur cui incumbat onus probandi: & certè incumbit caſtaldio, vel villico onus probandi quòd ſit proprium feudum, ſcilicet hoc probando per pares curiæ, vel per breue teſtatum quod probat probando ſe antequam &c. vt in
1 text. dicitur. Petrus de Cer. † Sed quæritur quæ eſt ratio. Reſponde ratio eſt, ipſius officij qualitas. nam ex qualitate officij præſumitur qualitas beneficij. vnde beneficium quod conceditur cuſtodi, videtur conceſſum cauſa cuſtodiæ, & villico cauſa villicationis, & diſpenſatori cauſa diſpenſationis, & prælato cauſa prælationis. id enim eſt indubiè præſumendum quod veriſimiliter eſt argumen. ff. de dona. inter virum & vxorem. l. quintus. & not. C. de epiſcopis & clericis. auth. licentiam. & in authentica de eccleſia. titulis. §. interdicimus. collatione. ix. & de iniuſto teſtamen. l. ſi quis filio exhæredato. §. ſed & ſi quis. & ff. de militari teſtament. l. ex militari. & ff. de conditionibus & demonſtrationibus. l. filio. & quod not. C. de iure fiſc. l. facultas. libro decimo. ff. de vſu & habitu. l. plenum. §. equitij. Item hoc eſt ſtatutum fauore dominorum. nam ſæpe iſti malignando multa auferunt dominis. vt infrà de contentione inter dominum & vaſallum. de inueſtitura. capit. primo. §. hoc ita. Oppono. infrà de controuerſia inueſtituræ capitulo primo. vbi præſumitur pro poſſeſſore ſiue poſsidente. Solu. hîc conſtabat eſſe villicum, vel caſtaldum, ibi non.

† Quæro

1 † Quæro quis dicatur eſſe caſtaldio. Reſpondeo, Is cui res domini gubernanda mandatur. vt C. de ſacroſanctis eccleſijs.l. iubemus in principio. villicus autem dicitur villæ cuſtos & qui fructibus percipiendis, & cuſtodiēdis imponitur: vt ff.de inſtito.l.ſi cum villico.Modo quęro ſi aliquis rectum feudum recognoſcit in feudum guardiæ, vel caſtaldiæ, an ſibi præiudicet.dicit gloſſ.quòd non,ſi errauit puta,in facto alieno: ſecus ſi ſcienter fecit.ad hoc facit C. de iuris & facti ignorantia.l.cum falſa.& dic vt ibi per Bar. & quod not.inſtitut.de actio. §. ſi minus in j. gloſſ. & ſi per impreſsionem, vel errorem ſit facta recognitio feudi aliter quàm more ſolito,talis recognitio nō nocet poſteris.[b] l.ſi per impreſsionē.
b ff. quod metus cauſa. Deinde nota quòd licet ea quæ fiunt in officio præſumantur facta contemplatione officij, tamen ſecus ſi fiant ante officium inchoatum, vel poſt ipſum conſummatum. 3 † Quæro quid ſi iſte villicus erat conſanguineus domini,vtrum præſumatur ei datum contemplatione officij,vel conſanguinitatis, & videtur dicendum quòd contemplatione ſanguinis argument.ff.de excu. tut. l. tutor petitus.§.quæ à tutoribus.& ff. de li. leg. l. Aurelius. §. Titius.
4 † Vltimò nota gloſſam hîc poſitam ſingularem quæ dicit, quod in factis antiquis potius præſumitur error, quàm in factis recentibus,nam libellus eſt memoria hominis.vt ff.de ac
c quirenda poſſeſsione l.peregrè.in prin.[c]

ADDITIONES.

a Iac.de Bel.& facit.C.de contrahend. emptio. lege ſi gaupentus.& ff.de pœn.& argument.lega.aut vxori mundus.lege final.§.primo.ibi dum ſolebat,extra no.Et ſi apparēt quòd ſint duæ inueſtiturę.de diuerſis codicibus factæ,ſi renuntiatur vni,non renuntiatur propterea alteri.ff.de lega.primo.l.ſeruo meo Stichus.C.de iure deliberand. l.ſuum hæredem.Et ſic prodeſt habere geminam prouidentiam,de lega.ſecundo.l.Lucius.§.quiſquis mihi.per Accurſium.& ff.de admen. leg.l.ſi tibi certam.Extrà not.quòd pares curiæ præſumuntur rogati,quia officium eorum eſt intereſſe, ſicut dicimus in tabellione.præſumitur enim rogatus propter officij ſui qualitatem,quia eſt adhibitus ad illum finē, vt gloſſatur ff.de teſtibus.l.dominus.& C.qui pot.in pign. hab.l. ſcripturas viij.Quot modis ſcripturæ dicantur plures vel publicę gloſſ.eſt eſt ff,quemadmod.teſt.aperi.l. ſecunda.§.ad cauſam.§.ſi plura.aduertas quòd ſi dicatur aliquid de errore,dic ſi eſt error expreſſus.non valet confeſsio,quę fit in iudicio,& valet.Aut in contractu,vel coram vicinis & non valet vt not.ff.de auro, & argento legatis.l. ornamentorum.quid ſi princeps ſuo motu proprio errat in conferendo: dicit ibi gloſſ.quòd error principis facit ius.vide de legatis,ſecundo.l.fideicommiſſum.

b Non nocet poſteris.Idem ſi cauſa non ſubſiſtat quæ erat finalis.C. de repu.hære.l.ſuus.& quod ibi not.Item deceptus non conſentit.l.ſicut.§.non videtur.in fin.ff.quib.mod.pigno.vel hypo.ſol.& ff.de conſtitu.pecun.l.fina.& ff.de pact.l.tres fratres.& l.ſi quaſi.de pign.actio. & not.quòd qui præſumitur decipi.in eo quod ignorat.vt not.in l.qui habebat.de rebus dubijs.per Accur.

c In prin.Ceſſatio infringentium irregularium cauſarum inducit cōualeſcentiam.de reb.dubijs.l.ſi inter.per Accur. not.malè contrahitur cum tutoribus,ſed cum prælatis bene contrahitur ſeruata forma quæ ſeruari debeat,vbicunque agitur de magno præiudicio ſiue ſint contractus alienationis ſiue locationis.vt not.Archid.xij.quæſtione ſecunda. capit.alienatio.& vide extrà de ſol.capitu.primo.& de depoſito.capit. grauis.per Innocen.extrà de præbend.niſi eſſent.nam tutor iurat vtilia facere.C.de adminiſtra. tuto.l.ſi.ſi facit contrarium eſt periurus.tamen ſi ſeruat formam iuris,& interueniat decretum ſuperioris valet contractus,& ſic periurium non vitiat contractum.In prælato attendi tur conſenſus.& officium,& vnum ſine altero nihil poteſt.vide extrà de reſcr.c.cā te.Anteceſſor & ſucceſſor habent diuiſum officiū,tēporū diuiſione.& ideò ab officio debent incipere,& de ſucceſſore non diſponit anteceſſor, quia res recaſurà eſt in alterius poteſtatem.argum. l.minoribus.ff.de vulg. ſubſti.Succeſſor qui ſuccedit in obligatione perſonali paſsiuè,tenetur ſtare colono.ſecus ſi eum obligatio non afficiat, ideſt,non officiat ei exceptio vt l.emptorem.C.loc.& vide quod not.ff. de vſu,l.generali.§.hæred.& C.ad l.Iul.de vi.l.tutores per Cyn.quia nō refert an nō fiat aliud an non iure.l.qui per ſalutem de iureiu.& hîc. & not.in l.quoties de op.leg.per Accur.cōfirmatio non trahitur ad tēpus quo quis non debet, vel non poteſt actum facere,& dic vt no.de iure codicil,l.quædam per Accur.tempus vtile in medio interueniens poteſt actum confirmare, ſi influit in potentiam cauſæ efficientis, vt hîc & ff.de hæredibus inſtituendis. l.qui ſoluendo non erat duos appollonios. quæcunqne facimus eo tempore vim aſſumunt quot poſſunt.de leg j.l.qui apud hoſtes.de re iudi. Abba. Quod fit per errorem non valet.ff.de acquir.hæred.l.Clodianus per Accur. etiam ſi conſiteatur ſe facere ex certa ſcientia.vt l.ſi.ff.de conſtitu.pec.

Qui ſucceſſores feudum dare teneantur. Rub.

1 ☞ *Succeſſor laici cogitur indiſtinctè adimplere inueſtituram factam à prædeceſſore.*
2 *Facere & confirmare qualiter hîc ponuntur.*
3 *Prælatus non poteſt futura concedere in præiudicium ſucceſſoris.*
4 *Prælatus ſucceſſor non tenetur prædeceſſoris factum ratificare.*
5 *Adde ad idem.*
6 *Regula Catoniana non habet locum in contractibus.*
7 *Prælatus cum ſuo ſucceſſore non cenſetur eadem perſona.*
8 *Libellus peto talem cogi ad ratificandum an procedat.*
9 *Executio contra Abbatem,vel monachum qualiter fieri poſsit.*
10 *Prælatus an poſsit declarare aliquid ſuper contractibus præcedentibus officio depoſito.*
11 *Hæredes laici an teneantur ex contractibus qui non tranſeunt ad hæredes.*
12 *Prælatus ſua obligatione perſonali non obligat ſucceſſorem.*
13 *Renunciationes uſitatæ apponi in contractibus poſſunt apponi in cōtractibus eccleſiæ.*

SI vero archiepiſcopus. Titul⁹ iſte diuiditur in duas partes.Prima loquitur de prelato qui feudum q̄ alius tenet ab eccleſia, alteri ipſo viuente conceſſit in diem incertam,in feudum. Secunda loquitur de laico.Prima pars durat vſque ibi laici verò. Secunda vſque ad finem.Caſus ſummarius. Succeſſor prælati non
a cogitur inueſtituram[a] à prædeceſſore factam & non expletam de feudo quod alius tenet ratam habere,niſi eo conſentiente qui feudum tenet ſi alius inueſtitutus. Inueſtiens au-
1 tem cogitur eam adimplere feudo ſibi aperto. † Sed laici ſucceſſor cogitur indiſtinctè adimplere inueſtituram à prædeceſſore factam.hoc di.[b] † In text.ibi facere vel confirma
b re not.quòd facere & confirmare hîc ponuntur.vt diuer.cōcor.extrà de fi.inſtrum.cap. inter dilectos. nam confirmatio eſt ad aliud relatio, & pendet ex illo, vel tanquam ſubſtantiali,vel tanquam præambulo. ff.de lib.le.l.Aurelius.§.teſta
3 mento. † Not. quòd prælatus non poteſt concedere futura in præiudicium ſucceſſoris,nec habet poteſtatem diſponen-
4 di de futuro,ſecus in domino.C. de donat.l. ſpem. † Not.q̄ ſucceſſor prælati non tenetur factum prædeceſſoris ratum habere niſi de iure ſit conſummatum : tunc enim quia gratia iam facta eſt,cum effectu,non expirat per obitum concedentis. vt not. extrà de fili. presb. c. ex tua. in nouella. & in c.ſi ſuper gratia de offi.deleg.lib.vj.Et adde quòd not.de reſcript.c.literis. adde quòd contractus prædeceſſoris obligat ſucceſſorem ad debitum & ad forum, etiam ſi contineatur renuntiatio priuilegij fori, per verbum, promittit ſoluere, vel promittit reſpondere. tex.eſt not.de fo.compe.c. dilecti. & facit extrà de ſol.c.j.Et eſt ratio quia quando prelatus ritè contrahit ipſa eccleſia dicitur cōtrahere. & ipſa eccleſia nun
5 quam moritur.xij.quæſt.ij.§. liberti. † Et adde quòd nota. in c. vlti. de procur. in cle. & quod bene fit à prædeceſſore debet habere ratum ſucceſſor, ſecus ſi prædeceſſor ſupplantet ſucceſſorem in præueniendo ante tempus vt hîc, & not. per Arch.xxxv.quæſt.ij.c.deceſſor.& hoc in eo qui habet ad miniſtrationem eccleſiæ, ſecus in præbendario,qui non habet adminiſtrationem niſi nomine perſonæ ſuæ.& ideo non obligat ſucceſſorem. cap. fina.ne præla.vices ſuas.per Inno.
6 † Secundò nota quòd regula Catoniana nō habet locum in contractibus,nam id quod non tenuit à principio,quia feudum non erat apertum, ex poſt facto confirmatur, ſi eidem collatio aperitur, ſed iſta materia requirit longam examinationem. de qua plenè per moder. in l. cum vir prædium. ff. de vſucap.& facit ff.de legat.j.l. ſi ſeruum filij.& ff.de rei ven
c dic.l.ſi à Titio ff.de contrahen.empt.l.rem alienam. [c] † Tertio not. quod ſucceſſor & anteceſſor in prælatura non cenſentur eadem perſona. Item not. quòd ille qui non poteſt tollere alicui actum non poteſt tollere potentiam.ff.de vſu, & habitu. l. diuus.§. primo.Item quod non legitimè factum
7

Source : BIU Cujas

ſt ab adminiſtratore non cenſetur factum ab eccleſia. Item not. quòd aliud in hærede qui gerit vicem defuncti. ff. de iu
8 re do. l. ſi ego. §. j. † Quæro nunquid procedat libellus, peto talem cogi ad ratificandum: dic quòd ſic, vbi ad hoc tenetur
d de iure. dvt hîc. & ff. de nego. geſt. l. Pompo. ſcribit. † Quæ-
9 ro qualiter fiet executio contra Abbatem vel monachum, dicit Ioan. And. quod ſi aliquid lucrantur ex operis, poterit in eo fieri, nam licet acquirant monaſterio, acquirunt dedu
10 cto ære alieno, extrà de obli. ad rati. c. j. in nouella. † Extrà quæro vtrum prælatus depoſito officio poſsit aliquid decla rare ſuper præcedentibus contractibus. Reſpon. non, vt ex-
11 trà de verb. ſigni. ex parte. in nouella. † Quæro vtrum hæredes laici teneantur ex contractibus qui non tranſeunt ad hæredem. Reſpondeo quòd non, vt no. ff. de preca. l. quæſitum. §. fi. niſi obligatio prius contracta in hæredem deſcen-
c dat. vt leg. & not. ff. de his qui no. infa. l. furti. §. pen. c † Quæ-
12 ro quid de quaſi hærede, vt de fiſco. Reſpondeo: vt no. ff. de noua. l. quoties. §. fi. & l. nouatio. in gl. & ibi eſt ratio. † Hic habes optimam gloſſ. quòd prælatus non obligat ſucceſſorem ſua perſonali obligatione: quia nil in eum tranſmittit, ſed realis & perpetua obligatio eccleſiæ eſt illa quæ obligat ſucceſſorem. & adde quod not. in l. j. C. de contractibus iudi. facit extrà de præben. c. niſi eſſent. de tranſac. c. de cętero.

Item nota quòd adminiſtrator non poteſt conferre, aliàs trahere conditionem tacitam, vel expreſſam, in tempus ſucceſſoris & vide quod not. ff. de hęre. inſtitue. l. illa inſtitutio.
13 †Item extrà nota quòd renuntiationes contractibus adiacentes & vſitatæ poſſunt apponi contractibus eccleſiæ. extrà de foro competenti. c. dilecti. Item not. regulam quòd vbicunque ex contractu quis tenetur de euictione eius, ei ſuperueniens confirmationem inducit. dicta l. cum vir. cum ſimi. Nota quod taliter quis cõtrahere videtur, qualiter per nomen appellatiuum profertur. ff. de contrahen. empt. l. qui tabernas. & hoc capitulo. Item nota quòd propter vnum-
f quodque eſt, & illud tale. f &c. Bald.

ADDITIONES.

a Inueſtituram. Ab extrà quæro nunquid producens inueſtituram cõtractus & petens inueſtituram traditionis poſsit loco libelli producere inſtrumẽtum, & petere eum exequi: & eſt argu. quod ſit per id quod leg. & not. in c. accepimus. de æta. & qualita. in nouella. quod puto verum in inueſtitura principis ſeu in priuilegiis, quia ſufficit loco libelli producere literas ſuas. Primò dic, quòd ſicut de plano poteſt. quia ibi non eſt contradictor non dicitur agi, ſecundum officium iudicis propo ni. non eſt neceſſarius libellus, ſed vbi eſt reus, ibi libellus eſt neceſſarius. vt lege edicto. de edic. diui Adria. tol. pro Iac. Butri. illud quod non tenet ab initio nec in vita concedetur. confirmatur poſtquam confirma tionem non recipit, vt l. fœminas. C. de lega. & hoc ſi Papa contulit mihi abſenti feudum, vel aliud beneficium: an antequàm habeam literas poſsim acceptare: & videtur quòd ſic, ſicut hæres poteſt adire clauſis tabulis, dummodo ſciat aliunde rei veritatem: ſecus in bonorum poſſeſſore qui conſcientiam iudicis tenere debet. l. j. C. de ſecun. tabu. Executores verò exequi non poſſunt, niſi prius literas recipiant & vt ita dixerim clauſis tabulis exequi non poſſunt. ff. de acqui. poſſ. l. qui abſenti. §. adeo. ff. de hæred. inſti. l. & hæc Tyberius. per Accurſiũ. Si prælatus credebat non vacare vt vacabat, an valeat, Reſpondeo ſic: quia veritas præ uenies opinionem diſponens, non reddit eam nullam ſed celebrem. ff. de libe. & poſthu. l. Titius. §. Lucius. ff. de condi. & demon. l. ſi iam facta. ff. de acqui. hære. ei qui ſe. nec vitiat error veritatem fautricem contractui. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. qui ignorauit. quid enim ſi crederet vacare & non vacabat, tunc fic, vacauit poſteà. Reſpon. caſus non verificans principium ſed finem rei habet inducere confirmationem. ff. de leg. j. l. ſeruum filij. ff. de hære. inſti. l. qui ſoluendo non erat duos Apollonios. quid ſi prælatus vult pluralita quòd quaſi omnia feuda infeudare vni militi. reſpon. non poteſt. quia præſumitur fraus, vel dilapidatio. ff. de acqui. hære. l. is qui bonis. & quod not. C. de repu. hæred. l. ij. nam in prælato, ſicut menſura toleratur: ita immenſitas reprobatur de accu. c. olim. Item not. quòd tractus futuri temporis, non pertinet ad prælatum, facit ff. de condi. & demonſt. l. legata ſub conditione. Extrà not. quòd id quod facit prælatus, vel tutor ſuaſione prudentum ei non imputatur ad culpam. C. de his quib. vtindign. in gloſſ. quæ incipit vt indigno.

b Hoc dicit. Vel dic, ſi prælatus habeat ſubſtantiale factum, non tenetur ſucceſſor, niſi perſona facientis initium ſumat, hoc dicit. Facit de actio. & oblig. l quæcunque. & l. obligatio. Item ſtatim quod prælatus eſt confirmatus, poteſt facere inueſtituram feudi aperti, vt not. extrà de elect. cap. tranſmiſſa. ſed factum ante non conualeſcit: quia vbi non eſt ordo, deficit ſubſtantia, ſed iſta materia requirit longam examinationem, de qua plenè per Modernos. ff. de vſufruc. l. cum vir prędium. facit ff. de lega. j. l. ſeruum filij. in princip. de rei vendi. l. ſi à Titio. ff. de act. empt. l. rem alienam. nomen officij eſt cauſa impulſiua, vnde non excuſat: ſecus ſi ſit cauſa materialis, vel fina. C. de ad. tut. ſi non ſubſcripſiſti prælati eccleſiæ nihil calumnioſè agere debent. C. de admin. tut. l. non eſt ignotum. per Accur. nec inquiſitor. vt not. Cy. C. de iudic. l. ſancimus. in fin.

c Rem alienam. Et eſt ratio, quia quod quiſque ſua voce poteſtatus eſt, id infirmare non debet. C. de non nu. pe. l. generaliter. Et not. doctrinam l. quòd non ex omni titulo, ſed adminiſtrationis tantum cauſa, poteſt prælatus & tutor contrahere. vt C. de adminiſtra. tuto. l. non omni. prælatus non poteſt adminiſtrare futura, ſed præſentia, quia facultas non ſe habet in futuris, dicit Inno. in fin. de ma. & obed. cap. j. ſtatuta etiam alias permiſſa, non poteſt prælatus facere, ſi ſunt in perniciem eccleſiæ. quod eſt not. d. Inno. in cap. peruenit. de arbit. Extrà no. quòd rector eccleſiæ qui poteſt habere proprium, non magis tenetur acquirere eccleſiæ, quàm ſibi. C. arbi. tut. l. quicquid. per Accur. & loquitur quando acquirit ex induſtria bona, vel mala, nam etiam mala dicitur induſtria, vt ff. ad l. fal. l. ſi hæres. Et aliquando ſagacitas appellatur prudentia. vt ff. de condi. & demonſt. l. quæſitum. Et error appellatur lucrum. ff. ad Tre. l. debitor. §. fi.

d Tenetur de iure. Quæro vtrum iudex teneatur confirmare contractus per ſuum decretum. Reſpondeo, ſic, ſi ordo & additio iuris hoc requirit. C. de decurionib. l. ſi quos. de prædi. mi. l. fin. de ſacroſanctis eccleſijs l. priuilegia. & quod confirmatur perpetuum eſt in dubio, vt ibi per Cy. not. & ita conſului in Amirallo Portugaliæ.

e §. penultimo. Vide ſi quid in fraudem patron. in l. prima quæ dixi, & not. in l. Lucius ſoluto matrimonio. & in l. an vitium. ff. de diuer. & temporal. præſcri.

f Illud tale. facit ff. de verbo. oblig. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de conſtit. pecu. l. fin. ff. de inſtitu. l. Lucius. & de fideiuſ. l. Lucius. Extrà not. quòd impoſsibilium vel carentium ſubſtantia, nullo tractu temporis ſurgit confirmatio. C. de legat. l. ſeruis. extrà not. Pone quòd papa conceſsit cuidam abbati, quòd pro delictis ſuis poſſet vendere iuſto pretio res eccleſiæ acquiſitas de bonis paternis, quam abbas iniuſto pretio ſcienter vendidit, & ſic venditio eſt nulla: quæritur an emptor ſupplendo iuſtum pretium poſsit ſe tueri. Et reſpon. non, quia ſi contractus eſt nullus licet quis velit ſupplere iuſtum pretium, non debet audiri. C. ſi vendi. pigno. agatur. l. cum contra. per Accur. Præmaturè facta conualeſcere poſſunt de lega. j. l. ſeruum filij poſt prin. At impoſſibiliter acta non conualeſcunt. de verborum obligation. inter ſtipulantem. §. ſacram. & aliquid licet ſucceſſori, quod anteceſſori non fuit licitum. vt hic. extrà addo quòd poſitiones demonſtratiuæ qualitatis non requirunt perſeuerantiam de futuro, ſecus ſi requirant tractum temporis continuati. C. de verbo. ſigni. l. fin. ſecundum Pe. & Cy. C. de indicta vidui. lege finali §. vltimo. & ideo diſtributoriæ orationes dietim purificantur, & non exigunt vltimum quadrantem, vt ibi per Cypri.

De controuerſia inueſtituræ. Rubr.

1 ☞ *Gradus quot ſunt ad inueſtigandum animam iudicantium.*
2 *Teſtes duo ſingulares, non conferentes in unum finem: qui eos produxit nullum dicitur habere teſtem.*
3 *Quid autem fiet ſi ſint duæ priuatæ ſcripturæ duorum mercatorum.*
4 *Teſtis ſubſtantialia quæ ſunt, ut ſibi credi debeat in omnibus & ſingulis.*
5 *Iudex quando debeat perſonaliter examinare teſtem.*
6 *Teſti an ſit credendum, ſi dicit ſe neſcire, poſteà mutat uerba, dicens ſe melius recordari.*
7 *Poſteà concludit ex prædictis.*
8 *Prælatus ſi aliquem inueſtiuit coactus per metum an teneat inueſtitura.*

1 †Præmitte ad euidentiam quòd certi ſunt gradus inueſtigationis & intellectus animi iudicantium, ſcilicet gradus informationis, gradus hominis præſumptionis, gradus ſemiplenæ probationis, gradus præſumptionis legis, gradus vehementis adminiculationis, & gradus indubitatæ ſcientiæ & probationis. Primus gradus non ſufficit ad deferendum iuramentum actori ſuper actione, vel reo ſuper exceptione, per talem regulam, quia iuramentum in defectum probationis non habet vim niſi vnius teſtis. & iſte teſtis eſt irregularis. quia ipſemet pars efficitur teſtis. & ideò niſi habeat conteſtẽ non probat vt no. C. de re. cre. l. in bonæ fidei. intelligo conteſtem omni exceptione maiorem. nam ſi aliquo modo læderetur teſtis opinio, non deberet iuramentum deferri ſecũdum doct. alibi dicam. Illud autem quòd deferatur iuramẽtum in defectum probationis, fuit introductum potius de æquitate quàm de rigore: quia non eſt bonum vt veritas de
2 negetur: vt infrà quo tempore miles. c. fin. † Eſt bene verum quòd ſi duo eſſent teſtes ſingulares non conferentes in vnum

Source : BIU Cujas

vnum rei finem, qui eos perduxit non diceretur aliquem te
a ſtem habere[a] & propter ipſam varietatem teſtimonij nulla
fides adhiberetur. vt extrà de proba. ca. licet cauſam. Si au-
tem teſtes non eſſent adeo ſingulares quòd non propterea
diſcordarent in vnum rei finem, ſed venirent in eundem fi-
nem per diuerſa media ſeu per diuerſas coniecturas ſibi in-
uicem patrocinantes, ſicut vna via ducit Romam, ſed non
ſola, puta vnus teſtis teſtificatur de veritate, alter de confeſ-
ſione: tunc quia vnus adminiculatur alteri, bene defertur
b iuramentum, [b]vt extrà de ſucc. ab inte. capi. cum dilectus. &
c & facit tex. no. C. de pœnis. l. qui ſententiam. [c]eſt ergo duplex
ſingularitas, quędam obſtatiua, & iſta infringit teſtimoniũ:
quædã adminiculatiua, vt vnus teſtis de veritate, & duo de
fama, & iſta coadiuuat teſtimonium. vt l. tertia. de teſt. &
ff. de ædil. edic. l. quæro. §. fi. ad quod facit quod nota. in ca.
primo. extrà de teſti. & in Spe. in tit. de teſte. §. inſtat. verſic.
3 hîc tamen, † Sed quid ſi ſunt duæ priuatæ ſcripturæ duo
rum mercatorum probatę opinionis. Reſpondeo, defertur
ſacramentum, vt no. ff. de iureiu. l. admonẽdi. Et ſi dicatur.
imò plenè probant quia ſunt eiuſdem generis. Reſpond.
quia ſine iureiurando priuatæ ſcripturæ deponuntur etiã ſi
eſſent mille non facerent plenam probationem de rigore
iuris. vt not. C. quemadmodum teſt. ape. l. ſecunda. & ff. e. l.
ſecunda. niſi poſtquam eſſent ſolenniter publicatæ iudicis
d authoritate: [d]vt C. de teſt. l. publicati. & hîc de teſt. & ſcriptu
ris priuatis. Inſtrumenta autem publica non videntur poſſe
dici ſingularia, quia nullum eſt inſtrumentum publicum
quod habeat vim vnius teſtis, cum eſſe debeat roboratum
legitimo numero teſtium, aliàs non eſſet ſemiplenum. ſed
nullum vt in authen. de inſtru. cau. & fide. §. oportet. & C.
de teſta. l. ſi vnus. & no. C. de fideicom. l. quæſtionem. Bene
tamen poſſunt eſſe inſtrumenta inter ſe varia, contraria, ta-
men vnumquodque debet habere formam propriam etiã
ſi fides non detur vt not. C. de fide inſtru. l. ſcripturæ. & de
edic. di. Adri. tol. l. edicto. De duobus autem teſtibus incom
patibilibus propter regulam iuris, quæ dicit paganum non
poſſe decedere cum duobus teſtamentis. Alia verò dicun-
tur incompatibilia ex diuerſitate ſuæ formæ. & iſta eſt con-
tratietas quædam ſecundum quid, ſed ſi ſimpliciter ſint cõ-
traria, tunc ſibi inuicem aduerſantur ſecundum quid ſimpli
4 citer, & iſta eſt vera contradictio. † Extra no. quòd quæ-
dam ſunt ſubſtantialia fidei teſtis, vt omnia quæ includun-
tur ſub iuramento, & forma articulata, vnde ſi in vno men-
tiatur, non valet in aliquo: ſecus ſi officio iudicis interroge
tur ſuper extraneis, vr ſuper veſtibus vel nubibus cœli. nã
iſte etſi ſit mendax, tamen non periurus, quia non iurauit
ſuper his. Quædam ſunt ſubſtantialia cauſæ, & mendax in
his ſemper eſt periurus, nec in aliquo creditur ſibi vt not.
Inno. de hære. capit. fraternitatis. In hac ſententia eſt Old.
5 † Si autem iurauit dicere veritatem ſuper omnibus de qui-
bus interrogabitur, & interrogatur ſuper veſtibus & ſimili-
bus. aut primò mentitur, & in aliquo non creditur, aut po-
ſtremò: & creditur, quia nõ erat periuruscũ prius depoſuit,
& ſic eſt argumẽtũ de pũcto. Et no. quod teſtis quãtũ dicit
tantum probat, & non plus: quia per teſtes non colligitur
probatum, niſi quatenus in dictis inuenitur. vt no. in capi.
6 veniens. de renuntiatione. in nouella. † Extrà not. quòd
in grauibus cauſis ſeu quæ non poſſunt delegari iudex de-
bet perſonaliter examinare teſtem vt not. extrà qui ma. ac-
7 cu. poſſunt. capitulo à nobis. & ibi not. † Extrà not. quòd
teſtis qui dicit ſe neſcire, ſi poſteà examinatus dicit ſe ſcire,
quia melius recordatur nũc, quàm tunc, valet dictum ſuũ.
lege ſecunda. §. quod obſeruari. de iuramento calumniæ.
per Iacobum de Arena. quod verum eſt, antequam ſit lo-
cutus cum parte aliàs ſecus, vt nota. in authentica. de teſti-
bus. §. quia verò. & idem gloſſ. eodem titulo. in §. illud. &
dixi C. de in integrum reſtitutione minorum. in lege de
e tutela. Item not. quod dubia probatio e interpretatur ali-
quãdo eſſe iudiciũ. ff. de proba. l. cũ de ætate. Ex his cõcludi
f tur [f]qualiter iudex ex diuerſis animi motibus, & ex varijs
ſuggeſtionibus partium, teſtium, & inſtrumentorum, quan-
doque deuenit ad vnum animi finalem conceptum non in
digentem alio adminiculo, videlicet iuramenti de quo lo-
quitur principium tituli noſtri, & certè dici poteſt quod
quadruplex eſt animi motus. ſ. impulſiuus ſeu ſuſpicans, prę
ſumptuus ſeu inclinans, vehemens ſeu impreſſiuus, clarus
ſeu plenariè informatus. Primus valet ad inquirendum &
alia quæ ſunt modici præiudicij. Secundus ad iuramentum
hincinde deferendum. Tertius ad iuramentum ei tantum
deferendum. Quartus preciſus ad ſequendum acta & plenè
probata, ſed illud pro regula tene, quod prõptiores ſumus
ad abſoluendum, vt infrà, hîc finitur lex. §. primo. & quod
propter conflictum præſumptionum reus abſoluitur: vt in
capitulo, inter dilectos. §. finali. extrà de fide inſtrumento.
Ibi etiam not. Hoſt. quod fama cedit contrariæ veritati, &
g nihil releuat. ibidem in nouella. g † Quæritur vltimò quid
8 ſi prælatus aliquem per metum inueſtiuit? Reſpondeo ipſo
iure non tamen inueſtiuit, quia ad id mandatum non ha-
bet, nec poteſt illud obſeruare ſine interitu ſalutis æternæ,
& quod dicitur quod voluntas coacta, voluntas eſt, eſt ve-
rum in rebus proprijs, ſecus in adminiſtratoribus. lege pri-
ma. in. fi. ff. de autho. tu. Dicit Ray. de Penna forti quòd vox
prætoris dicentis, quod metus cauſa geſtum erit ratum non
habeo, eſt vox dei quam poſuit in ore prætoris. vt ipſe no-
tat in materia iuramentorum. His autem expeditis venio
ad tex.

ADDITIONES

a *Habere.* Vide Bald. in authen. rogati. C. de teſt. vbi pulchrè loqui-
tur. vide quæ dixi in dicto capitu. cum dilectus. de ſucceſsio. ab inteſtat.
Andre. Barba.

b Defertur iuramentum. Vide dicta in capi. quoniam. de offi. ordin.
vide gloſſ. in l. tam literis. de teſti. quæ dicit quod in caſu illo non de
fertur iuramentum. & tamen teſtes erant ſingulares, licet reuera ibi
non probet neceſſariò quia licet dicat ſoli, fortè ſi in cauſa teſtificati
fuerant. Andre. Barba.

c Qui ſententiam. Adde gloſſ. & Bart. in l. ob carmen. §. ſi teſtes. de
teſtibus. q† tunc ſingularis obſtat, ſcilicet in actu inſtãtaneo & momẽ-
taneo, ſecus in continuo, & ſucceſsiuo, vt in poſſeſsione certi temporis
probanda: quia ſufficit quod vnus dicat de vno anno, alius de alio.

d Iudicis authoritate. ſi prælatus aliquem per metum inueſtiuit,
ipſo iure non tamen inueſtitur: quia ad id mandatum non habet, nec
poteſt illud ſeruare ſine interitu ſalutis æternæ, & quod dicitur quod
coacta voluntas eſt voluntas, eſt verum in rebus proprijs, ſecus in ad-
miniſtratoribus. l. j in fi. ff. de admi. tu. Ray. de Pẽna forti. quòd vox prę
toris dicẽtis quod me. cauſa geſtum eſt ratum non habebo, eſt vox dei
quam poſuit in ore prætoris vt ipſe not. in materia iuramentorum.
Andr. Barbatia.

e Dubia probatio. Not. quod teſti qui dicit ea quæ non conueniunt
negotio, ſiue naturæ negotij non creditur. ff. de teſti. l. ob carmen. §. fi.
Extrà not. quòd probatio debet fieri per naturalẽ rationem. vt C. de
non numerata pecunia. lege aſſeueratio. Adde duo proportionabilia. ſ.
ſimplex negatiua & non ens: iſta enim conuertibilia & æquipol entia
ſunt. C. de codic. lege nec codicillum. per Accurſ. affirmationes & pri-
uationes ſuat ſuppoſitorum ſeu principiorum. quæ enim nunquam
habuerũt principia non dicũtur, pati priuationes. ff. de cõdi. & demõ. l.
Titio vſufr. ff. de verborum obligationibus. lege decem. ſed bene di-
cuntur pati negationes. nota. quod probato vno de contrarijs cogno-
ſcitur reliquum. ff. de legatis primo. lege Titiæ textores. Extrà quæro
vtrum inſtrumentum ſecundæ infeudationis factæ per Bartolum &
Cy. tanquam de feudo conceſſo ab A. communicetur b. Reſpondeo
ſic. C. de poſſe. l. deſiderium. & ibi per Cy. Adde ſi teſtis dicit ſe ſcire
quod Titius poſſedit per annum patiente Seio. & non reddat rationẽ
ſcientiæ: quia non fuit ab eo quæſitum dare, an probet, & videtur
quòd ſic, quia ſub verbo ſcio, includitur cauſa, quia ſcire eſt rem per
cauſam cognoſcere. item deponit de eo quod percipitur viſu in con-
trarium, quia imò deponit ſuper intelligibile. Item non declarat de
ciuili vel naturali, & ſic eſt incertum quia non dicit vide ſed dicit ſcio.
Item patientia eſt res intellectualis, & non videtur clarè ſed per indi-
cia, de quibus non deponit quod verius eſt. Item intellectus poteſt ſpe
culari per diuerſa fantaſmata, & ideo debet ea exprimere, ſed viſus nõ
niſi vno modo, ſub quacunque forma iuret teſtis non creditur ſibi,
niſi iuret dicere veritatem: vt notatur ff. quemadmodum teſtamenta
aperiantur. l. ſi cum ab initio per Accurſium. Ille qui non produxit te-
ſtes, ſed ab alio ſunt producti non poteſt petere eos publicari, licet ſua
interſit, dicit Inno. in capitulo conſtitutus. de teſti. Quis antem dicatur
principalis habes text. notabilem. C. de liberali cauſa. lege principa-
lis. Sed pone iudex Mediolani miſit notarium ſuum ad examinãdum
teſtes Papiæ & notarius ita fecit quæritur vtrum valeant atteſtatio-
nes. Reſponde, ſic, non de citatione dubitandum eſt, quia valet quòd
verbo fit, tamen ſi nollent teſtificari non poſſet eos cogere. ff. quemad
modum teſtamenta aperiantur. lege ſi quis ex ſignatoribus. Et vide in
l. omne. §. ſi verò. C. de epiſcopis & clericis. Et nota. quòd probatio
debet eſſe intelligibilis & clara, & ſic libellus incertus ſuſtentatur à iu-

Source : BIU Cujas

re.vt l.si in duobus.§.tabulæ.ff.quemadmodum test.aperi.per Accur. & l.j.§.si quis argentum.ff.depositi.per Accur.

f Concluditur. Vide tex.in ca.cum ad idem.de resti.spo.& in capit. præterea de test.& in c.in nostra.eo.tit. Vide Bald.in l.j.in princi.C.de manu.vindi.vbi dicit quòd potest moueri ex causis non expressis in processu. And.Bar.

g In nouella. Dicit ibi Innocen.quòd discretus iudex semper stabit melioribus probationibus extrà de probatio.c.iurabit.quia validiora argumenta veniunt in testibus, sicut in dialectica sola suspicio non sufficit vt no.in l.fi.& ff.de test.l.ob carmen.§.si testes.ibi argumento.de his qui.vt indig.per Accur.Socer,gener & testes deferentes non allidunt probationes si sunt alij probantes competentis numeri.secũdum Accur.& Bar.in l.j.in fi,ff.quemad.test.ape.

1 *Cõtrouersiam facere dicitur quis actiuè & passiuè, Idem in mouente quæstionem.*

2 *Iurisconsultus si suscipiat causam consulendam, nisi respondeat super omnibus, non dicitur plenè consuluisse.*

3 *Breue testatum quid sit. Et an probetur per sigillum domini.4.*

5 *Quid si sint diuersæ manus notariorum.*

6 *Dominus si eum pœnitet inuestituræ an cogatur præcisè uel an possit soluere interesse.*

7 *Iuramentum an deferri possit in defectum probationis in causis, in quibus iuratur de ueritate & non de calumnia.*

8 *Et an iuramentum decisiuum possit deferri in defectum probationis.*

9 *Commodum possessionis releuat possessorem ab onere probationis.*

10 *Arbitrium iudicis an uersetur circa iuramenti delationem uel non delationem.*

11 *Ponens hoc modo, pono quòd tu non es uasallus an uideatur aliquid ponere.*

12 *Inuestitus hoc modo de aliquo castro, inuestio te de tali castro: an uideatur inuestitus de rebus corporalibus & incorporalibus.*

SI autem controuersia. Si vasallus dicat se inuestitum verbaliter de aliquo feudo, quare dicat se mittendum in possessionem realem: econtrariò dominus neget eum inuestitum esse, quare dicit se non teneri mittere in possessionem, quæritur cui incumbat onus probandi. Et certè vasallo incumbit, nam probare debet inuestituram verbalem factam fuisse, quo probato dominus tenetur seu cogitur mittere ipsum in possessionem realem. primò tamen præstito sacramento fidelitatis, quamuis hoc non dicatur hîc, sed dicitur infrà in titu. quid præce.debet.an inue.an fideli.c.j.& hoc qudo dominus possidet. Si verò vasallus possideat, & stetit in possessione per annum domino sciente, tunc domino mouente controuersiam de re quæ dicitur in feudum data, sibi incumbit onus probandi, & domino nihil probante statur sacramento vasalli, vt in secundo respõso huius capituli. Si verò dñs possideat & vasallus nihil plenè probat, sed aliquam præsumptionem pro se adducit, tunc statur sacramento domini possessoris cum xij.sacramentalibus, vt in tertio responso huius capituli. hæc vera, nisi constet vasallum aliud feudum habere de quo non sit controuersia, nam vasallo non possidente aliquod feudum de quo est controuersia, neque probante plenè sed præsumptionem se asserente, vt dixi, tunc domino remittitur, & secundum hoc erit exceptio à præcedente casu, si ita intelligas superius responsum vt dixi. & ita cõtinuatur ad sequens responsum quartum q̃ incipit. si verò feudũ &c. Aliter potest legi tertium & quartum responsum. vt infrà in eis dicam. Pe.de Cer. vel breuius, secundum Ia.de Bel. Si inuestitura sit facta coram testibus, vel per breue testatũ, dominus tenetur inuestitum mittere in possessionẽ. Si verò in possessione fuerit, & lis ei moueatur à domino, sibi datur defensio per iuramentum, nisi in casu, vt quando vasallus est de alio feudo infeudatus tunc domino remittitur iuramentum. Iacob.de Bel. Casum pone in nube. vidistis superius qui possunt inuestituram facere, & ad quos inuestitura transmittatur, & quæ possunt facere cogantur vel non cogantur. tunc circa prædicta formatur talis quæstio generalis. Pone quòd quæstio est inter dominum & vasallum de quodam castro, de quo vasallus dicit se verbaliter inuestitum, dominus negat: quæritur quid iuris de ista quæstione. Respondet autor huius capituli distinguendo. Aut de inuestitura constat per pares curię vel breue testatum. & tunc dominus cogitur possessionem tradere vasallo, aut non constat, & tunc refert, Aut vasallus est in possessione, supple, in qua stetit ad minus per annum, & domino sciente & non contradicente, & tunc vasallo defertur iuramentum propter commodum possessionis.[a] Aut vasallus nõ est in possessione, & tunc iuramentum defensionis datur domino, & hoc est verum nisi ille sit vasallus ex alio feudo indubitato, nam tunc propter reuerẽtiam domini statur assertioni eius remissa sibi necessitate iurisiurandi.[b] †In tex.ibi.cõtrouersia. Actiuè & passiuè dicitur quis controuersiam mouere.ff. de procura.l.non solum.§.si status. Item actiuè & passiuè dicitur quis mouere quæstionem in resistendo. vt ff.ad Trebellia.l.Lucius.§.tres hæredes. Item dicitur quęstio siue agatur personali siue reali. vt hîc & ff.de procu.l.qui absente. & ff.de euic.l.si plus.§. nota quid iuris. quæstio generalis est & omnia capitula cõplectitur: vt l. eius qui in prouinciam. in princip.ff.si certum petat. †Vnde si committitur alicui quæstio consulenda per hunc modum quid iuris, nisi super omnibus consilium reddat, nõ videtur consilium reddidisse. argumen.ff.de arbi.l.quid tamen. Si inuestitura, scilicet verbalis ex qua non quęritur dominium, quia non continet traditionem vel quasi vt no.Inno.extrà de consue.ex parte. & Dyn.in c.j.de reg.iur.lib.vj.secus in reali. †In breui testato. dicitur breue quia breuibus verbis. vt l.j.ff.de hæredi. instit. C.de conuen.fis.debi.l.inter chartulas. lib.x.C.de fidei com.l.verborum volo. †Sed nunquid breue testatum probatur per sigillum domini. dic quòd sic. & si plures sunt comites sufficit quod sigillet ille qui tenet sigillum, de his plenè vide quod not.extrà de fide instrumento. capitul.inter dilectos.in nouella. Sed nunquid probetur per imbreuiaturã. Respondeo, sic, vt not.ff.de admistr.tu.l. Chirographis, per Accursium. †Sed nũquid si sunt diuersæ manus duorum tabellionum, quia vnus scribit, & alter de eius mandato subscribit, dic vt no.in d.authẽ.inter dilectos. & facit quod no. ff.de edend.l.si quis ex argentarijs.§.j.in verbo subscribere. & ff.de testamen.milita .l.tribunus.§.fin. †Cogitur dominus an pręcisè compellatur, an verò possit soluere interesse, si eum pœnituit inuestituræ.gl.tangit hoc, sed argui potest quòd cogitur pręcisè, quia feudum est cõtractus in quo ius dandi continetur, idest, datio vtilis dominij. ergo præcisè tenetur ad dandum. quia obligatio rem dari certa est ideo nõ recepit alternationem de interesse, vt ff.de verborum obligatio.l.vbi autem non apparet.§.final. ff. de contrahenda. emptio.l.si ita distrahatur. Item feudum non est contractus bonæ fidei. instit.de actio.§.actionum. & ideo licet glo.ibi. dicit, quòd vbi dari est in obligatione ex contractu bonæ fidei liberatur reus præstando interesse quæ glossa non est alibi, tamen secus est in obligatione stricti iuris, præcisè dicimus verbis inhærere. ff.de triti.l.in hac.in magna gloss. Præterea etiam vbi in contractu bonæfidei qui tenetur ad traditionem, & habet potestatem rei tradendæ compellitur officio iudicis, & tenetur ad præcisam traditionem vt plenè not.instit.de contrahend.emptio.§.j. Si autem tradere non posset de facto vel de iure, vt quia scit rem alienam. tunc satis videtur æquum quòd liberetur prestando interesse cum nec aduersarius posset cum bona fide traditionem recipere. argumento ff.de action.empti.l.fi seruus.§.final. & ff.de exceptio.doli.l.pater.§.ex quadrante. & argument.ff.de cõtrahenda emptione.l.si in emptione.§.item si emptor. Alij aliter dicunt, de quo infrà de noua forma fidelita. capitulo primo.§.inuestitura verò. & alibi videbimus mittere in possessionem. scilicet personali actione. videlicet cõdictione ex moribus. Item certi condictione generali iuxta no.in l.certi condictio. in principio ff.si certum petatur. dicit alibi text. quod hîc ad iudicis spectat officium. infrà de controuersia inter vasal.& episcop.capitulo primo. sed illud quando de plano, & sine libello dominus confitetur vel [illegible] patet.[c] Fuerit in possessione. Hîc sumus in reali iudicio. quia per possessionem

a
b
1
2
3
4
5
6
c

ſeſsione m quæſitum erat vaſallo vtile dominiũ:vt infrà de inueſti tura.de re alien.facta.c.j.§.rei autem. Licet quidam dicant vaſallum nullum dominium habere.de hoc plenè diſputatur.infrà de ca.Corra.c.j.§.prætereà.Et no.hîc magnũ commodum poſſeſsionis breuis temporis.ideſt,anni, concurrente tamen ſcientia,& patiẽtia domini,& iſtud eſt proprium ius feudorum.de anni ſpatio habemus in alio caſu.infrà de milite vaſallo,qui contumax eſt.ca.j.& qui olim feu. ali.c.j.§.porro.& infrà ſi de inueſti.inter & do.vaſ.c.j.§.fin. & hoc eſt intelligendum niſi conſtaret de non inueſtitura. nam tunc talis abuſiua & prædatiua poſſeſsio nihil patrocinaretur:vt C.de proba.l.ſi de poſſeſsione. & argu.ff.de furt. l.itaq; fullo.& infrà de milite vaſallo qui contumax eſt.c.j.§. ſi verò.& quod no.Inno.extrà de fil.preſbyte.c.conſtitutus. Si autem.nota hîc quòd cum pro agente nulla ſunt adminicula non defertur iuramẽtum ei ſed aduerſario.Adde hîc
7 quod no.ff.de interro.ac.l.vbicunq;.†Sed nunquid in cauſis.in quibus iuratur de veritate & non de calumnia deferri poteſt poſtea iuramentum in defectum probationis.& videtur quòd non:quia iam eſt iuratum.Sed dic cõtrà.quia primum iuramentum eſt præſumptiuum: ſecundum diffinitiuum.vt eleganter nota.in c.mulieri.extrà de iureiu.ibi omni-
8 nino. †Et no.nullum iuramentum deciſiuum poſſe deferri in defectum probationis niſi viſo & diſcuſſo qualis ſit iſte defectus, & hoc eſt quod dicimus cauſa cognita: vt in frà de gradi.ſuccedendi in feudum.c.j.§.ſi vero dominus.ergo aduerſa parte non citata deferri nõ poteſt,quia debet cau ſa diligenter examinari & not. verbum diligenter quod eſt ibi, aliunde. Et per hoc conſtat quòd debet ei reuerentiam tanquam domino. remittitur igitur ex debito reuerentiæ.Et de debito reuerẽtiæ loquitur tex.infrà de mili. vaſallo qui contumax eſt.c.j.Et de debito deuotionis habemus infrà in qui.cau.feu.amit.c.j.§.quomodo.ſicut aliàs remittitur iuſiurandum,parenti & patrono: vt ff.de iureiur. l.iuſiurandum & ad pecunias.§.hoc iuſiurandum. Sed glo. dicit remittitur,ideſt aufertur.& eſt glo.falſa,niſi exponas, aufertur ſcilicet neceſsitas iuriſiurã.in hoc cõcordat Iac.de Bel.& Pet.de Cer.Opp.nã dicitur hîc quod poſsidenti incũbit probatio.Contra.infrà de cõſue.recti feu.c.j.§. ſacramẽ-
9 tũ.ſol.vt ibi. †Secundò opp.ad idem quod propter cõmodũ poſſeſsionis releuatur quis ab onere probandi,vt inſtit. de interdi.§.commodum.ff.de rei ven.l.in ſpeciali.C.eo. l. fi.ff.de libe.cauſa.l.liberis.§ viti.ff.ſolu.matr.l.Titia.nã reus actore non probante debet abſolui.C.de eden.l.qui accuſare.ſol.conſidera quod diuerſæ ſunt naturæ cauſarum,nam quandoq; ſententia poteſt ritè ſic ferri abſolutè:quia nõ eſt probatum,& tunc loquuntur contraria quandoq; ſecundũ naturam cauſæ & iudicij non poteſt ſic ferri.vt cum quis petit ſe abſolui,quia vaſall' vel quia emphyteuta vel quia vſu fructuarius,& tunc nõ eſt verũ quod poſsidenti nõ incũbat probatio,imò debet probare ius ꝙ habet neceſſe allegare vt ꝙ ſit vaſallus,emphyteuta vel vſufructuari',quia omnis res præſumitur libera niſi probetur ſeruitutem habere:vt l. alius.C.de ſerui.& ff.ſi ſerui.vend.l.loci corpus.§.competit.& l.ſicuti.§.ſi quæratur.& ff.de ope.no. nun.l.prius per Dy.Ité ſi vult dominus abſolui quia non probatũ eſt contra eum non oportet eũ iurare extrà de proba.c.ij.& in c.inter dilectos.§.vlt.de fi.inſtr.ſed ſi vult abſolui,quia aduerſarius nõ eſt vaſallus debet iurare.vt hîc.& differentia patet ex no. de cõd.inde.l.Iul.& l.ſed & ſi poſſeſſori.in prin.ff.de iureiu. & ſic aut vult abſolui cũ determinatiõe ſpecialis cauſæ, aut abſq;.ar.ff.de proba.in l.cõtra eũ & ff.de exce.rei iud.l.ſi inter me.& d.l.ſed & ſi poſſeſſori.in prin.de iureiu.& extrà de offi.dele.c.cũ contingat.& de reſti.ſpo.in c.ex cõqueſtione.
10 per Inn. Quæro vtrum circa delationẽ vel nõ delationẽ ſacraméti iudicis arbitrium verſetur.Reſpõdet gl.ꝙ ſic,nam verſatur circa qualitaté perſonarũ.ſed quæro quis præſumatur legalior.Rñdeo ex ipſa natura præſumitur æqualitas ſed ex moribus ſurgit inæqualitas vt no.in ſimi.ff.de procur.l.ſi autor mali.Sed nũquid iſta diſtinctio habet locũ in iuramẽto quod defertur.lege verbi gratia.dicit ſtatutum ꝙ de damno dato ſtetur iuramẽto accuſatoris.Reſpõdeo,nõ: quia iudex põt facere id quod ſibi non eſt per legẽ permiſſum.vt ff.qui & à qui.l.proſpexit.& not.in l.j.C.ſi aduerſus
11 liber.per Ia.de Are. †Quæro an ille qui facit talem poſitionẽ,(pono ꝙ tu) non es vaſallus,intelligatur aliquid ponere dicit Spe.ꝙ nũquam intelligitur quis negatiuam proponẽdo aliquid ponere,niſi ei incumbat neceſsitas probandi.ff. de iureiuran.l.nam & poſtea.in prin.vbi omnino videas,Et ideo ſi ei non incumbit neceſsitas probandi,iſta non intelligitur poſitio,ſed quoddam dictum cui non tenetur aduerſarius reſpõdere,ſcilicet tanquã poſitioni,ſed bene teneretur reſpõdere tãquã interrogatiõi, ſi iudex ex ſuo officio interrogaret.per l.vbicunq;.ff.de inter.act.& ita intelligi põt. c.j.de confeſſ.li.vj.& dic vt ibi.& vide quod no.in l.j.in fine magnę gl.C.de confeſ.De alijs autem cauſæ cognitionibus quæ verſantur in delatione iuramentorum tangit gl.hîc & plenè dic,vt dixi in l.admonendi.ff.de iureiu.& l.bona fide.
12 C.eo.ti. †Extrà quæro vtrum inueſtitus per hæc verba,inueſtio te de tali caſtro,intelligatur inueſtitus de rebus corporalibus & incorporalibus.Reſpondeo,ſi poteſt apparere de intentione inueſtitoris,vel ex ipſorum verborum natura illud ſeruatur vt no.Inn.extrà de app.c.dilectis.Et per Bart.
13 & doc.in l.iij.in prin.ff.de acqui.poſ. †Sed in dubio omnia nomina vniuerſitatum,ius & factum ſignificant,& ideò nomen caſtri ſignificat proprietatem,& iuriſdictionem ſucceſſorum:vt no.Bar. in l.ſi quando.C.de bo.va.li.x.Et adde quod no.Inn.de cõceſ.præb.c.propoſuit.& de iureiu.in ca. debitores.& quod no.in c.ad quæſtiones.de rerum permu. in nouel.& eſt gl.ordinaria no.infrà de capitaneo qui curiã
d vendidit.c.j.vbi omnino videas.[d]

ADDITIONES.

a Cõmodum poſſeſsionis. Vnde nulli venit in dubium, maius eſſe cõmodum poſsidere quàm petere.vt no.ff.de re iu.l.pactis. & facit ff. de teſt.mili.l.codicillis.§.veteranus. inſti.de interdictis.§.commodum. Extrà not.ꝙ ille qui in erat campo præſumitur ipſum poſsidere, licet ex eo non percipiat fructus,quia fortè erat ſterilis.ff.de vſufr.l. arboribus.§.de illo.in fi.Adde quando duo tituli pares veniunt ad conflictũ melior eſt cauſa poſſeſſoris vt no.C.de edi.diui Adr.l.edicto.& C.eo.l. cum proponatis.per Iac.de Bu. Veriſimiliora dicunt quæ iuri communi conſonant,vbi eſt contrarietas teſtium dicit Inno.de præſcri.c.audi tis. Verbum ſcio non refertur ſolum ad viſum,ſed ad rationem intellectus,dicit Inno.in c.fi.de iura.calum.

b Iuriſiurandi. Adde quòd poſſeſsio eſt duplex.ſcilicet,viſibilis.ideſt, intellectualis,& ideo dicit poſſeſsionem eſſe incorporalem ſeu inuiſibilem.ſcilicet prout eſt in habitu,quæ etiam apud dormientem eſt.ſed illa quę eſt in actu,corpore bene videtur vt eſt ſingularis gl.inſti.de hęredi.ab inteſtato.§.ſui.in gl.hoc ideo.& non eſt alibi.ſimiliter dicimus ꝙ quædam vitia inuiſibilia ſunt.C.de edicto diui Adri.tollend.l.ij.quæ non præſumuntur niſi probentur.Præterita verò nõ vidimus,& ideo notorium propriè non eſt in præteritis,quia de eodem debet eſſe notorium de quo eſt demonſtratio ad oculum,non eſt de abſentibus ab oculis hominum,de quo alibi dicam.Adde quòd libellus conditionalis non procedit in principalibus, ſed in acceſſorijs.C. locati.l. conditionis.per Accur.Adde ꝙ procedit iſte libellus,peto me protegi ſeu cõſeruari & defendi in poſſeſsione.C.quod cum eo.l.ſi ſeruus tuus facit gl.ad Carb.l.ij.aliàs prima.§.fi.Adde ſi amiſſum eſt breue teſtatum,vel vetuſtate cõſumptũ de nouo debet fieri.vt no.ff.de admi.tuto.l.Chirographis.& in authẽ.de hęr.& fal.per Accu.ar.C.de fideic.l.inſtrumẽta. Extrà no.ꝙ neceſſarius ſenſus ſcripturę omni mẽti præualet ff.de vſu fru.l.ſi alij.per Accur.ſed in ambiguo ſenſu nunquã eſt eligẽdus ſenſus inutilis.ff.de leg.ij.l.Titia cum teſtamento.§.j.poteſt tranſfigurari locutio in alium intellectũ,ſi hoc per prius ſit factũ vt no.in l.mj.de leg. j.per Accur.

c Ibi patet.Quid ſi interim vaſallus decedit.Reſpondeo,annum vacuũ prodeſſe,quia poſſeſsio interim qualis qualis fuit apud hæredem.l. gerit.de acquirẽ.hęredi.& ibi eſt tex.vnicus in iure de iſta quaſi poſſeſſione.

1 *Agnatus uaſalli defuncti ſi dicit feudum ad ſe pertinere iure ſucceſſionis:quia fuerit paternũ, dominus autem dicit feudum eſſe nouum: quid erit faciendum.*
2 *Dominus uaſalli poteſt permutare dominium directum cum utili.*
3 *Iuramentum quare dicitur indiuiſibile.*
4 *Prædium præſumitur eiuſdem qualitatis:ſi nulla apparent ſigna diuerſitatis.*
5 *Partem aliquam dicere, tut ſolum partem:an ſit differentia.*
6 *Præſumptio an potius ſit pro feudo antiquo quàm pro nouo.*
7 *Feudum antiquum prætendens an teneatur allegare nomen conceſ-*

Source : BIU Cujas

soris.

8 *Præsumptio probabilis quare resultat ex pluribus diuersi generis coniecturis, & quid econtra.*

Cum autem Continua sic istum §. ad superiora. Dictũ est quòd vasallo in probatione deficiente, dominus absoluitur interdum cum iuramenti prestatione: vt supra in ver. si autem. vbi vasallus attulit aliquam præsumptionem pro se. Interdum sine, vt quando attulit aliquam præsumptionem, tamen erat vasallus de alio feudo, vel quando nihil probauit. Fallit in hoc §. in quo dominus non absoluitur, in parte feudi paterni non probata: nam in ea obtinet vasallus dummodo possideat aliam partem, sed dimidiam vel minus: & constat illam partem feudi paternam, & sic ratione partis obtinet vasallus in alia parte. Et ideo sic pone casum. Quidam tanquam vasallus sic dicebat, totum feudum ad se pertinere iure feudi, asserendo illud paternum esse, cum sit in possessione medietatis illius feudi, vel minoris partis, vel quia cambiũ id est aliquam rem acceperit à domino iure proprietatis pro cambio partis illius feudi, & hoc constabat, vel aliis iustis rationibus, vel similibus, probare poterat partem illam quam possidet feudum paternum esse. Idem ergo est hoc vltimo casu, si nullam partem possideret, & probaret totum paternum esse: nam in istis tribus primis casibus ratione vnius partis obtinet in alia parte in qua non possidet, & fortè iurando, imò etiam non iurando vt dicam infrà, in gloss. quæ incipit in rem aliquam ibi, quod non credo &c. In quarto casu, *in totum obtinet quamuis nihil possideat, nec in primis tribus casibus absoluitur dominus in parte quam possidet*, si vasallus non probat de parte illa Petrũ de Cer. Vel prius secundum Iacobum de Bel. Si inter dominum & vasallum de inuestitura sit contentio dictum est

1 quid fiat. † Sed quid si aliquis agnatus vasalli defuncti dicit feudum ad se iure successionis pertinere: quia paternum fuit, & dominus dicit esse nouum, quæritur quid fiet? Et respondet, quòd aut agnatus est in possessione medietatis vel partis feudi, vel cambium proprietatis nomine illius feudi habet, vel alio modo probare poterit feudum esse paternum, quia tunc obtinere debet. hoc dicit. Et potest iste §. tribus modis intelligi. Primò quando agnatus est actor, & asserit feudum paternum. sed dominus dicit nouum. Secundò quando agnatus asserit feudum paternum: dominus autem negat se vllam inuestituram fecisse. Et his duobus casibus dic quòd agnatus potest petere partem feudi, quando partem possidet, vel cambium partis. Sed vbi non possidet, dic quod tunc petit totum. vt in fi. huius §. Tertiò dic quod dominus agat & agnatus ideo probat quia pro domino erit præsumptio: vt infrà, de gra. suc. feu. §. fi. & de consue. rec. feu. in prin. Iaco. de Bel. Partis. Subaudi etiam minoris dimidia. Cambium. id est permutationem, vel quamlibet cõmutationem, nam permutatio est propriè speciei ad speciem: Cambium autem etiam est speciei ad genus, puta ad frumentum, & tunc sonat in contractum innominatum.

2 † Et not. quòd hîc dominus potest accipere à vasallo vtile dominium, & dare in alia re directum, & sic permutare directum cum vtili, quod tene mẽti. Habuerit, scilicet ab ipso domino. Iustis rationibus. s. per pares curiæ vel breue testatum, & tunc non requiritur iuramentum vasalli, quia plenè probauit: sed vbi probaret ex coniecturis, requiritur iuramentum ad præsumptionis istius extraordinariæ supplementum. Obtinebit. s. in alia parte in qua possessionem habet. Sed vnde procedit hoc quod in re diuisibili, ratione vnius temporis præsumatur ius competere in alia parte. nam præsumptio est ex aliquo antecedenti ad aliquid sibi connexum verisimilis deductio siue illatio: sed hîc nihil est tale. vt ff. pro dereli. l. an pars. Item præsumptio quæ ex facto præsumitur, non egreditur *ipsius facti quantitatẽ vel qualitatem*: vt ff. de itin. actúque pri. *lege* prima. §. Iulianus. & alias videamus. Item non sequitur, debeo partem, ergo debeo totum: vt lege. qui solidum. in prin. de lega. secundo. & C. de transl. si quidem. Item non contingit hoc esse, quod ab hoc sæpe & plerunque contingit abesse, vt lege non hîc. C. vnde cogna. Itẽ in dubijs quod minimum est sequimur. Respondeo, speciale est in feudis quod quando feudum cõ sistit in aliquo toto integrali, totum præsumitur esse feudum ratione partis. Sed quæ est ratio specialitatis. Respondeo, qa vnũ extremũ ipsi⁹ feudi est indiuisibile, s. iuramẽtũ fidelitatis, vt not. ff. de vsufruc. leg. si cuius. in prin. nam cum non appareat de isto indiuisibili iuramento, quod concernat certam partem, præsumimus quod simpliciter sit iuramentum respectu totius feudi, vt sic indiuisibile, quod est in vno extremo, generet præsumptionem indiuiduitatis in altero extremo. Item quia nulli apparent termini distinctiui. ar. de legatis secundo. lege Caius. §. primo. Item non debet eadem

3 res diuerso iure censeri, vt ff. de vsuc. lege eũ qui ædes. † Sed quare dicitur iuramentum indiuisibile. Respondeo, quod omissio minimi quadrantis totum vitiat: vt ff. famil. erc. lege hæredes. §. in illa. Aliàs dicitur indiuisibile, quando ex diuisione resultaret effectus iuri contrarius. Aliàs dicitur indiuisibile, quando partes separatæ mutant diffinitionem totius, & sic dicitur indiuiduum cuius integritas non potest minui stante realitate ipsius subiecti, quod non prosequor.

4 † Concludendo ergo, not. istum textum ad quæstionem. vtrum si de latitudine prædiorum dubitetur, nunquid sit feudalis, vel emphyteutica, quòd tota sit eiusdem qualitatis vbi nullæ apparent notæ diuersitatis. facit quod not. ff. de le

a gat. tertio. lege vxori. a Sed vnum est mirabile, nonne dominus habet fundatam intentionem sui per confessionem vasalli qui confitetur eum dominum, vnde de directo dominio non dubitatur ex quo fundatur rei vendicatio domini: vt ff. de vsufruc. l. cuiuscunque. §. primo. Respondendo, quãdo dictum aduersarij est alterius naturæ vel formæ quàm id quod intenditur per suum aduersarium & venit ad extenuandum dictum aduersarij, vt arg. ff. de hære. insti. lege hæreditas, ad statum primum nunquam ex tali dicto fundatur actoris intentio. vnde per verbum opponentis non fundatur intẽtio proponentis, nec ecõtrariò & ita intelligitur regula exceptionem obijciens, sed quando sub eodem genere & natura cadit obiectio, tunc videtur confiteri secũdum quid, non simpliciter, nisi cum protestatione loquatur vt notat. Dy. in capitulo nullus pluribus. de regulis iuris. in

5 sexto. & C. de excep. lege si quidẽ per gloss. & Cy. † Quæro vtrum sit differentia dicere partem, an aliquam pertem. Respondeo, Quandoque nõ est differentia inter partem & totum. vt legitur & not. ff. de legatis tertio. lege vxori suæ. quia dictio partis tunc est extensiua vsque ad minimũ cespitem terræ, latisque est vt ipsum excludat ex proprio significato, & tamen nihil excludit in effectu. Quandoque ponitur pro parte dimidia, vt ff. de verb. sign. lege nomen filiarum. §. portionis Et adde quod no. ff. de procu. leg: Pompo. §. si is. Sed quando adiungitur dictio aliqua, sufficit tunc etiam minus quàm dimidia. vt hîc. & ar. ff. de legatis secundo. lege cum filius. §. pater. & gloss. in cle. prima in versiculo aliqua. & in versiculo terrarum parte. de foro competenti. & facit

6 lege dominum. ff. de contrah. emp. † Quæro vtrum magis præsumatur pro feudo antiquo quàm pro nouo. Respon-

b deo, sic, quia magis præsumitur pro factis antiquis b vt hîc. secundum Petrum. de Cer. & probatur. infrà, de inuestitura facta. capitulo primo §. item placet. & infrà,

7 de. succes. in feud. capitulo primo. §. finali. † Extra quæro nunquid ille qui prætendit feudum antiquum debeat allegare nomen concessoris. tex est. infra de capitulis extra ord. capitulo primo. §. si qua. vbi text. sic ait. si qua inuestitura facta dicetur semper debet nominare dominium à quo inuestitura facta dicitur. Non obstat quod notat. C. de peti. hære. lege cogi. quia dic vt ibi. & quod not. in capitulo primo extrà de regulis iuris. libro sexto. & hoc si potest sciri, sed si propter antiquitatem ignorat, non cogitur ad impossibile, vnde tunc satis est probare tempus tam antiquũ

8 per superius allegata. † Extrà etiam quæro quare ex pluribus diuersi generis coniecturis, resultat probabilis præsumptio, licet termini non sint eiusdem rationis, & ex diuersis non eiusdem natura particularis non resultat eiusdem

totalis

totalis integratio. R espõdeo, quia res naturales nõ cõstiuũtur ex argumẽtis: quædã enim cõstituuntur, quædã præsumuntur, constitui autem nõ possunt nisi ex partibus sibi cohærentibus, præsumi tunc ex differentibus in eundem finẽ tendentibus. Et nota ꝙ dico præsumi, & sic vnus testis super re, & duo de fama, quia sunt diuersæ species probationis non dicuntur propriè facere probationem [c] sed præsumptionem cui tamen aliquando statur, aliquando nõ. de suc. ab intest. §. cum dilectus. † Extrà etiam quæro si pares curiæ dixerint extra iudicium se non interfuisse, vtrum in iudicio coacti possunt deponere veritatem absq; alio eorum præiudicio. de hoc habes tex. infrà, quid sit inuest. c. j. §. si verò. quia non est bonum ꝙ veritas negetur, vt infrà, quo tempore miles. c. fi. & idem habes infrà de cap. extraord. c. j. §. notandum. ibi, quid si dicant se nescire cum sciant. coget eos iurare & veritatẽ dicere, & est rõ ne intercipiatur materia probãdæ veritatis. facit quod no. extrà de testi. capitu. cum causam.

c Facere probationem. Not. pro dicto Bartol. in l. eos. ff. d e fal. Andr. Barba.

ADDITIONES.

a L. vxori. vnde etiam gleba sufficit. ff. de acquiren. pos. l. iij. §. j. & facit quod not. ff. de vul. substitutione. l. cohæredi. §. non videri. quod est not.

b Magis præsumitur pro factis antiquis. Antiqua præsumitur habere institiriam permanentem. C. de fi. instru. l. si solennibus. per Cy. & in l. ij. in prin. de aqua plu. arcend.

1 *Probationes an possint admitti post didicita testificata.*
2 *Sententia an teneat, si iudex noluit admittere probationes.*
3 *Quid si iudex diuisit processum.*
4 *Publicatio testium, quas uires dat depositionibus testium.*
5 *Feudum rectum qualiter præsumatur.*
6 *Vasallus si fuerit de mendacio conuictus, an possit uti beneficio.*
8 *Iuramentum an possit deferri post conclusum in causa.*
9 *Suspiciones & fama quos effectus producunt.*

Item si vasallus. Quia inter alias cõtrouersias est illa quæ sequitur ideò subsequenter ea tractat. Ad summarium intellectũ attende, vsq; ad §. si quis de manso. Si vallus possidet castrum nomine recti feudi, dominus autem dicat eũ nomine guardiæ possidere, domino incumbit probatio, & si probauerit vasallus condemnabitur: nisi vasallus probet se legitimè inuestitum à domino, postquam in guardiam ab eo acceperit domino verò in probatione deficiente, vasallo datur defensio. Item est dicendum si vasallus dixerit se nomine recti feudi possidere, dominus autem dicat se pro pignore dedisse. vide literam. Quidam miles possidet castrum vel aliam rem nomine recti feudi, dominus dicit quòd sibi dedit nomine castaldię. quęritur cui detur probatio. Respõdetur, ꝙ domino, & si poterit probare, tunc ille qui tenet domino debet restituere, nisi vasallus qui tenet per pares curiæ, vel per breue testatum, probauerit se à domino inuestitum nomine recti feudi postquam illud à domino nomine guardiæ susceperit, domino verò nõ probante datur iuramentum vasallo & hoc vsq; ad §. vltim. Iacobus de Beluis. In textu ibi pro feudo, scilicet recto vel proprio seu vero. Ibi. & si probauerit se dedisse per guardiam. Dicas secundum Dynum. in nomine guardiæ ibi probare. scilicet in contrarium, post
1 quam feudum accepisset, &c. † Ibi, tunc illius: scilicet vasalli. Ibi defensio: scilicet, cum iuramento. Ibi postquam in guardiã. Ex ordine istarum probationũ eleganter not. ꝙ post didicita testificata testiũ domini probãtis ꝙ per feudũ
a castaldiæ admittitur aduersarius [a] ad eneruandũ talia testificata, probando per posterius fuisse concessum in feudũ rectũ. Et est ratio, quia istæ vltimæ probationes non excludũtur per veritatẽ procedentiũ probationũ aduersarij. vt ff. de rei ven. l. officiũ. Adde alũ casum, scilicet quando reus non fuit admissus ad probandum, sed consensu partium, vel iuris depositione fuit prius admissus actor ad probandum suspensis interim probationibus rei. nam tunc non obstat reo didicisse testificata actoris etiam super directo contrarijs vt patet in dicta lege officium. & iste est verus casus illius legis notabilis. † Sed nunquid tenet sententia, si iudex
2 noluit admittere probationes. Respondeo, sic. ff. de edendo. lege argentarius. §. cum autem. † Quid si iudex diuisit processum, quia tulit sententiam super quibusdam attestationibus publicatis, & quibusdam non publicatis quã fortè alius iudex receperat mandato suo, in alia terra. Respõdeo, idem, licet causæ cõtinentia diuidatur: tamen si super toto pronunciatur valet sentẽtia, & oportet appellari si sententia displicet. lege prima C. si sæpi. in integrum restitutio
4 post. & dic vt dixi. C. de senten. lege prolatam. † Sed an
b publicatio testium [b] dat aliquas vires attestationibus, quo ad perpetuam rei memoriam: dicit Innocentius, quòd publicatio nihil facit, nisi quia quod per prius nõ erat authenticum post publicationem erit authenticum, & valet inter personas inter quas actum est, & quando ad idem agetur, de fide instrumen. inter dilectos in nouella. & dic vt dixi. C. de re iudicata & de effectu sententiarum. & de interlo-
5 cutionibus iudicum. l. gesta. † Quæro qualiter præsumatur feudum rectum. Respondeo, quia non erat datum ad certum seruitium, quod scilicet non datum ad certum seruitium, propriè rectum feudum appellatur. Sed si esset datum expresso merito, vel seruitio castaldię, tunc non esset feudum rectũ: vt suprà de feudo guardiæ vel castaldię, capitulo primo. Item *not.* hîc quòd iudex dabit terminum, & imponet onus probandi probare debenti, ergo si imponet onus probandi non probare debenti, grauaret ipsum & posset appellare. † Oppono, & videtur quòd
6 si vasallus fuerit conuictus de mendacio, non possit posteà vti beneficio, quia beneficia mendacibus euacuantur. ff. de fideiuss. l. si dubitetur. §. primo. & hoc apparet in exceptio. non nume. pecun. quæ est exceptio irregularis, nam negans perdit beneficium huius exceptionis. C. de non numerata pecunia. authentic. contra qui propriam. Item negans similis est subtrahenti: vt ff. ad l. Falcidiam. lege hæreditatum. §. final. Solu. considera quia negationum quædam sunt quæ possunt habere in suo tractu temporis mendacium & veritatem, sicut est hîc. Nam considerato præsenti statu quia quod fuit castaldia, nunc est feudum rectum, non est negatio falsa: nam non dicitur esse tale ꝙ nõ perseuerauerit tale: vt ff. de acquirenda possessione. l. si quis ante. Quędam sunt negationes quæ semel falsæ semper sunt falsæ, & de his loquuntur contraria: vt ff. de probationibus. l. cum de indebito. vbi patet quòd beneficium præsumptionis tollitur per prauitatem negationis. Oppono ad idem, & videtur quòd negans se possidere taliter, qualiter aduersarius intendat, cõuictus de mendacio priuetur possessione, ita quòd non suffragetur eius dominium vel quasi, vt in authentica de trien. & semis. §. penulti. Solu. ibi negauit substantiam possessionis, hîc eius qualitatem. vel hîc negando dicit verum, ibi mendacium. Et faciunt ista ad quæstionem de eo qui negauit se occidisse, quòd conuictus possit probare quòd ad suam defensionem fecit, nam negando se occidisse intelligitur negare eo modo quo proponitur: scilicet vt punia
c tur. & sic non est sibi contrarius secundum Andream de Isernia, [c] quod tenemenți. † Quid e contrario si confitetur
7 se feciſſe homicidium, sed ex interuallo posteà *vult* interpretari suam confessionem & dicere quòd *iustè* fecit ad sui defensionem, nunquid poterit. dic vt extrà de accusationi. cap. cum dilecti. vbi videtur probari quòd potest: nec enim videtur super iure respondisse, *id est*, contra ius se fecisse, quia nec debet interrogari de iure vt not. in lege ornamentorum. de auro, argento, mundo, ornamentis, vnguentis
8 vestibus vel vestimentis, & *statuis* legatis. † Quæro vtrum post conclusum in causa *possit* deferri iuramentum. Respondeo, non: vt notat Innocentius de causa possessionis capitulo pastoralis. *Si* tamen post conclusionem, est lata senten-

Source : BIU Cujas

tia,& est appellatum,potest suppleri omissum vt not.in lege prima in princip.ff.de act.emp.nam in causa appellationis omnes errores purgari possunt qui causas causæ concernunt:vt not.ff.de ap.lege creditor.§.iussus. † Quæro vtrum vbi numerus testium est statutus pro numero seu forma substantiali ipsius actus,vel probationis eius,possit supd pleri per iuramentum d vel per extraneas coniecturas.Respondeo,nō: imò per testes substantiales debetp robari,vt exponendo text.notab.gloss.ff.de legatis secundo.lege cum e quærebatur. Quæro de suspicionibusequis sit earum effectus.So.distingue inter temerariam,probabilem,& magis probabilem seu violentam, prima nihil operatur. secunda facit indicium,tertia facit violentam præsumptionem.In criminalibus ratione primæ non fit tortura.Ratione secundæ fiet tortura moderata.Ratione tertiæ fiet tortura acerrima,sed in ciuilibus defertur sacramentum. Quæro quid de fama.Respondeo si est apud bonos & graues,præsumitur ex iustis indicijs nata, f& iuuat vnum testem de veritate deponentem in causis ciuilibus.Sed si apud leues personas quis sit effectº eius dic vt no.per Bartolum ff.de quæstione.lege de minore.§.torméta.Et sic duplex est fama s.formis & vestita.id est cum causa & ratione,quare populus ita g famat,puta,quia g fugit inculpatus,& informis de qua non potest reddi ratio vnde nata sit,quæ plus valet ad absoluendum quàm ad condemnandum: argumento notabil.ff.de pactis.lege tale pactum.in principio.& de interro.act.lege prima.

ADDITIONES.

a Admittitur aduersarius. Admittitur probatio vide alium casum singulare secundū d. Authen.in.capi.feries.extra de test. Et vide alias limitationes notabiles per Ludā in ru.de arbi.And.Barb.

b Sed an publicatio testiū. Vide no.& elegantem gl.in l.iij.ff.quæ in frau.cre.& q̄ no.in.l.cum apud.C.de testib.And.Bar.

c And.de Iter.Adde quod contrarium tenet Dy.in cap.nullus pluribus.de reg.iuris in sexto.licet Bal.contra Dyn̄ tenet in authenti.cōtra qui propriam.C.de non nu.pec.Et adde quod non videtur bene dictum,quia imò debet ducere ad suam necessariam defensionem,vt tenet idem Bald.in lege prima.C.de confes.l.secunda.C.de dona.ante nup.Et adde si statutum inuitat confitentem ad mitiorem pœnam nō venit ille qui confitetur q̄ ad suam defensionem necessaria fecerit:ita notabiliter dicit Bal.in addi.Spe.in ti.de confes.& pro dicto Bal.vide tex.legis is qui aggressorem,C.de fisca.Et vide quod eleganter dicit And.in l.is qui.§.si quis simpliciter.dever.ob.And.Barb.
Per iuramentum.vide gloss.peregrinam licet Bal.nō alleget in.l.cum de indebito.ff.de proba.quæ est sing.& not.digna facit quod si iudex condemnat me si probauero:tunc nunquam defertur iuramentum.& sic nunquam poterit fieri probatio per iuramentum,iste est casus singularis & elegas in l.Lucius.ff.de condi.& dem.dicit à. Bal. alibi quæ omnia nota perpetuò.Et an vbi requiritur certus numerus testium requiratur rogitus gloss.secundum aliquos singularis in l.nullum. ff.de repudi.quæ dicit quòd sic.Tu vide Angelum qui contrarium dicit in authē.de fi.instru.§.& si nutrimenta.vbi omnino vide.And.Barb.

e Quæro de suspicionibus.l.Etiam in honestissima persona cadit fraudis suspicio cum sit aliquid legibus interdictum de leg.i.l.cum quis decedens.§.Titia honestissima.

f Nata.vide Bal.in l.si ea.C.de acc.& in.l.si mater.C.ne de statu defunct.And.Barbatia.

g Quia. Verisimiliter fama præualet.C.ne de stat.defunc.l.si mater. & naturalibus magis fama intentionibus conuenit nisi accidentia indicia facto proxima sint infesta.C.de his qui.vt indig.l.sororem.C. de iuiur.l.si non conuitij.& l.merito ff.pro socio.Et de fama vide plenè per cano.in ca.vestra.de cohab.clerico.& multi.

1 *Iudex secularis an possit cognoscere de usuris.*
2 *Successor singularis an possit conueniri super usuris.*
3 *Vsura & interesse qualiter differunt*
4 *Proxeneta an teneatur ad restitutionem usurarum.*
5 *Compromitti an possit super usuris.*
6 *Episcopus si facit præceptum super aliquo instrumento an eneruetur iurisdictio sua.*

Similiter. Not.hic argu.q̄ si creditor emit pignus, desinit esse pignus,nisi esset empto simulata,a& desimulatione constaret per canonica indicia.

1 † Extrà quæro nunquid ad iudicem secularem spectet cognoscere de vsurisb & de pignoribus.Respondeo,iudex secularis potest cognoscere de vsuris, quando causa vsurarum incidit actioni pignoratitiæ,quia diabolicum esset dicere,quod iudex secularis non possit plenè cognoscere inter laicos de pignoratitia actione,secus si principaliter,& per se moueatur quæstio vsurarum.Aduerte vt intelligas.si pignoraui tibi rem pro centum,& non est dubium de quā titate mutuata, sed de fructib° redactis ex re,quos creditor prætendit tanquam lucrum sortis ,iudex secularis tunc cognoscit,vt ff.de sol.l.Titia.Sed si petitur contractus rescindi tanquam vsurarius,& hoc negatur.quia non apparet q̄ sit vsurarius ex sua qualitate,tunc ecclesiastica est cognitio, vt no.vndecima quęstione prima.in summa.de iud.dispendio can.cler.& capit.primo de vsur.per Pau.de Lia.Item de reatu vsurariorum non cognoscit iudex secularis,sed de computo siue calculo vsurarum tantum secundum quosdam. † Sed nunquid populus possit facere statutum quòd 2 c sententia super talibus vsuris lata per iudicem secularem sit seruanda inter se:si enim populus consentit quare non potest:Sed dic quòd nec imperator potest. Verum est q̄ non potest iustificare rearum vsurarum,vt not.C.de vsuris.authētica ad hæc.nec impediri iurisdictionē ecclesiasticam an possit adiri.Sed iurisdictionē secularem fouere & repellere rebelles metu pœnæ quare non potest.Respondeo,quia est alterius principalis iurisdictionis,certè ex hoc sequeretur quòd vna in alteram nihil posset.ff.de ma.lege apud eum. *Ecclesia enim sibi fecit istud statutum fauore animarum, quia laici sunt nimis fauorabiles vsurarijs*,nimirum quia eorum dulci facinore mundus sustentatur.ff.de pig.lege si fundus.in final.lege si conuenerit.de pig.act.per Accur.& vide quod not.extrà de pœni.aliàs de depositio.capituloin nouella.d extrà not.q̄ cum de æquitate canonica *singularis* d *possessor* possit cōueniri.vt vel soluit vsuras, vel rē dimittat quod est cōtra iuris ciuilis regulas,tamē si sūt plures possessores quilibet p parte est cōueniēdus,& nō vnus insolidū eligēdus,vt C.de cōueniendis fisci debitoribus.lege prima secundum vnam mirabilem & singularem lect.lib.decimo. de quo etiam per Innoc.in capitulo quia frustra.ad finem de vsu.Et idem si multi emerunt de rebus obligatis ad collectam,quia quilibet tenetur pro rata.C.de debit.ciui.lege 3 apud.libro vndecimo.quod tene menti. † Extra notat.q̄ aliud est interesse,aliud vsura.Vnde interesse venit in mutuo cui° interest,casus est no.extrà,de foro cōpetēti.capi. dilecti.ff.de in litem iur.lege nummis.& no.C.de summa trinitate.lege cunctos. non tamen sufficit confessio super interesse facta in contractu mutui,vt no.ff.pro soci.l.socium qui in eo.l.fi.ff.de prætо.stip. Item not.quòd species non recipit vsuram vt dixi in lege prima.C. de vsuris. sed quantitas sic vel species ad quantitatem redacta,vt ff. de vsur.lege in fideicommissum.d.§.finali auro.& ideò pecunia in sacco deposita non recipit vsuram.Et quia glo.nō transcribo nisi vbi addere debeo.ideo quasdam oppositiones & solutiones omitto. †Quero e an proxeneta teneatur 4 in subsidium ad restitutionem vsurarum,gloss.innuit quòd c sic,in l.si sciente.ff.ad legē Pōpe.de parri.sed falsum est,quia rogatu debitorum operam præstitit ideo liberatur argum. C.de oper.libe.l.si quā.† Fuit quæstio de facto an de causa 5 vsuraria possit in arbitratorem compromitti.Et dicendum est quòd aut compromittitur de dolo præterito ipsius vsurarij,& valet compromissum: Aut de dolo futuro,& non valet compromissum,vt ff.de pactis.l.si vnus.§. illud nullum.Idem, si dolus præteritus radices tendat ad futurum quia tunc non valeret compromissum tanquàm in fraudē vsurarum factum,& vide ad hoc quod notat.extrà de arbi. capitulo contingit.nonagesimasexta distinctione,bene quidem. 6 † Fuit etiam quæsitum si episcopus interponeret authoritatem, vel faceret præceptum super aliquo instrumento vtrum per hoc eneruetur ordinaria cognitio ipsius episcopi.Et dicas audacter quòd non, quia illud quod fit sine causæ cognitione,vel etiam cum leui causæ cognitione,nō præiudicat veritati,vt lege si iudex.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.& ff.de inofficioso testame.l.filio.§.cōtra tabulas.

Source : BIU Cujas

bulas.& ff.de leg.præstan.l.filium.§.si quis contra.ff.de Carbon.edict.l.iij.§.puberi.ff.de iudic.l.per minorem. & ff.de
g neg.gest.l.si autem.§.si.[g]

ADDITIONES.

a Simulata. Quod enim simulatum est nullum est, & non indiget adminiculo aliarum exceptionum. C. ad Velleia. l. si cũ pater. & C. de contrahẽ. emp. l. si mater tua.

b De vsuris. Vide Bar. in l. quoties. C. de iudi. & eundem & ibi Bal. in l. omni nouatione. de sacrosan. eccle. Modernos in l. Titia. ff. soluto mar. Vide quæ notaui ad Bal. in l. j. C. de latina. liber. tol. & in authen. ei qui, C. de bo. autho. iudi. poss. And. Barb.

c Sed nunquid. Vide quod eleganter not. Bald. in l. consulta diualia. C. de testa. & si est lata sententia, & debet executioni mandari. & opponatur exceptio vsuraria, an episcopus possit iubere iudici quòd illã non exequatur. Ant. dicit quòd hoc præceptũ est iniustũ. & allegat quod singulariter dicit Innocen. in cap. cum in iure. de offic. delega. in l. iij. §. condemnatam. de re iudicata. Vide dominos de Rot. in decisi. cclxxxj. vbi tenet quòd est singulariter notandum secundum do. Ioan. ibidem. & vide Bald. in authen. quæ supplica. de preci. imper offer. vbi intelligit Innocen. aliter quam Ange. & do. Ioan. Et addit quòd si lata esset sententia à principe non posset impediri executio illius. ita dicit Ange. in l. idem. ff. de distr. pign. vbi dicit, quòd si est talis sententia à qua non possit appellari, vt est sententia principis non impeditur executio. allegat Innocen. in cap. si constituta. de in integrum restitutio. quod dicit esse singulariter notandum.

d In nouella. Et tunc incidens quæstio pertinet ad eundem iudicem, quoniam est accessoria suæ iurisdictionis, secus si non esset accessoria illius iurisdictionis, sed ex ordine pertineret ad aliud tribunal, vt in ca. tuam. de ordi. cogni. cum simi. Extrà not. quòd inquisitor vsurariç pravitatis facit extorta restitui. vt notat Cy. C. ad legem Iul. de vi. l. si quis ad se fundum. Et hoc est speciale in iudice ecclesiastico, secus in iudice seculari: quia criminalis processus nec tẽdit ad persecutionem ciuilem secundum Pet. & Cy. quia inquirit meram vltionem. Nam fama est Publicus accusator, non priuatus delator. Item quomodo potest condemnari, qui nunquam fuit in iudicio: sed in vsurario est secus, quia inquisitio contra eum fit ad pœnitentiam salutarem, ergo &c. vt in capi. peccatum. de regu. iur. in vj.

e Quæro. An proxeneta teneatur de cõtractu vsurario. Bal. hic tenet quòd non, contrarium tenuit Inno. in cap. Michael. de vsu. Arch. xlvj. dist. c. sicut non sue. Lapus in allegatione. xcvj. tu vide tex. pro hoc. l. ordine §. pen. ff. ad muni. & licet omnes allegent istam gl. pro singulari, Tu vide glo. similem illiam allegat Francis. Tigrini. vide Barto. in l. j. §. incidit. ff. ad Turpil. And. Barba.

f Fuit quæstio. Adde ad Bal. an possit de huiusmodi causa compromitti in laicum vt arbitrum, facit l. cum proponas. C. de reb. cred. coniuncta glos. licet enim possit cognoscere de causa liberali, vt l. non distinguemus. §. nunc de liberali. de arbi. tamen potest incidenter ita in arbitratore, quia si vbi causa est summaria, aut extraordinaria cognitio laicus potest in spiritualem cognoscere: vt tenet Spec. in tit. de primo decre. §. restat. versi. quod si agitur. Bal. in l. iij. C. de Carbo. edict. & in authen. ei qui. C. de bon. autho. iudi. possiden. secundò quia si non procederetur per viam disceptationis ordinariæ, sed de plano per modum confessionis potest laicus incidenter cognoscere de re spirituali. Speculator in titulo de reconuentio. §. nunc dicamus. versũ. sed nunquàm incidenter. & Bal. in l. quoties. C. de iudi. & l. Titia. ff. soluto matri. ergo multò magis per viam compositionis. Item quia licet non possit compromitti in arbitrum de re spirituali. ca. super eo. de transactio. tamen potest in arbitratorem vt tenet Ioan. Andr. in nouella. & Hostien. in capitulo, exhibita. de rerum permutatione. allegat capitulum, per tuas. & capitulum contingit. de arbitris. Baldus de pace constan. in gloss. in versũ. pones. & tenet dominus Petrus de Ancharano in consilio incipient. istam quæstionem dubium facit capitulum, contingit. quod notat Bald. in l. prima. de confessis. Tamen in contrarium videtur quòd nullo modo possit compromitti, facit si constitutio dicat quòd omnes causæ compromittantur, non veniunt causæ super quibus non potest transigi: vt est causa tutelæ. l. in eos. ff. de tutel. tum quia constitutio loquens per verba generalia, nunquam includit ea super quibus statuentes disponere non possent. l. Lucius Titius. §. Imperator. ad municipalem. sed statuẽtes nõ potuisset statuere quòd causæ spirituales compromittantur, ergo non possint determinaat Calderinus in consilio, sub titulo, de constitutio. consilio decimooctauo. & est casus in capitulo cum esses. de testamen. Secundò quia laici debilitarent propter hoc iurisdictionem ecclesiasticam, quia inferior non potest contra superiorem. in clemen. ne Romani. de electione. Tum quia causæ matrimoniales debent determinari per discretos iudices, qui statuta canonum non ignorant. capitul. ex literis. in fine. de consanguinitate & affinitate. Tertiò est casus in §. de liberali. hic prælegato. Quod nec etiam in arbitratorem non potest, quia super causa matrimoniali non potest transigi. cap. fina. de transaction. Secundo facit. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. vbi appellatione arbitri venit arbitrator, sed in causa prælegata arbiter nullo modo potest assumi in causa matrimoniali, ergo nec arbitrator. facit capitu. contingit. de arbit. vbi in causa spirituali non potest compromitti in laicum solum, sed causa prohibitionis respicit arbitrum & arbitratorem, vt ibi patet: ergo nec obstant prælegata in contrarium, quia ex quo est denegata qualiscunque potestas cognoscendi, ergo nunc de moderno. in l. Titia. ff. soluto matrimonio. quod sententia Baldi hic, vez. quod in causa vsuraria non possit compromitti, dicunt quia est peccatum nutritiuum in persona vsurarij, & est regula quia laudum nutritiuum peccati non valet. capitulo secundo. de arbitr. Vide moderniores in repetitio. capitu. per tuas. de arbitr. vbi dicunt hanc quæstionem nunquàm legisse castam, & cum esset de facto responderunt prima fronte vt hic respondet Baldus. mirum est quòd cum non viderint, postea verò mutarunt opinionem: videlicet quòd aut est quæstio facti, & potest: aut iuris, & non potest, & limitant primum dictum. Vide quæ notaui ad Baldum, in l. prima. de latina libertate tollen. & hoc in recollectis meis dixi plenissimè hodie cum diligentius inquirerem. Vide dominum Salicetum in lege eos. §. final. C. de vsuris. vbi fuit in singulari opinione, videlicet quòd iudex secularis siue sit quæstio facti, siue iuris potest de vsuris cognoscere. Et vide ibi & Bald. in capitulo ex literis. de iureiurando. vbi tangit istam quæstionem. vide Baldum, in rubrica. extrà de iudicijs. Andreas Barbat.

g §. final. Fundus siue mansus plenam proprietatem habet, vt not. l. in ambiguo. de rebus dubijs. de transaction. l. si pro fundo. Cyn. quando est probatum in plena materia, secus si in semiplena vt hic etiã si quis infeudet patrimonium suum totum, non veniunt futura, vt not. ff. de conditionibus & demonstrationibus. l. nam ad ea. Si quis dicit infeudo tibi oliuetum meum idem est acsi exprimeret fines agri. dicit Accurs. de legatis primo. l. si quis in fundi vocabulo. Item si incrementum est necessarium ad vsum mansi, quia non patet aditus aliunde, tunc accedit agro, quia quando duo sunt & vnum facit ad esse alterius, vno concesso videtur concessum alterum, & similiter vno probato, videtur probatum alterum, vt ff. de seruitu. rusti. prædio. l. tertia. §. qui habet haustum. C. de probatio. l. siue & C. de acquiren. possessio. per procuratorem. Adde quòd plura sequuntur vsum rei quàm rem. ff. de vsufru. l. sed & si quid. §. proprietatis.

1 ☞ *Vasallus si facit aliquod incrementum an ad ipsum pertineat.*
2 *Mansus quid est.*
3 *Adde ad idem.*
4 *Castrum si concedatur in feudum an uideantur concessæ munitiones eius.*
5 *Possessio est res fauorabilis etiam in feudo.*
6 *Incrementum alluuionis an possit mutare publicos fines.*
7 *Incrementum hominum & longitudinis castri mihi infeudati à domino, retentis sibi aliquibus: ad quem spectet.*
8 *Molendinum si habeam in superiori parte fluminis: an dominus in inferiori parte aliquid facere possit.*
9 *Vasallus an possit aquam diuertere ad prædia sibi concessa, ita ut nihil*
10 *perueniat ad prædia domini.*
11 *Fluuius currens inter agros duorum cuius sit*
Quid si uasallus facit elusam super torrentem emphyteuticum.
12 *Vasallus an intelligatur præscripsisse ius aquam ducendi per feudũ emphyteuticum ad suum fundum proprium quam longo tempore duxit.*
13 *Dominus an possit mihi concedere aream iure feudi.*
14 *A qua per se fluens an possit inducere præscriptionem.*
15 *Pactum super aquis publicis actum an ualeat.*
16 *Flumina an ueniant in concessione feudorum.*
17 *Seruitutes regales an præscribi possint.*
18 *A quæ concessio ex fonte, uel castello an fieri possit sine titu.*
19 *Molendina sua concedens, uel uendens, an ea ueniant in quibus non sunt molæ.*
20 *Domini tres sunt unius molendini: duo locauerunt illud per triginta, tertius non est contentus, quid iuris.*
21 *A qua cedit alueo.*

Si quis de manso. Dic secundum Pet. de Cer. quòd glos. prima istius §. est malè scripta, èx qua colligi non poterat casus istius §. & ideo ipsam omitto. Et dico quòd aut dominus reseruauit sibi aliquid in curia, & tunc aut vasallus non est in possessione incrementi, & tunc probat inuestituram incrementi vt in principio huius §. Aut est in possessione crementi, & tunc non probat per pares, vel breue testatum, sed iurat: vt in fine §. aut nihil reseruauit sibi dominus in curia, & tunc vasallus nihil probat, sed tunc habet omne incrementum &c. vt in medio huius §. Vel dic secundum Iaco. de Bel. quòd si inter dominum & vasallum sit contentio de

Source : BIU Cujas

incremento feudi, ſi dominus curiæ aliquid ſibi retinuit, tunc vaſalli eſt probatio. Aut nihil ſibi retinuit, & vaſallus poſsidet, & tunc iuramento ſuo ſtatur. Aut non poſſunt, & tunc incrementum amittit niſi probet legitimè. hoc dicit. Caſus talis eſt. Quidam miles vel Baro inueſtiuit quendam militem de quodam manſo poſteà creuit manſus, quæritur ad quem pertinet incremẽtum, Reſpondetur quòd aut dominus aliquid ſibi reſeruauit, & tunc ad dominum pertinet, niſi vaſallus probet ſe de incremẽto inueſtitum per pares curiæ vel per breue teſtatum. Aut nihil ſibi retinuit, & tunc aut poſsidet vaſallus, & probat cum iuramento. Aut non poſsidet, & tunc per pares curiæ vel breue teſtatum probat ſe inueſtitum de incremento. hoc dicit Iaco. de Bel. Oppo. ad princip. huius §. de §. cum autem. ſupra eodẽ. vbi dicitur quòd ſi conſtat de parte, quòd obtinet vaſallus in alia parte ſine aliqua alia probatione. Solu. ibi loquitur de alio caſu: & hîc alio, ſcilicet quia incremẽtum non eſt ſemper pars feudi: vt ibi. quod quando ſit pars feudi dic, vt infrà proxi. in fin. gloſſ. † Et no. quòd ſi ipſe vaſallus facit hoc, incrementum totum ad ipſum pertinet: vt infrà de inueſt. de re alien. facta §. econtrariò. quia id procedit ex induſtria & opere manufacto. argumen. inſtitu. de rerum diuiſio. §. ſi quis. Non eſt enim adeò vnita ſubſtantia quòd vnum ab alio nequeat ſeparari, cum per ſe vnumquodque poſsit intelligi, ſcilicet ſine omni probatione. Item hoc contingit hîc propter reſeruationem quã facit ſibi dominus. † Sed qd eſt manſus. Manſus eſt prædium in quo manẽt homines quod dic, vt not. extra de cenſi. cap. primo. in princ. In text. ibi ſi delem, qui non eſt *in poſſeſsione incrementi*. Ibi, probare ergo talis retentio domino prodeſt vt hîc. & infrà titu. primo. §. finali. & dic vt ibi. Et hoc eſt verum quando dominus eſt in poſſeſsione incrementi, aliàs ſecus: vt infrà, ibi ſi verò fidelis &c. Ibi, omne incrementum ſcilicet latens & apparens nam qui omne dicit nihil excludit. C. man. l. à. procuratore. & ff. de lgat. tertio. l. Iulian⁹ reſpõdet teſtatorẽ. Et de mum apparens cedit cum vnitum fuerit. ff. de dam. infec. l. hoc amplius §. Alfenus, quod quando vnitum fuerit ſcietur per ruſticos, qui talia ſciunt quod dic vt inſti. de re di. §. præterea. in fin. per gloſſ. Ibi retinebit, ſcilicet ſine omni probatione ex iuris præſumptione, quia tacitè videtur conceſſiſſe dominus omne incrementum per principalis feudi inueſtituram. ar. ff. de pac. do. l. inter ſocerum. §. cum inter patrem. † Quamuis aliud ſit in vſufructuario: nam diſtinguitur in eo an incrementum ſit latens vel apparens. ff. de vſufru. l. item ſi feudi. §. item hinc. Sed quæ eſt ratio huius. Reſpondeo, quia plus eſt concedere proprietatem ſeu dominium rei ſaltem vtile quod habet vaſallus, ſi concedens ſit dominus, aliàs paratur cauſa præſcribendi: vt infrà de inue. de re alie. facta. c. j. §. j. quam concedere vſumfructum. Et propterea glo. j. quæ eſt. ff. de leg. l. de quibus. vbi trahit ius ſcriptũ ad non ſcriptum, ſi loqueretur de feudatario iure: malè diceret quàm per hunc §. Item fortè poſſet dici de emphyteuta, cum etiam tranſeat in eum vtile dominiũ: vt ff. ſi ager vec. l. j. in prin. & in fin. Sed potes ibi ponere cauſam ſeu exemplũ de. §. Prædictis modis infrà quæ fuit prima cauſa amit. beneficij. cap. j. Opp. nam l. cauetur quòd idem debet eſſe iudicium de eo quod accedit ſiue acceſsit, quod eſt de principali: vt ff. de pact. do. l. inter ſocerum. §. cum inter. Solu. ibi loquitur de augmento conuentionali, hîc de emergenti, in quo conſenſus partiũ nõ reperitur. Secundo oppo. de legat. ij. C. de iure emphyt. vbi emponemata, id eſt meliorationes pertinent ad emphyteutam iure vtilis dominij. Solu. ibi loquitur de his quæ intra rem ſunt hîc de his quæ iuxta rẽ ſunt. Vnde bene cõcedo quòd ſi in iſto mãſo vaſall⁹ ædificaret aſtrũ quòd illud caſtrũ iure vtilis dominij pertineret ad vaſallũ durante feudo: quia eſt augmẽtũ intrinſecũ, ſed ſecus eſt in alluuione feudi Nam natura feudi eſt ſicut natura agri limitati: & ſicut natura lacus & ſtagni qui non accipiunt extenſiuum augmentum cò quòd habent terminos reſtrictiuos vt ff. de contrahend. empt. l. rutilia polla. Et limitatio debet limitare ſuas extremitates excluſiuas ſed extenſiuum non: vt ff. de acquir. re. do. l. in agris limitatis. & l. lacus & ſtagna. Et eſt ratio quia verſa vice præſtatur ſeruitium commenſuratum vnde quod augetur in ſeruitio non augetur in beneficio ex natura proportionabilium ſeu correlatiuorũ & ex natura cauſæ & affectus: vt infrà de eo qui arm. bel. depo. c. j. in fi. quia cauſa, ſemper cõmenſurat ſuum cauſatum commenſurabile ſibi ſecus ſi non ſit proportionabile: vt not. C. de ope. lib. l. Titius. Conclude quòd feudu natura taxatum non habet ius accreſcentiæ. ſecus ſi ſit meris terminis demonſtratum: quia natura terminorum non b eſt impedire futuras acceſsiones b: ſecus in natura taxationis ff. de contrahen. emp. l. in lege. Opp. & videtur diſtinguẽdũ aut accreuit ante traditionem & accreſcit domino: vt ff. de actionibus empti & venditi. l. Iulianus. §. ſi Titius. Aut poſt traditionem & accreſcit ſucceſsioni. Solu. illud verum in contractibus ex quibus tranſfertur totum ius tradentis. non eſt ita in feudo quia penes concedentem remanet directum dominium quod debet aliquid operari; quia obtinet ſupremum gradum dominij: vt infrà de inueſti. de re aliena. fac. §. ſi vero. Opp. maior eſt proprietas proprietarij reſpectu vſusfructus quàm reſpectu feudi. & tamen in vſufruct. creſcit alluuio: vt ff. de vſufruct. l. itẽ ſi feudi. §. huic. So. aliud in vſufructu. quia agitur ibi de modico præiudicio domini cũ vſufructus, iam non excedat ſed in feudo agitur de maiori præiudicio: ideo requiritur maior expreſsio. argumento eorum quæ notantur C. quæ res pignori obligari poſſunt. l. finali. Certè & hoc eſt quod vidimus quòd quædã accedunt vſufructuario quæ non accedunt emptori vt ea ſine quibus re vti non poteſt: vt notat. 4 ff. de vſufruct. l. ſed & ſi quid. §. proprietatis. Sed certè ibi gloſſ. non reddit rationem ex vi nominis. Et illa ratio eſt argumen. quòd cum feudum aliquando appellet vſusfructus quòd conceſſo mihi caſtro in feudum intelligantur mihi conceſſæ munitiones quæ ſunt ad defenſam caſtri ibi poſitæ perpetua deſtinatione patrisfamil. quanquam nõ ſint affixa vt trabuchi, mẽganellæ, baliſtę & ſimilia. Oppo. dicitur hic quòd exceptio in quibuſdam latiorem facit exceptionẽ. cõtra imò exceptio in quibuſdam latiorẽ fecit cõceſsionẽ: vt ff. de fundo inſtructo vel inſtrumẽto legato. l. quæſitum. §. item reſpondet. & ff. de vſuris. l. in fideicommiſſis. §. cum Polidius. quia reſeruatio mentis concedentis ad quæcunque non reſeruata extendi conſueuit. Solu. illud eſt conſiderata mera natura exceptionis, ſecus ſi eſt conſiderata iure excipientis & eius voluntate præſumpta. vt hic.

5 † Oppono, iſta litera facit vim in poſſeſsione. Sed contrà quia ex poſſeſsione non ſurgit ꝓbatio conceſsionis nec acquiſitionis dominij: vt C. vnde cognati l. non hoc. Sol. illud eſt verum niſi ius præſumat pro poſſeſſore vt hic. Nã ego reperio quòd poſſeſsio eſt quid rei fauorabilis & tanquã fauorabilis faciẽs præſumi pro poſſeſſore: vt notat. infrà de contentione inueſtituræ feudi. capi. primo. in gloſſ. huic ſimile vbi gloſſ. eleganter dicit quòd poſſeſsio eſt res fauorabilis, & præſertim in feudis in quibus etiam præſcriptionem longiſsimi temporis fauorabilem puto vel ſaltim non odioſam, quia vtriuſque gratia ſubinfertur. ſcilicet nõ ſolum vaſalli ſed etiam domini argu. ff. de ſtatulibe. l. ſtatuliberos. §. Stichus annua. & ff. de vſur. l. cum de in rem verſo. Prædicta valent in ingreſſu iudiciorum: vt procedatur in libello ſuper quo aliàs non procederetur: vt ff. familiæ erciſcundæ. lege prima. Item ſuper deciſorijs: vt notatur ff. ſi ſeruitus vendicetur, vel ad alium pertinere negetur. lege ſicuti. §. ſi quæratur. Item ſuper exquiſitione ſententiæ faciendа, vel impedienda vt C. ne vxor pro marito, vel maritus ꝓ vxore, vel mater pro filio conueniatur. lege ob maritorum. C. de priuilegio fiſci. lege prima. C. de bonis vacantibus, & de incorporation. l. fi. lib. decimo. & ff. de re iudica. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. & habent poſſeſsiones varios effectus ideóque iudex debet examinare qualitates poſſeſsionis. dicit Bar. extrà de probationib. capitulo licet cauſam. Extra c notat. quòd vſus feudi poteſt eſſe ſine vrla poſſeſsione c vt patet in commodatario & ſimilibus vt ff. de donat. l. Aquili⁹ regulus

regul⁹.C.de edic.diui Adr.tol.l.final.in gl. Quare si spoliatus reintegrandus est.C.de furtis.l.secunda.& l. apud.& l. penultima.§.sed cum in secunda.& l.prima.C.si per vim vel
6 alio modo.ff.de condictione fur.l.& ideo.§.Neratius. † Sed nunquid incrementum alluuionis potest mutare publicos fines qui sunt à iure publico affixi,puta fines plebatuum & similia.Et dicendum est quòd non: quia illi fines sunt perpetui & inuariabiles.& consueuerunt quandoque esse tales quos ipsa natura mutare non potest vt montes & rupes.Aliquando sunt viæ regales:vt extrà de parochijs.capi.secundo
7 & extrà de probatio.cap.ex literis in nouella. † Sed pone dominus infeudauit mihi castrum reseruatis sibi quibusdã vasallis,quod quidem castrum multum multiplicatum est in hominibus & magnitudine:quæritur ad quem pertinebit illud incrementum. Respondeo, familias distingue & vnde processerunt,quia progenitores suos suffecti sequi debent: vt C.de agri.& censi.l.cum scimus.libro vndecimo.argu.ff. loca.l.sed addes.§.si quis mulierem.& C.communia vtriusque iudi.l.p ossessionem.
8 † Pone dominus habet quoddam territorium in cuius prin.est quoddam molendinum quod cõcedit mihi in feudum:iste dominus in inferiori parte vult facere aliud molendinum me inuito:quæritur vtrum possit. Et videtur quod sic,licet teneatur mihi ad interesse. Iure enim dominij id facit:nec ei iure seruitutis potest impediri: quia res sua nemini seruit ad hoc facit l.prima in fi.ff.de noui operis nun. Ista quæstio non est dubia si habens molendinum superius haberet ipsum iure proprio:quia à iure per præoccupationem quæstio superior impediri non posset. Considera quòd quædam sunt quæ cùm ante in nullius bonis essent cõceduntur occupanti quo ad illius vtilitatẽ vt aqua fluminũ. Quædã verò nõ rõne occupationis sed rõne territorij fiũt eius vt fossata inter agrũ alicuius currentia sicut est rapo & meloncellũ vt dicit gl.& illa sunt ei⁹ vel illorũ quorum prædia sunt,quia pars prædiorum fiũt,cum alueus eorum non sit publicus sed priuatus.Ita quòd secundum quosdam nisi esset præscripta publica consuetudo vicinorũ cui esset standum,vt C.de aquæductu.l.vlum aquæ .libro duodecimo.possunt dictam aquam in totum in suis prædijs absorbere,vt not. Bart.in l prima.§.sicut.ff. de aqua pluuia
9 arcenda. † Posset ergo dubitari vtrum vasallus possit dictam aquam cõuertere in prædia sibi concessa ita quòd ad inferius molendinum domini nihil peruenirent:quod non credo:quia non est verisimile dominum ita concessisse.arg. ff.de serui.vrbanorum prædi.l.qui binas ædes. Et not.q in isto ductu aquarum non solum inspicimus principiũ aquæ, sed etiam loca vnde decurrit,& alueos & meatus vnde transit & vetustissimum aquæ cursum:& secundum eorum qualitatem de vsu aquæ iudicare debemus.Adde quod no.ff.de verbo.obli.l.sed si sub vna.§.si quis viam.scilicet quòd ille qui promittit solam patientiam nec per alia verba constituit seruitutem non videtur seruitutem constituere sed se perso-
10 naliter obligare. † Quæro quid si inter domũ feudatariã & dominum domini est vnus puteus tantum cuius aqua non sufficit vtrique quis præfertur.Et videtur quòd dominus tã quam maiorem partem habens:habet enim dominum alterã pleno iure & in altera habet nudam proprietatem argu.C. de dona.l.sancimus.in princi.Tu dic de puteo:vt ff.commu
e ni diuidun.l.quarta.§.primo.e De aqua autem latiori dic quòd debet diuidi mensuris vel temporibus vt tantum capiat vnus quantum alius.ff.de aqua plu.arc.l.diem.de aqua quoti.l.Lucio. Quid si quædam plateola est in medio.Respondeo per chordulam diuidi debet & dimidia versus dominum est domini:alia dimidia versus vasallum est vasalli si cut inter duos proprietarios iuxta not.per Bar.in.l.fi.de dã. infecto.& gloss. institut.de rerum diuisione.§. insula. Et hoc si patitur diuisionem aliquando enim est ita modica quòd diuidi non potest,& tunc idem est de ea quod de vestibulo.ff.commodati.l.si vt certo §.fina.ff.communi diui.l.
f arbor.§.vestibulo.f † Pone quòd vasallus facit clusam su-
11 per emphyteuticum torrentem,quæro cuius erit ipsa clusa.
g Barto. formal quæstionem in clusa g facta in flumine publico:& dicit quòd est facientis,in l.fluminũ.de damno infec. Tu dic quòd in flumine publico superficies est facientis quod apparet:quia clusa destructa nullum ius retinet in flumine nisi ius reficiendi:& ita seruat consuetudo. Ex his sequitur quòd superficies dictæ clusæ quo ad vtile dominium est vasalli:sed ipsa substantia cedit areæ quo ad nullius dire-
12 ctum dominium. † Pone quòd vasallus ex torrente vel fossato domini per prædiũ feudale duxit aquã in ꝓpriũ prediũ ipsius vasalli longissimo tempore:postea finitum est feudũ: nũquid intelligatur hoc ius præscripsisse. Respondeo non: qa hoc fecit ratione dominij,ex quo diuertere poterat aquã de feudo in feudum:non ratione præscriptionis:ar.ff.de vsu cap.l.sequitur.§ lana.Item quia quando superuenit contraria ratio præteriti vsus extinguitur vsus .Item hic operatur intercisio medij:vt ff.de ser.rusti.prædi.l.tria prædia. Item
13 de hoc instã,de inuest.de re alie.facta c.j.§.qd ergo. † Extrà quæro nunquid do. possit mihi concedere aream iure feudi: & quicquid ibi ędificauero iure proprio.Bar.dicit quòd nõ, in l.j.§.j.de superfici.ad hoc facit.ff.de act.& ob.l obligationũ fere.§ placet. In contrariũ facit ff.quæ in frau.cre.l. pe.§.fi.alias est l.fi.& est effectus in hoc:quia finito feudo liceret hæredi feudatarij eleuare ædificium,nisi dominus paciscereturcum eo vel vellet soluere ei æstimationem ædificij.infrà tit.hic finitur lex, deinde incipiunt consuetudines regni.c.si vasallus.& ibi videas. Nam nõ cogitur vasallus vẽdere rudera si non vult vendere sed vti materia ista quæ nõ
h cesit solo inseparabiliter.h Quia quãdoque vellet etiam durante feudo potest eleuare ædificium,dum tamen legem nõ offendat.ff.de leg.j.l.cætera.facit quod not. Cy.in l.ij.C.de
i rei vend.i Ego tamen in emphyteuta putabam quòd vbi per defectum generationis & non per culpam finitur emphy-
k teusis ędificium possit tolli k nisi soluatur ædificij æstimatio: non dico ædificij incorrupti,sed quantum valerent rudera ab ædificio separata per l.iij feudo.ff.de rei.ven. Nisi diceremus & melius dominum teneri act.neg.gest.quia re ipsa negotium suum est vtiliter gestum & factus est locupletior. Et istud esset verum sine dubio si esset prædium per mercale.i. alteri domino vendendum, vel vt puto vnius vel alterius de duobus socijs,non ipsius commune:vt not.ff.de neg.ge.l.ex duobus.& ideo pro rato debet haberi vt not.ff.de neg.ge.l.
l Pomponius.l Sed ad hoc posset responderi quia non gessit animo obligandi aliquem. Item ex quo vult dominum pati quòd tollatur ædificium non debet vltrà grauari.vt ff.de ne.ge.l.sed an vltro.§.j Secus si esset talis expensa vtilis quæ
14 non posset abradi.de qua loquitur Dy.l.Pompo. † Sed nũquid aqua per seipsam defluens possit inducere præscriptionem vel consuetudinem:dic quòd non:quia non est res animata & per rem inanimatam nihil nobis acquiritur.vt notatur institut. per quas personas nobis acquiritur.§.idem in glo.ita quòd non est alibi.Oportet ergo in præscriptione alicuem vsum interceisisse quo principato sufficit aquam per se fluere,vt ff.quemadmo .serui.amit.l.qui feudum.In consuetudine etiam sufficit quòd habuerit initium à multis vẽtibus.Nam postea perficitur solo temporis cursu:vt ff.com. prædi.l.venditor.§.si constat.& facit quod not.Dy.ff.de ver.
m ob.cum seruus.m Extrà no.aquam publicam non posse pri
15 uatam fieri vt.C.de aquæductu.l.diligenter lib.xij. Item si princeps concedit alicui priuilegium faciendi molendinum intelligitur sine iniuria alterius eo.titu.l.si quis. Item quòd quis tenetur mũdare de facto suum riuum per sua prædia decurrentem,l.eodm ti.vbi dicunt doc.Item auferre aquã quã ipse imponit,non quæ per seipsam oritur: vt ff.cõmu.
16 predi.l.refectionis.§.fi.& l.j.§.fi.ff.si vsusfr.pe. † Quæro de fluminibus vtrũ veniant in concessione feudorũ regaliũ si fortè Imperator concedit vsque ad tale flumen:vel de tali flumine vsque ad tale. De hac dictione ad,& vsq;,de quæstione propolita sentit Archidiaconus quòd vtrumque flumen veniat,scilicet vnde incipit & vbi finit. De dictiõe ista ad,satis potest dici quia est dictio adiunctiua. de hoc notat Archidiaco.xiij.quæstio.j.cap.ecclesias. & ibi dicit Archid. quòd fines sunt de ipsa terra terminata. Item dicitur quòd
n in diuisionibus regnorum veniunt & cedunt flumina publi
17 ca vbi vide.n † Extrà nota quòd in regalib⁹ seruitutibus

præſcriptio nõ procedit ex ciuili poſſeſsione: quia res quæ eſt inanimata, non præſcribit: vt ff. de public. l. ſi ergo. §. fina. de vſufruct. per Barto. inſtitu. de actio. §. aquæ. per Iac.
18 Butr. † Sed an conceſsio aquæ ex fonte ſiue ex caſtello ducendæ poſsit fieri ſine titulo. Et eſt argumen. quòd in ſeruitutibus ſufficit pro ratione, voluntas etiam non expreſſo titulo vel cauſa: vt ff. ſi ſer. vendi. l. ſi quis diuturno. & hoc in traditionibus vel quaſi. Sed in promiſsionibus requiritur cauſa. l. ſecunda. §. circa. ff. de except. do. ſecundum Oldr. & vide quod not. ff. de ſerui. vrb. prædio. l. ſi ædes meę. per Ac
19 cur. † Pone quidam habebat quatuor molendina in eodẽ flumine, & in flumine Ticini vbi ſunt molẽdina lignea, & duo erant vetera cum machinis, & duo erãt noua in quibus machinæ non erant appoſitæ: facit tamen conceſsionem per hæc verba concedo molendina quæ habeo in Ticino: quæritur vtrum nomine molendinorum intelligãtur ea in quibus nondum ſunt impoſitæ molæ. Hæc quæſtio fuit de facto Papiæ ſub aliis terminis: nam dictat ſtatutum quòd nemo poſsit extrahere molendinum de ticino ad padum ſub pœna amiſsionis molendini, ac centum librarum: modò quidam fecit conſtrui molendinum nouum eo vſurus non in ticino, ſed in pado, & nondum impoſitis machinis per ticinum duxit ipſum in padum: inquirebatur cõtra eũ: fuit quęſitũ quid iuris. Dicebatur ꝙ incidit in pœnam quia molæ pars ſubſtãtialis, ſed inſtrumẽtalis, ſicut nec aſina molẽdinaria: quod patet quia nõ ſunt eiuſdẽ ſpeciei. ff. de fun. inſtru. cũ delanionis. §. aſinam. nec dicitur quid minus perfectum eſſentiali perfectione: eo quòd careat inſtrumẽtis, vt not. ff. de vſufruc. l. ſed & ſi quid. §. proprietatis. ſicut nec pſalterium dicitur imperfectum licet careat chordis. In cõtrarium dicebatur quia in ſtatutis pœnalibus & odioſis debemus recipere etymologiam tanquam proprium ſignificatũ vocabuli. Eſt enim etymologia reſolutio vocis in proprium effectum rei quæ demonſtratur, vt ff. de verborũ ſignificatio. l. Tigurij. & l. vt Alphenus. Sed molendinum dicitur à molendo, & ſic ſignificat ſtatum eius in actu ſine alia indigentia. Dixi propter deſtinationem ædificantis ac etiam propter etymologiam vocabuli pœnam non fuiſſe cõ
o miſſam. o argumen. ff. de pign. l. debitor. & ff. de leg. primo. l. cætera. in fi. Quantum verò ad principale quæſitum videtur inſpiciendus communis vſus loquẽdi, ſcilicet vulgaris. ff. de leg. iij. l. librum. §. quod tamen Caſsius. Et licet hoc ſit extraneum à materia noſtri §. tamen adiunxi, quia aliàs tetigi aliquid de materia molendinorum. Et faciunt ad ſtatuta quæ loquuntur de gabellis reddendis de molẽdinis, quę ſtatuta intelligo de reddentibus fructum, nam vbi non eſt cõmodum ibi non debet eſſe onus, & maximè quod proce
20 dat à republica. † Extra quæro, tres habent molendinum duo inuito tertio locant pro xxx. tertius vult de parte ſua puta xv. quæritur quid iuris. Reſpondeo non tenetur conſentire, p pretio conuento per duos ſed æquo pretio. l. per
p fundum. ff. de ſer. ruſti. prædi. Et ſi nollet ipſe locare, ſed molere poſſet illud facere pro parte ſua non impediendo tamen alios in locando partem eorum, vt no. C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus nulli. in gl. quę incipit vt vna pars. in fi. aliàs
q prouocet ad diuiſionem. q † Extrà not. quòd vas fluminis eſt alueus: & ideo aqua ſuum continentem ſequitur, id eſt alienum de penu lega. l. nam quod liquidè. Alueus habet ſe ad flumen perpetuum ſicut area ad ędificium: & ideo aqua dum eſt in ſolo cedit ſolo, etiãſi ſit aqua fluens: quia de ſtagno non eſt dubium. l. rutilia polla. ff. de contrahen. empt. & ſic inferiora ſuperioribus dominantur.

ADDITIONES.

a §. cum inter patrem. Et l. fundus. de fun. inſtru. vbi dicit gloſſ. quòd nomina collectiua amplius ſignificatũ habent, quàm nomina ſimplicia, tamen in feudo dic, liberalitatem etiam ad inſulam trahi.

b Futuras acceſsiones. Et ſi falſa eſt demonſtratio quæ vitiat quod in rerum natura verũ exiſtit. de cõdi. & demon. l. quibus diebus. §. pen. de legatis ij. l. cum pater. §. nihil. de legatis iij. l. patronus. §. primo. Adde ꝙ natura demonſtrationis eſt demonſtrare ea quæ ſunt, non alia niſi tacitè veniant vt acceſſoria, & ideo tempus quo primum fiat, id eſt initium inſpicitur vt eſt gloſſ. ff. de vino & oleo lega. l. ſi quis vinum. §. j. ſuper verbo demon.

c Poſſeſsione. Vide quod not. ad Bar. in l. ſi coloni. C. de agric. & cenſi. ibi plenè vnde omnino in §. in progenitores ſuos. vide quæ notaui in l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib. xj. And. Barb.

d Aqua fluminum. Si vaſallus habet molendinum an dominus poſsit ædificare aliud: vide Bart. in l. j. §. ſicut. ff. de aqua plu. arcen. in codẽ §. ibi. per Bar. in l. fi. ff. de dam. infec. dic plenè, & ibi vide quod no. Ioan. de Imol. Andr. Barba.

e §. j. Nam quæ nec diuidi nec adiudicari poſſunt in communione remanere neceſſe eſt. Si autem adiudicari poſſunt adiudicabuntur.

f §. de veſtibulo. Nam quod eſt valde modicum, indiuiſibile reputatur impartibile enim eſt quod modiciſsimum eſt.

g Bar. format quęſtionem in cluſa, an poſsit fieri cluſa in flumine publico vide Bar. in l. fluminum. ff. de dam. infec. & caſum ſingularem ſecundum eum in l. penul. §. fi. ff. de acqui. rerum domi. & plenè in l. quo minus. in xj. q. de flumi. & iſtam partem etiam tenet Bal. in l. manifeſtè. C. de ſerui. & aqua. ſed contrarium tenet ibi Iac. de But. & idẽ Bal. in repe. rub. ff. de re. diui. ibi omnino. Andr. Barb.

h Inſeparabiliter. Secus in non connexis vt in arboribus quas excidere non poteſt. ff. ſol. mar. l. diuortio. & l. ſi fundũ. vide And. Barb.

i C. de rei vend. Sed ſecus videtur in natura connexis vt in arboribus quas excidere non poteſt: vt ff. ſol. mat. l. demonſtratio. §. ſi fundum.

k Poſsit tolli. Vide Bal. qui melius loquitur in c. j. §. ſi vaſallus. in titu. hic finitur lex Corra. vbi dicit quòd de hoc aliàs dubitauit & in l. fi. §. emptor. C. commu. deleg. ſi quis legauit molendina an veniant molẽdina quæ non habent machinas, dicit Bal. quòd attenditur communis modus loquendi. tu dic quòd ſi de illo non conſtat veniant. nam text. not. in l. & ſi non tantum. §. infecti. de aur. & arg. leg. dicit, ꝙ appel. argenti facti, venit argentum infectum, ita nunc appellatione molendini: facit tex. ſing. in l. veſtimentum. eo. tit. vbi appellatione veſtimenti venit veſtimentum in tela cogita. Vide quod habetur in cap. in noſtra. de reſcrip. vbi ſecundæ literæ debent facere mentionem de receptione in canonicum, licet adhuc non ſit conſecutus beneficium eccleſiaſticum, & eſt ratio ſecundum Bald. ibi, quia res eſt incepta & non eſt integra. Andr. Barba.

l L. Pomponius. Et iſtud eſt verum per l. ſi finita. §. proinde. ff. de dã. infect. vbi quoties quis gerit negotium cõtemplatione ſui & ſui commodi nunquam agit actione negotiorum geſtorum, quia non cõtemplatione alterius geſtum videbatur, vt in l. ex facto. ff. de neg. geſt.

m L. cum ſeruus. Extrà not. quòd videlicet inter conſentientes pactũ ſuper aquis publicis ad molendina defluentibus, vel alio aquarum fluctu. ff. communia prædio. l. venditor.

n Vbi vide. Dicit Archidiaco. quòd dictio vſque, adiuncta vniuerſitati vel ſigno vniuerſali ponitur incluſiuè. de legatis tertio. l. patronus. §. primo.

o Commiſſam. Not. quòd in materia pœnali appellatione molendini non venit molendinum quod eſt in fieri, vnde debet eſſe completum facit ſi quis impetrat reſcriptum ſuper beneficio quod vacat per contractum matrimonium, & ſunt contracta tantum ſponſalia non habet locum reſcriptum ita dicunt domi. de Rot. deciſio. xxvj. diſtinctione. Petr. de Anchar. in conſilio xx. vnde licet per ſecundas nuptias mater priuetur tutela & hæreditate filij ſi non petijt tutorem non tamen propter ſponſalia. ita eſt tex. in l. ſolent. §. ſi virum. ff. de his qui notã. infami. l. ſi quis officium. ff. de ritu nuptia. Specu. in titu. de tutore. §. videndum. verſicu. quid ſi nondum. ita ſi ſtatutum loquatur de homine non venit poſthumus. l. cum veteres. C. de fideicom. liber. & l. in lege Falci. ff. ad legem Falcid. & Bald. in l. qui in vtero. ff. de ſtatu homi. vide quæ notaui in præallega. l. cum veteres. ita ſi ſtatutum loquatur de doctore non venit licentiatus in pœnalibus. Bald. l. j. ff. ſolu. matrimo. & vide quæ notaui ad Bald. in l. ſi nondum. C. de furt. Sed in contrarium facit quod not. Iaco. de Are. & Nico. de Neap. in l. veſtimentum. de auro & argen. lega. quòd ſi ſtatutum loquitur de veſtimentis comprehendit quæ in tela ſunt cogita, & inquantum ſuprà allegaui de ſpõſalibus. vide Iean. And. & ibi Dominicum in cap. j. de cler. coniug. libro vj. & ca. j. eo. titu. lib. vj. And. Barb.

p Conſentire. Et de iſta quæſtione vide quod pulchrè in ſimili not. Bal. in l. j. C. de teſta. ad fi. & an ſi eſt prodigus poſsit prouocari ad diuiſionem Bal. in l. iubemus. prę alleg. & quid ſi pupillus vide in l. j. in princi. de rebus eorum. & an. in l. interdum. ff. qui potio. in pig. habeantur. Nico. de Neapo. in l. inter pupillos. ff. de autho. tuto. de iure enim vnus ſocius in alterum nihil poteſt. & ideo diſcordantibus animis ſociorum veniunt ad arma. ff. de ſerui. vrba. præd. l. in re communi. huic anxietati mederi iudicem oportet. ff. de vſufruct. l. æquiſsimum. ff. de cõtrahen. emp. & ſic inferiora ſuperioribus dominantur. And. Barb.

q Diuiſionem. De iure enim vnus ſocius in alterũ nihil poteſt. & ideo diſcordantibus animis ſociorum venitur ad arma. ff. de ſerui. vrb. prædio. l. in re communi. huic anxietati mederi iudicem oportet. ff. de vſufruct. l. æquiſsimum.

1 ☞ *Vaſallus poteſt alteri concedere feudum ſub eodem pacto quo licet à domino.*

2 *Reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris.*

3 *Vſumfructum an perdam, ſi dominus proprietatis cõmiſit maleficium propter quod bona eius debent confiſcari.*

4 *Vaſallus primus ſi infeudaucrit, an apud eum aliqua iura remaneãt.*

5 *Vaſallus ſecundus ſi quæſiuit ius feudi mediãte præſcriptione & primus moriatur, an feudum redibit ad dominum, an remanebit penes ipſum præſcribentem & filios eius.*

6 *Vaſallus ſi ꝓſcribit iura feudi per ultramontanos conceſſi an illud finiatur finito feudo.*

Vaſallorum

Source : BIU Cujas

7 *Vasallorum unus si præscripserit aliquam partem feudi, an illo mortuo illud præscriptum redibit ad dominum uel ad conuasallum.*
8 *Feudum an possit obligari per restitutionem dotis.*
9 *Vasallus uasalli an teneatur seruire primo domino.*

Rursus. Super isto §.potest poni casus duobus modis. In principio huius §.sensus non mutatur,& ideo in principio sic pone casum. Si secundus vasallus accipiat inuestituram de feudo à primo vasallo cũ eius incremento,& aliquid accidit huic feudo viuente primo vasallo totum incrementum est ipsius vasalli secundi. Si verò post mortem primi vasalli decedentis sine liberis:& sic aperientis feudum domino tunc totum incrementum spectat ad dominum vt in secundo responso huius §. Sed nunquid nocebit domino cõuentio facta per primum vasallum qui acceperat feudum nihil dicto de incremento cum secundo vasallo:scilicet quòd omne incrementum spectet ad secundum vasallum. Videtur quòd non,quia primus vasallus debet dare in feudum secundo vasallo eisdem pactis, & condi tionibus quibus habuit:vt infrà,de le. Corra. capi.j.§.final. & ideo hæc positio casus non videtur bona. Non enim potest facere deteriorem conditionem domini, vt infrà, de inuesti.de re alie.facta.ca.primo.§.si verò. & sic videtur quòd habeat locum distinctio.suprà §.proxi.si quis de manso.vbi non indistinctè omne incrementum spectat ad vasallũ. Potest ergo poni casus seeũdo modo in principio huius §.hoc modo. Si aliquis,scilicet primus vasallus acceperit inuestituram cum omni incremento,tunc omne incrementum accedens viuente domino, vel eo mortuo spectat ad vasallum. Si verò post mortem primi vasalli,qui inuestiuit secundum aliquid accedit:tunc spectat ad dominum,vt in secundo responso huius §.vt dixi suprà,secundum primam casus positionem. Ergo à contrario sensu si accesit incrementum viuente primo vasallo spectaret illud ad secundum vasallum Pet.de Cer. Vel dic secundum Iaco.de Bel. Facta inuestitura cum incremento pertinet incremẽtum ad vasallum non ad dominum:resoluto verò iure datoris resoluitur ius acceptoris cum omni increméto.hoc dicit. Casus. Marchio,Comes,vel Baro, militẽ inuestiuit de quodam castro cũ omni incremento incremẽtum postea accesit:quæritur ad quem pertinet. Et respondetur quòd ad vasallum. Sed pone miles accepit feudum,& illud alteri concesit: moritur miles qui alij concesit sine hærede.& sic apertum est domino feudũ. nunquid resoluetur ius acceptoris & redibit ad dominum: certè sic,& cum omni incremento.& hoc dicit Iaco.de Bel.

Ibi viuente eo,scilicet maximè Iaco.de Bel. Sine hæ-
1 rede,id est,sine filio. †No.hîc duo.Primò,quòd vasallus qui accepit feudum cum pacto incrementi,potest alteri sub simili pacto infeudare,& sic tale pactũ est reale. Et not. quòd potentiæ & licentiæ transeunt ad successorem cùm rei co-
a hærent:vt hîc. Quid de prohibitionibus[a] dic vt not.ff.de alimen.iudi.mutan.causa facta.l.iiij.§.opus.& l.fina.ff.de noui operis nuntia.& vide ff.de euict.l.si rem quam. & ff.de contrahenda emptio.l.fina.§.vltimo.quæ sunt contra. Et ff. de verborum obligatio.l.si sub vna.§.si quis viam. per Accur.dicit Dyn. quòd electiones & arbitraria non transeunt in successorem tanquam officia, sed tanquam appendices
2 obligationum contractarum. †Secundò not. quòd resoluto iure infeudatoris soluitur feudũ,& reuertitur ad proprietatem cum suis commodis acquisitis, & est ratio, quia
b materia erat sic ordinata naturaliter.l.ex natura cõtractus.[b]
3 †Pone ergo, quidam dedit mihi vsumfructum in te sua, deinde commisit maleficium propter quod deportatus est vel in metallum damnatus: nunquid per hoc perdo vsum-
c fructum.Respõdeo,non.[c] & est ratio quia ius quod habeo non dependet à iure suo.argu.ff.de donatio. inter virum & vxorem.l.sed & si mors.& ff.de pig.l.si superatus. Quod autem dicitur resoluto iure &c.intelligitur in eo iure quod ha
d bet dependentiam[d] successiuam,non in eo quod primo instanti est perfectum: vt ff.de pigno.l.lex vectigali.ff.locati. si quis domum.§.huic.& l.si fundus.argumen.ff.de donatio. l.post contractum.C.de donation.inter virum & vxorem. l.donationes.ff.de administratio. tutorum.l. Chirographis. §.primo.de legatis secundo.l.peto.§.prædium.ff.de donation.inter virum & vxorem.l.sed si mors. in principio. Super hoc vide omnino Barto.in l.sinautem.ff.de aqua pluuia arcen. quas leges hincinde adaptabis. & vide quod dicam infra de controuer.inter vasal.& alium de benefic. in capit.
4 primo. in fine. †Sed oppo. & videtur quòd istud notabile sit falsum:nam si primus feudatarius alteri infeudat nullum ius ei remaneret vt not.ff.commoda.si vt certo.§.si duobus vehiculum. Sicut dicimus,quòd ille qui habet vtile cedendo vtilem totum transfert, vt not.ff. ad Trebellia.l.ex asse. & infra quis dicatur Marchio,Comes. capitulo primo.§.valuasores. Si ergo in totum transtulit,ergo iam finiri non potest:quia non cadit priuatio,vbi non est habitus.ff.de verborum obligatio.l.decem. Solu.imò remanent primo vasallo iura seruitiorum,scilicet iura in pactum deducta vel cõsueta quæ peti possunt vt not. Bernar.in capit.secundo.de excess.præla. Et adde quod not.institu.loca.§.adeò.nam & dominus quodam modo dici potest.ff.de hæredi.instituend.l.
5 talem.§.fina. †Sed iuxta hoc quæro.pone,quòd secundus vasallus acquisiuit non per viam incrementi sed præscribendo:quia tam primus,quàm ipse inuestiti fuerunt de re aliena. Modò quæritur vtrum mortuo primo vasallo, redeat ad dominum, an resideat penes præscribentem & eius filios.
e Respondeo.[e] præscriptio accessoria est præcedentis tituli. vt ff.de donatio.causa mortis.l.si alienam. & l.qui alienam. & ideo quo titulo redit,redit præscriptio.ff.de condi.inde.
6 l.indebiti.§.fina. & quod ibi not. †Sed pone, quòd vasallus ex facti ignorantia præscribit vltra terminos concessionis nunquid illud finiatur feudo finito, Et videtur ꝙ non: quia in eo non habet ius per titulum authoris:sed per erro-
7 rem.argumen.ff.ad Trebellia.l.debitor.§.fina. †Sed pone, concessum est quoddam territorium duobus in feudũ pro diuiso:sed vnus per iustum errorem præscripsit fines alterius: vtrum eo mortuo sine hærede illud præscriptum redeat ad dominum,an ad alium vasallum. Et videtur quòd ad neutrum:sed hoc est impossibile:quia feudum non stat sine hærede, & ideo consolidatur proprietati. Ad eum autem qui amisit reuerti non potest.vt ff.quibus modis amit. vsusfru. l.sicut in annos. Nam quod non vtendo perditum est postea non recuperatur.argumen.C.de remiss.pign.l.solita prouidentia.†Iuxta prædicta quæro vtrum feudum possit obli
8 gari pro restitutione dotis. Respõdeo non in præiudicium domini:vt infra qualiter olim feud.poter. alien.capitu. primo.§.donare.& infra de inuest.quam Titius.capitu.primo. & infrà de eo qui sibi & hæredibus suis.cap.primo. & dicta
9 l.lex vectigali.de pigno. † Quærit hic gloss. nunquid vasal-
1 lus vasalli teneatur seruire primo domino.dicit Bart. quòd non,[f] iuxta illud vulgare dictum, vasallus vasalli mei non est vasallus meus. Et est ratio,quia contractus feudi personalis est quo ad personales præstationes. argumen.ff.de contrahenda emptione.l.final. & infra quis dicatur Dux,Marchio,Comescapitul.primo.§.soldata autem. & per Bartol. in l.si finita.§. si de vectigalibus. in prima quæstione.ff. de damno infecto. Ego Bald. dico quòd potest compelli per subtractiones beneficij vt not.in dicto §.adeo.institu.locati. Item si dominus velit feudum remanere firmum,sibi præcisè seruitia exhiberi,poterit hoc consequi in subsidiũ tanquam contra debitorem debitoris iuxta ea quæ singulariter not.ff.de acquirenda hæreditate. lege pro hærede.§. si qui tamen.per glossam,& Modernos. Et si dicas cùm iura feudi non transeant in extraneum,& quo ad secundum feudatarium ipse dominus sit extraneus quomodo possunt ei seruitia adiudicari. Respondeo. creditor non intelligitur extraneus donec debitor viuit: quia est eius imago. C. de præscriptio.triginta annorum.l.cum notissimi.§.primo. & argumen.ff.de damno infecto.l.si finita.§.si qua sunt iura. & argu.in l.ij.C.de iur.aur.ann. vbi dicitur ꝙ imago ostendit hominis qualitatem. Sed cum hæres hæredis mei sit hæ
g res meus[g] quare vasallus vasalli mei non est vasallus me[a]. Respondeo,quia à me non habet causam primam, nec secundam.arg.ff de seruo corrup.l.Neratius.§.j.& de serui.vrba.

Source : BIU Cujas

præd.l.ſi ædes.ſed ex quodam ſeparato contractu & ex propria prouidentia.Nemo enim eſt feudatarius alterius,niſi feudũ percipiat ex prouidẽtia illius,& beneficium ab eo recognoſcat.Et quia in hæredem cum vniuerſitate omnino tranſeũt,aliàs falſo nomine vniuerſitatis lex vteretur ſi aliquid eſſet anomalum, etenim vniuerſitatis nomen admitteret.&c.

ADDITIONES.

a Quid de prohibitionibus.Nota quòd ſi prohibitio eſt realis tranſit ad ſucceſſorem. vide Bar.in l.iij §.opus.ff.de alie.iud.l.fi.ff.de ope.noui nun.l.ſi ſub vna.§.fi.ff.de ver.ob.Io.And.in tit.de iud.§.j.in ver.generalia.& in præall.l.ſi res.in qua vult Ang.& pro eius intellectu,vide Bal. in l.j.in fi.lecturæ C.de iure dotium.Andr.Barba.

b Contractus.Quia habens contractum tempore non dat alij perpetuam cauſam,quia nemo dat quod alienum eſt.C.commu de leg.l.fi. §.penul.

c Reſpondeo non.Et ſi conceſſum eſt alicuius exigendi prædagium per ſuperiorem an iſte poſsit alij concedere illud irrequiſito domino Bar.in l.in diem.ff.de aqua plu.arc.dicit quòd non per illum tex.dicit tamen cogitandum:dominus meus ibi diſtinguit,moderniores ibi dicunt quòd ſic.or.vide ibi quid in feudatario eccleſiæ vide Ia.de Bel.in.c. j.§.hoc autem.ſuprà qui feu.da.poſ.Andr.Barbatias.

d Dependentiam.Et an ſi res vendita reuertitur ad venditorem eò quia lege prohibente fuit alienata.vide per doct. in l.non dubium.C. de legi.& ſenatuſcon.

e Reſpondeo.Vide tex.in l.prima.§.quid ergo de inueſt.de re alien. fac.Andr.Barb.

f Quòd non.An vaſallus vaſalli teneatur ſeruire primo domino.Ia. de Bel.hic tenet quòd non & facit glo.in l.de acceſsionibus.ff.de diuer. tẽp.præſcr.l.Modeſtinus reſpondit.ff.de.ver.ſig.l.Claudius fœlix.ff.q pot. in pigno.hab.vbi vaſallus meus non dicitur vaſallus domini mei. Andr.Barbatias.

g Hæres meus.An hæres hæredis teſtatoris ſit hæres.vide Bal.in l.ſi. & quæ ibi ad eum notaui.C.de hære.inſti. Andre.Barba.

Quibus modis feudum amitt. Rub.

Dictum eſt ſuprà qualiter feudum conſtituatur & per quos.Item ad quos tranſmittatur & qualiter probetur.Sed quia omne quod generatur corruptibile eſt ideo ſequitur videre de ipſius feudi priuatione.ſcilicet ex quibus cauſis feudum amittatur.ideò hæc rubrica ſubijcitur.Et quia litera procedit per modum ſummę ſpecificãdo caſus:ideo in hoc principio non cadit ſummarium : ſed caſuum expoſitio, & interpretatio:ideo venio ad textum.

1 ☞ *Vulneratus ad mortem & mortuus æquiparantur.*
2 *Decapitari ex forma ſtatuti an aliquis poterit qui aliquem uulnerauit ad mortem.*
3 *Et quis dicatur uulneratus uſque ad mortem.*
4 *Vaſallus an teneatur dominum adiuuare ſiue iuſtè ſiue iniuſtè prælietur.*
5 *Vaſallus an poſsit ſubtrahere ſeruitium domino quod incepit præſtare alias non tenebatur eum iuuare.*
6 *Vaſallus inhabilis an teneatur dominum iuuare.*
7 *Vaſalli fuga ſi non nocuit domino an puniatur.*
8 *Vaſallus an teneatur ſalutem domini ſui præferre ſaluti propriæ.*
9 *Dominus an præſumatur uulneratus mortiferè ſi deceſsit tali uulnere non curato.*
11 *Vulneratus pluribus uulneribus ex quo præſumatur deceſsiſſe.*
12 *Vaſalli duo fratres unus defendit dominum in prælio alter fugit: an fugiens per alterum excuſetur.*
13 *Ciuitas habens feudum ſi ſit diuiſa per partes & una pars committat feloniam an priuetur in toto feudo.*
14 *Filius an priuetur feudo propter culpas à patre commiſſas.*
15 *Vaſallus uaſalli ſi dominum primum offenderit an feudum amittat.*
16 *Dominus priuatur feudo ex eiſdem cauſis ex quibus uaſallus priuatur.*
17 *Vaſalli pro quibus delictis priuantur feudo.*
22 *Vaſallus qui contrahit confœderationem cum inimico domini ſui an priuetur feudo.*
23 *Dominus ſi nullam querimoniam propoſuit de huiuſmodi delictis,an eius hæres hoc facere poſsit.Et an dominus dicatur remittere feloniam per oſculum.*

Quia ſupra dictũ eſt. Caſus primus feudi amittendi eſt ſi dominus prælium campeſtre habuerit,& vaſallus eum morantem in prælio dimiſerit non mortuum nec ad mortem vulneratum. Ex quo tex.collige.Primò id quod præmittitur:videlicet quòd a dominus habebat prælium campeſtre a.Secundò id quod præcipitur,ſcilicet quòd perſona domini non dimittatur do 1 nec viuit niſi eſſet ad mortem vulneratus. † Ex quo not. quòd mortuus & ad mortem vulneratus æquiparantur nõ tamen per omnia:quia mortuus non poteſt facere teſtamentum nec quicquam de bonis ſuis diſponere.Sed ad mortem vulneratus donec habet intellectum vel loquelam poteſt,vel etiam ſi habet intellectum & non loquelam,ſi ſcriberet,ſic poteſt & mentem ſuam ſcribendo exprimere.C.de teſta. mi li.l.milites in expeditione.Sed pone Titius erat vulneratus 2 ad mortem à Seio ita quòd euadere non poterat. †Modò quæritur vtrum dum ſpiritus ſit in eo poterit Seius decapitari ex forma ſtatuti diſponentis quòd homicida occidatur b & videtur quòd ſicb:quia quantũ eſt in percuſſore conſummatum eſt ſcelus.Item attento animo.In contrarium videtur : quia non eſt mortuꝰ qui adhuc viuit,vt ff.de manu.teſt. l.qui duos.Item quòd habeatur pro mortuo eſt quędam fictio quæ non habet locũ in ſtatutis vt plenè dixi C.de epiſ. & cle.ſi quis non dicam rapere in lec. tangitur per modernos.in l.damni.§.ſabini.de damno infecto.& facit ff.de cõfeſſ.l.ſi is qui Stichum.& de triti.l.in hac. Sed pone quòd vaſallus dimiſit dominum in prælio per momentum & ſtatim rediit,nunquid ſibi ignoſcitur. Et eſt argumentũ quòd c ſic,ff.de diuortijs.l.ſi pœnituit.& ff.de falſis.l.qui falſam. c Quæro quis dicatur eſſe ad mortem vulneratus. †Reſpõdeo ille qui ſecundum regulam artis medicinæ non poteſt euadere vel cum magna difficultate:Sed ille qui de leui poteſt curari nõ dicitur mortiferè vulneratus iuxta no.in l.ab hoſtibus.§.fi.ſo.mat.ff.loca.l.maritus. Pone, quòd vaſallus dimiſit dominum re vera mortiferè vulneratum, & ſic vaſallus excuſaretur:tamẽ vaſallus excuſationis legalis ignarus credẽs non dominum non ſic vulneratum dimiſit eum nunquid perdit feudum.Reſponde non:quia error aliquãdo excuſat,tamen non auget delictũ.vt l.res.C.de cri.expil. d' hær.de fur.l.inter omnes.§.rectè. d †Hîc eſt quædam nota- 4 bilis glo.quæ incipit nunquid eſt.quæ quærit de aliquibus quæſtionibus.Primò enim quęritur an vaſallus teneatur ad iuuare dominum,ſiue iuſtè,ſiue iniuſtè prælietur.& reſpondet remittendo ad tex.inſtà in titu.hîc finitur lex.deinde cõ ſue.regni incipiunt c.j.ibi dicitur,Aut eſt certum,quòd dominus habeat iuſtam guerram : & tunc eum adiuuare tenetur: Aut eſt certum quod iniuſtam , & tunc tenetur eumadiuuare ad defenſionem: ad offendendum verò non. Sed ſi vult iuuare dominus debet habere gratum,& ſic ſeruitium debet ſe extendere ad gratuita non vi promiſsionis:ſed beneficio impenſionis non tamen excuſatur iſte à parte aduerſa cui infert nocumentum,vt no.in c.vlt.quod met.cau. per Innoc.& eſt ſimile verbum.C.depoſiti.l.nj.Sed contra ſecundum membrum arguitur.nam ex hoc ſequitur quòd extra territorium domini non tenetur eum iuuare:ſed nos videmus contrarium ſeruari de iure & de facto.nam ſi rex Francorũ mãdaret ſubditis & vaſallis ſuis, quòd ſequerẽtur ipſum euntem in Hiberniam,certè ſi non irent perderent feuda.Ad hoc etiam rñdent Doct.quòd vbi eſt Rex irruens tanquam in hoſtes cum exercitu,ibi eſt territorium regis ar. ff.de ſerui vrb.præd.l.ſeruitutes.§.ſi domus.quia cui conceduntur priuilegia,conceduntur adminicula. hoc tenet Cy. in l.iiij.ff.de offi.præſi.in lec.& Ia.But.in l.cunctos populos. C.de ſum.trini. in lectu.Et concedi debet hoc ſi bellum eſt iuſtum.nã ius gentiũ hoc dictat,& ipſa naturalis iuſtitia & tale territorium dicitur à poteſtate terrendi ſic diſtrictus dicitur à diſtringendo,vt not.inſti.de actio.§.rurſus.in glo.in ver.poteſtate.& in c.ne Romani.§.ſanè.de elect.in cle.de re iud.paſtoralis.c.compilatione.& per glo.xcix.di.prouinciæ. nam in mari dicitur diſtrictus haberi & poſsideri vt in.c.vbi periculum.

Source : BIU Cujas

periculũ.de elec.li.j & C.de ſer.fug.authen.ſed nouo iure.

5 † Secundò quæritgl.vbi vaſallus non tenetur iuuare domi num:an ſi incepit iuuare poſſit ſeruitium ſubtrahere.& videtur quod non:quia actus ordinatus & determinatus ad aliquem finem debet illum finem adipiſci.ff.fa. erciſc.l.ſi filia. §.item ſcribit.C.ad Sill.lege penul.in fin.& quia præceſſit pollicitatio & acceptauit ſe facturum honorem.Sed deinde ſentit gloſſ.quod ſic:quia talis actus non eſt obligatorius vaſalli ar.C.de his qui. vt indig.l.minoribus.quod verum credo ſi fiat ſine captione domini. Quid enim ſi alius erat iturus cum domino & propter iuſtum vaſallum nõ iuit, nõ poteſt tũc negari quin perfidè vaſallus agat.Porro non debẽt inde naſci iniuriæ vnde debent auxilia proueni re.arg.de neg.geſt.l.ſi pupilli.§.videamus.& ff.commo.l.incommoda.§.ſicut.vbi dicitur quod beneficijs iuuare non

6 decipi nos oportet:& l.meminerint.C. vnde vi. † Tertiò quæritur,vtrum vaſallus inhabilis teneatur iuuare dominũ & dicit gloſſ.quòd non.& ponit exemplum in eo quia amiſit manus in bello.quod verum eſt quod non tenetur iuuare obiectu corporis,ſed clamore iuuare debet ſi poteſt: nã & clamore præſtatur auxilium & opes:vt ff.ad Silla.cum dominus.& gl.in cle.vnica de homicidio. in ver.non valoris.tenetur enim quatenus facere poteſt:vt infrà,de feu.ſine culpa non amit.capitu.final.in text.& in gloſſ.hic. quod eſt notabile verbum &c. Sed ſi in bello attritus eſt plagis ipſis excuſatus eſt.Et in bello vox plorantium etiam ſuis infeſta

7 eſt.† Quartò quæritur quid ſi vaſalli fuga non nocuit domino.Et videtur quod puniatur.quia non intereſt domini quod enim ſine effectu delicti eſt non nocet vt no.C.de ſeruis fugi.l.mancipia.Sed dicendum eſt quod imò punitur: quia delictum eſt conſummatum ſecundum deſcriptionẽ ſtatuti huius literę.nec plus requirimus in puniendo quàm lex requirat ar.C.de fur.l.ſi quis ſeruo.iuxta no.in lege prima.§. primo.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſ.fue.& ff.de legit.l.j. & l.quamuis.ff.de in ius voc.Et ſi nõ puniatur propter aliud punietur prõptereà quia alijs dedit malum exemplum.ff. de pœnis leg.Cicero.nam vbi morum correctionem inducimus dãnum non conſideramus.† Quintò quæritur:nunquid vaſallus teneatur præferre ſalutem domini ſaluti ſuæ. puta ſi vult mori poteſt defendere dominum ſi vult fugere

8 oportet dominum mori. Reſpondeo,ſi hoc eſt certum debet eligere vitã propriam e nec perdit feudum:notabilis gl. eſt de hoc infrà,de alie.feu.paterni.capitulo ſi ad mortem. licet ſecus dicamus in ſeruo,quia ſeruus pro nihilo reputatur & nunquam dicitur viuere.vt lege prima.ff.ad Silla.l.ſi.

9 † Sextò quæritur,vtrum dominus præſumatur mortiferè vulneratus, eò quod deceſſit tali vulnere nõ curato.Reſpõdeo,ſic,per locum ab effectu,quia exitus acta probat.C.de iud.l.rem non nouam.§.fin.& in conſti.ffforum §.omnem. prope finem.Niſi ex adiũcta culpa infirmi cum vulnere fuerit ſecuta mors:Nam non dicitur ex ſimplicibus prouenire id quod cum alio permiſcetur:vt ff.de aqua quoti.& æſti.l. j.§.Trebatius.Si quidem ergo vulnus fuit prædominatum culpæ mors dicitur ſecuta ex vulnere,ſed ſi maior fuit culpa dicitur ſecuta mors ex culpa.ar.ff.de ſta.ho.l.quæritur.

f ff.de ne.geſt.l.ſiue hæreditaria.f& l.ſed an vltro.§.fi.ff.loca. & lege ſi maritus. Ar.cõtra, quia ſi vulnus non fuiſſet caſus mortis mors non incidiſſet. Cõcedo quod non punitur de

g toto,ſed punitur de tanto vbi agimus de puniendo:ſed hîc agimus de excuſando.Adde quod non dicitur corpus ſanũ quod expectat reiterationem morbi.ff.de ędil edi.lege qui

h tertia na.de dam.infec.l.damni.§.Sabini.h † Septimò quæ

10 ritur:quid ſi dominus fuit ita vulneratus quod non poterat euadere,tamen poſt fugam vaſalli fuit iterum vulneratus & citius examinatus eſt.& videtur quod vaſallus amittit feudum:quia non poteſt conſtare primum vulnus fuiſſe mortale.ar.ff.ad l.Aquil.l.huic ſcripturæ. In contrarium dico: quia aliud eſt loqui de pœna intrinſeca ipſius delicti aliud de amiſsione feudi.Nec credo quod in feudo habeat locũ fictio illi⁹ legis:quia hic vulnus lethale domini tendit ad excuſationem vaſalli.ibi verò ad punitionem percuſſoris cuius delictum velatur per ſuperuenientem cẽſum veræ mor-

11 tis celerius inflictæ. † Quid ſi teſtator dixit ſi filius meus in hac infirmitate moriatur lego tibi decẽ.Reſpõdeo lati⁹ ac-

h cipere.ff.de adi.le.l.alumno.§.fin. h Sed quid eſt quod dicitur in.l.huic ſcripturæ. videlicet q ꝑ iſtud non poteſt appa-

i rere.nam imò iudicio i medicorum poteſt:vt lege ſemel.C. de re mili.lib.duodecimo. Reſponde certum eſt quod quis non poteſt bis mori:vt not.in lege prima.C.qui accu.non poſ.& ideo lex quæ fingit quem mortuum ictu vulneris primi:non poteſt hoc fingere ſi conſtet eum mortuum ex ſequenti vulnere: quia ſic reſultaret quòd eſſet bis mortuus quod eſt impoſsibile.In feudis verò non eſt diſputatio ita neceſſaria,quia ſufficit quod dominus ſiit mortiferè vulneratus ad excuſationem vaſalli. Et not. quod eſt indifficilis probatio iſtius negatiuæ.videlicet quod vulneratus in loco periculoſo,vel vulnere magno non ſit mortuus ex tali vulnere ſolet mors euenire vt extrà de homi.capitulo ſignificaſti.§.fi.Et ideo medici qui volunt probare negatiuam iſtam debent examinari diligenter,& ſi ſint indiuerſis opinionibus debet iudicari cõtra percuſſorem.k † Quid

k 12 ſi ſint duo fratres,& vnus dereliquit dominum alter ſua ꝑbitate defendit nunquid excuſetur vnus propter alterum.

l argu.quod ſic l propter coniunctionem perſonarum & feudi.ff.de libe.lege ſi is qui duos.ff.de manumiſſ. teſta.l.ſi ita Pone ciuitas Peruſina habuit feudum ab eccleſia, deinde diuiditur ciuitas in nobiles & populum:nobiles commit-

13 tunt feloniam an ciuitas priuetur.† Reſpondeo non : quia neutri per ſe ſunt communitas integra vt in capitulo in noſtra.de iniu.& dam.dat.in nouella.Et nec contrahendo nec delinquendo poteſt ciuitas per vnam partem obligari ibi vide.Sed populus regens bene obligatur.Tamen propriè ille populus non dicitur ciuitas qui non eſt ſanior ciuium vnitas:quia non habet ſignificationẽ vniuerſitatis, ſed partialitatis.l.j.C.de monopo.arg.l.primæ.C.de magiſt.conue.

14 †Quæro an filius priuetur feudo propter culpas commiſſas à patre à quo feudum non fuit reuocatum eo viuente. Dicitur quòd non.infrà,quæ fuerit prima cauſa bene.amit. §.præterea.in gloſ. in verbo certiorare.quæ incipit hanc ſecundã.gloſſ.prima. in fin.& §.item qui diu.in gloſſ.quæ incipit hanc regulam.aliàs eſt §.qui incipit porrò.in gloſſ.in fine.& de prohi.alie.feu.per Feder.§.inſuper.in fi.gloſſ.in verbo priuetur,quæ incipit nunquid propter.& extrà de do.

15 capitulo fi.per Ber. † An ſi vaſallus vaſalli dominum dodomini ſui offenderit feudũ amittat. Dic vt no.eo.ti.c.impe

16 rialẽ.§.illud.†Et not.quod in his caſib⁹ in quib⁹ vaſallus priuatur à feudo in his etiam priuatur dominus à proprietate ſi delinquit contra vaſallum,vt infrà,quæ fuerit prima cauſa beneficij amittendi.§.item qui.in gloſ.ſed qualiter.& infra de forma fidelitatis.capitul.primo. & infrà,qualiter dominus proprietate feud.pri.capitulo ex facto & infrà, ſi de feu.fue.controuer.capitulo domino committente. Quid de rebus eccleſiæ infeudatis & prælatus taliter in vaſallum committit quòd ſi eſſet laicus vel clericus & de proprio patrimonio dediſſet,cecidiſſet à ꝑprietate.dicitur infrà,de ca. Cor.§.vlt.in gl.& ibi videas.ar. Quòd licet domin⁹ dicatur malæ fidei,vt infrà,de forma fidelitatis. capitu.primo. ſicut vaſallus:nõ tamẽ dicitur ꝑditor vel periurus:ſed vaſall⁹ bene dicitur proditor:quia huiuſmodi committit contra perſonam domini vel honorem.no.extrà de feudo.in nouella. capitulo primo.De proditore tangit Andreas de Iſer.hic & habetur in lege reſpiciendum. §. delinquunt.ff.de pœnis. Proditor vulgari nuncupatione eſt ille qui ſine vlla cauſa & ſine vlla diffidatione eum qui de eo confidebat vulnerat vel grauiter offendit. Ita dicit Bartolus in dicta lege reſpiciendum.§.derelinquunt.& maximè committendo prædicta contra maiorem ſuum.vt lege final.C.de le.lib.decimo. Dicit Ioannes Andreas quod mouentes bella ſine vlla diffidatione dicuntur agere proditoriè vt capitulo pro humani.extrà de homi.libro ſexto. Dicit Iacobus Butrig.quod omnis qui dat alicui potationem venenatam eſt proditor. in lege prima.C.de malefic.& mathematic.aliquando dicitur proditor reuelator ſecretorum:vt ff.de infamibus.lege athletas.§.calumniator.Dicit Titus Liuius nihil vſquam ad

Source : BIU Cujas

filium proditori eſt. Et dicitur proditor qui permittit tranſire gentem inimicam. C. de re militari. lege ſi quis barba-
m ris. li. duodecimo. & ibi per Accur. m †Sequuntur tres caſus, videlicet ſi quis vxorẽ adulterauit vel vt adulteraret ſe
17 exercuit: vel turpiter cum vxore domini luſerit: ſi turpiter eam tetigit. dicit gloſſ. puta manus intra pectus ponendo vel turpius. Hęc nõ ſunt expoſitione digna, quia turpia. Sed mirandum eſt quid enim expediebat dicere niſi vnum verbum puta ſi turpiter luſerit. Reſpondeo cauſa euidentioris intellectus. ſimile in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cle. Quæro nũquid ſit idem dicere talis iacuit cum vxore domini: ac ſi diceret adulterauit eam. Reſpondeo ſic vt
18 no. per gloſ. ff. de fideic. libe. l. Caſsij Caij. in j. glo. †Quæro quid ſi vaſallus alloquutus turpiter eſt dominam tamen nõ tetigit eius perſonam. Dicunt Carolus & And. de Iſer. quòd non perdit feudum, quia non tam turpe eſt colloquium quàm tactus, quia ſumus in materia pœnali, & iſte caſus eſt omiſſus: tenetur tamen domino actiõe iniuriarum ſecundũ
n eos. n †Quæro quid ſi ipſe non cucurbitauit ſed opem tu-
19 lit. Reſpondeo eadem pœna punitur. ff. de ver. ſi. l. ſæpe. ff. de adul. l. & ſi amiſsis. Quid ſi præſtitit ipſe dominę conſiliũ dicit And. de Iſer. quòd quãdo aliquis perſuadet aliquod delictum quod committitur extra perſonam, tunc perſuaſor non punitur ſi ille erat aliàs facturus. Sed quando delinquitur in perſonam ipſam perſuaſi, tunc indiſtinctè punitur: vt
20 l. j §. perſuadere. ff. de ſer. cor. †Quæro cùm ciuiliter agatur ad priuationem feudi vtrum debeat poni locus & menſis commiſsi criminis. Barto. vbique dicit quòd ſic, quia impingitur dolus. Sed Spe. dum format libellum ſuper legẽ Iuliã repetun. ciuiliter intentata ponit in libello ciuili locum & menſem vt no. in Specu. de accu. §. ij Ego dico quod ſi reus petit edi locum & mẽſem debet ei edi. Sed ſi non petit procedit libellus. In pleriſque tamen locis ſeruatur opinio Bar. argumento ff. de dolo. lege item exigit. de iureiur. lege prætor dixit. & videtur expreſſum extrà de procuratoribus. capitulo tuæ. Sed conſidera quia ſi tu reſpicis illam legẽ de dolo & de iniurijs loquuntur quòd debet proponi certa ſubſtantia & certa qualitas delicti, & iſta eſt ſolennitas intrinſeca: imò eſt ipſa ſubſtantia libelli vt C. de falſis, lege nec exẽplum. Sed nullo modo dicitur ibi quòd debeat opponi extrinſeca quæ eſt apponere concomitantiam loci, vel temporis, nam regulariter poni hæc in ciuili libello non debent vt extrà de re iudicata. Abbate. lib. vj. & C. de anna. excep. l. final. Vnde poſſumus dicere quòd vbi non requiritur inſcriptio ad pœnam talionis, ibi non requiritur ſolennitas l. libellorum. ff. de accuſ. Item capitul. tuæ. ſi bene conſidere tur non videtur probare. nam ſciendum eſt quòd ideò accuſatio ad ſeparationem thori eſt mixta: quia non continet pecuniarium commodum, & in hoc habet qualitatem criminalis iuxta no. in l. agraria. ff. de termino amoto. Sed quia non agitur ad publicam vindictam in hoc habet qualitatẽ ciuilis, Pondera ergo ſi hoc eſt propter mixtã naturam, ergo ſecus ſi actio competat pro re merè familiari à cõtrario ſenſu illius literæ. & no. hęc verba. Et adde quòd gl. dicit ꝙ in crimine falſi proceditur, licet locus non ponatur: quia clandeſtinè cõmittitur: vt no. inſti. de publ. iudi. in prin. alibi nõ
21 reperitur. †Quæro quid de eo qui ignoranter adulterauit
o vxorem domini o an feudo priuetur. Et videtur ꝙ ſic, quia cum ſit pœna pecuniaria. ideſt, amiſsio feudi nec iſte text. dicat ꝙ requiratur dolus: ergo ſimplici facto debemus eſſe contenti, vt ff. de infa. l. liberorum. §. notantur. In contrariũ videtur ff. de adul. l. pe. ff. loca. l. ſi quis ignorans. Solu. dicit gloſſ. & bene quòd ſi fuit craſſa ſeu ſupina ignorantia non excuſatur. ſed ſi probabilis tunc excuſatur Et iſta eſt optima ratio in materia ſtatutorum in quibus non fit mentio
22 doli. Et quęritur vtrum requiratur dolus necne. †Quid ſi cognouit cõcubinam domini cũ eſſet vterq; ſolutus & ſic eſſet concubinatus legitimus. Nam dicit text. quòd inter concubinam & vxorem niſi in honore nihil intereſt ff. de legatis tertio. lege item in legato. §. parui. Reſpondeo idem quod in vxore. Et nota in hac materia hanc regulam, quòd quæcunque ſunt iuſtæ cauſæ exhæredationis filij ſunt iuſtæ cauſæ perditionis feudi. Item quæcunque ſunt iuſtæ cauſæ reuocandæ donationis: vt dicit text. infrà, quæ fuit prima cauſa bene. amit. capitulo primo. §. prædictis modis. Nam & quædam perturbatio timetur in concubinam ratione perturbationis ſanguinis: cùm illi qui naſcuntur ex concubina ſint ſucceſsibiles, niſi prius probetur adultera quàm partus concipiatur. In vxore autem probare eam ali quando adulteram non nocet filijs legitimis: vt ff. de adulte. lege miles. §. quæ propter. Modò hîc eſt quædam gloſ. quæ incipit, vel cum inimicis. quæ gloſſ. quærit vtrum vaſallus qui contrahit parentelam vel facit confœderationem cum inimico domini debeat amittere feudum. Et dicit glo. quòd ſic: quia præſumitur in dubio facere in perniciem domini. Not. gloſſ. quæ fundat ſe in præſumptione quæ recipit probationem in contrarium per aliam præſumptionem. vt ff. de ritu nupt. l. non ſolum. §. de vno. & ff. de in integrum reſtitutio. lege diuus. vnde poteſt eſſe quòd alia ratio reformat pactum: vt C. de tranſact. lege interpoſitas. puta, iuſtus metus: vt l. nouiſsimè. ff. quod fal. tu. autho. & argumento ff. locat. lege item quæritur. §. exercitium. Sed quid ſi nondum erat inimicus ſed eſſe ſperabatur ex euidentibus
23 coniecturis & apparatibus. Reſpondeo idem. † Secundò quærit quid ſi dominus de huiuſmodi culpis nullam propoſuit querimoniam & deceſsit: nunquid hæres eius hanc querelam ſuſcitare poteſt. Et reſpondet quòd non: facit quod not. in lege ſi ille. C. de decurio. libro decimo. Hoc verum ſi habuit ſpatium querelandi: & non eſt conqueſtus: ſecus ſi non habuit vel ignorauit argument. ff. ad Sil. l. diuus. & lege excipiuntur. §. fin. An dominus intelligatur remittere feloniam per oſculum pacis datũ in eccleſia. Dic quòd non.
P vt notatur in capitulo olim. de iniu. in nouella. p Quid ecõtrario ſi deceſsit vaſallus, vtrum poſsit hæc quæſtio ſuſcitari contra hæredem vaſalli habes argument. ff. ſoluto matrimo. lege rei iudicatæ. §. hæredi. C. de adulte. l. final. Extrà quęro vtrum ſtatutum quod punit mandantem intelliga-
q tur punire facientem. Dicit Ioan. Mo. quòd non q de elect. ſciant cuncti quod eſt notandũ. Secus econtrario niſi ſtatu-
r tum requirat ꝙ fecerit propriè: vt quia dicit hoc expreſſè. r

ADDITIONES.

a Campeſtre. extrà not. quòd qui defendit famam domini ſui videtur defendere vitam ipſius. ff. de ma. vindic. lege iuxta.

b Quòd ſic. Vide eundem in lege tranſigere. C. de tranſactionibus. & dic, quòd de iure communi poteſt interim puniri, quia vt habeat locum pœna homicidij ſufficit quòd vulnus ſit illatum animo occidendi. lege prima. §. diuus. ff. de Sica. lege is qui cum telo. C. eodem. ſed hodie hoc non eſt abrogatum: ſecundum Petrum in titulo de accuſationibus. §. primo. quem refert Bald. in lege tertia. C. de ſeruis fugitiuis. & Angel. in lege prima in fine. de generali conſuetudine non punitur. homicidium niſi ſit conſummatum aut apponitur à ſtatuto. & tunc alter debet eſſe conſummatus, & ſic interim non poteſt puniri. ratio: quia fictio non habet locum in ſtatutis. l. prima. ff. de fonte. an autem interim poſsit fieri accuſatio & poſtea ſecuta morte exequi Bartol. in lege damni. §. ſabini. ff. de damno infecto. concludit quòd ſic de iure cõmuni ſecus de iure municipali. & hoc etiam ſequitur Bald. in lege non quemadmodum. ff. de iudic. & ibi dicit quòd iudicium non poteſt fundari ſuper aliquo quod ſit in pendenti. Quid autem ſi ciuitas tenetur emẽdare equũ occiſum in bello ſi let haliter eſt vulneratus in bello, & poſtea mortuus in domo teneatur ciuitas emendare. vide Bar. in l. j. §. ex incendio. ff. de incen. ru. naufr. ibi ad eum notauit vide ibi omnino & vide de materia quã notaui in d. §. ſabini. in e. capit. ibi: nam & in mari dicitur diſtrictus haberi. No. quòd malè dicitur de diſtrictu. vide gloſ. c. vbi periculum. § porro. de elec. in vj. vbi dicitur factum eſſe in territorio. quod no. pro ſtatutis licet. d. Dominicus dicat quòd procedit in materia fauorabili. ſecus in odioſa. vide Angel. in contrarium in l. inſulæ. vbi dicit ꝙ delictum factum in mari Piſano punietur Piſis ac ſi factũ eſſet Piſis. alle. tex. ſing. l, j. C. de claſsicis. lib. xj. & vide Bal. in rub. ff. de re. diui. vbi factum in portu terræ ſoldani dicitur ac ſi factum eſſet in terra ſoldani vide tex. ſing. in l. ſi quis ita. ff. de au. & arg. leg. vbi teſtator reliquit ea quæ in vrbe ſeu in portu. & vide ibi. And. Barba.

c L. qui falſam. Præſertim quia momenta non ſunt in poteſtate noſtra nec ſubitanei motus.

d §. rectè. eſt autem error paſsio animæ intus præter naturam intellectus qui intellectus eſt virorum ſecundum Ariſt. item ſi errare eſt pactum non excuſat error. l. j. ff. de leg. non tamen conſtat diſciplinam qui militiam ignorat. l. ſi ignorans. ff. locat. l. interdum. §. diui quoque. Adde ille dicitur ſua morte mortuus qui non eſt ab alio occiſus vt no. Aecu. in l. quæ ſub conditione. §. quoties. ff. de con. inſtit. Diuino iudicio dicitur quis mori etiam interfectus vt no. Accur. inſti. de cap. diminut

Mala.

Source : BIU Cujas

Mala tamen mors est quæ contra naturam est. Si quis occisus est, & ne scitur à quo, tormentis inquirendum est. Sed si potest esse sua morte mortuus nō debet quisquā nisi fama sit ꝙ sit ab alio occisus: vt est gl. in l.j.§.itē illud.ff ad Sill. Spoliatus tamen debet restitui etiam si nescitur à quo fuerit spoliatus. l.si cum exceptione.§. in hac. vbi no.ff. quod me.cāu. per Accur. Adde alios casus ratione imi perfectionis qui feudo priuatur. infrà epi. vel ab. capitul. j.§.fi. & infrà an mutus vel aliter imperfectus. capit. j. & in simili quib. mod. feu. amit. capitulo primo. aliàs est sub tit. de feu. da. mili. vasal. & infrà quæ fu. prima causa bene amit. & infrà de pact. iur. fir. capitul. primo.§. ad hoc. & vide Bart. in consil. clvij. quod incipit, in nomine domini amē. propono quòd si in iudicijs. & ibi etiam dicit, quòd quando contractus emphyteu. habet pacta seu dalia, quòd idem est in eo quod in contractu feudi, & quòd etiam sine pacto perdit ius emphyteu. offensione Abba. vel clerici à quo habet.

e Propriam. Vide gloss. quæ contrarium tenet in *l.prima.*§. eodem tecto. ff. ad Silla. vide quę notaui ibi in tex. & an teneatur defendere dominum contra propriam patriam, vide Bald. in capitulo primo. de noua for. fideli. quod no. Vide quæ notaui in tex. l.j.§.fina. ea. ff. de vendi. in pos. mitten. & an contra Imperatorem. dic ꝙ nō, in c.j.§.j. & ibi Bal. de pact. iur. fir. nec cōtra regē, vt ibi per Bal. an eōtra fratres, vide Bal. in ca.j. de noua for. fideli. & in capitu. primo.§. final. infrà hoc ti. l. vide Cyn. & Sali. in l. inquisitio. C. de solutio. licet in contrarium faciat l. petitionem. C. de aduoc. diuer. iudi. & in l. humanitatis. C. de excu. tu. capi. petititio. de iureiurand. l. quanquam. ff. commu. prædio. aliàs de serui. An præsumatur quis mortuus ex vulnere, vide quæ notaui ad Bald. in l. si nō simpliciter. C. de ædi. act. Bal. in pecu. & quæ notaui in tex. l.j. C. de emen. seruo. & quæ notaui ad Bart. in l. si in rixa. ff. de sica. & an possit probari contrarium. vide Bald. in capitulo primo §. qui dominum. infrà quæ fuit prima causa bene. amit. item Bald. in l. qui occidit.§. fin. ff. ad l. Aqui. do. Floria. in l. & si quemcunque.§. fina. ff. ad l. Aquil. & do. Signorolus de Mediolano cōsuluit pro ista parte vide quæ dixi in cap. presbyterum de homi. And. Bar.

f L. maritus Ad hoc facit quod dicitur in capitulo secundo de clerico percusso. & quod habetur in glo. C. de emendat. seruorum. & in capit. continebatur. & in capitul. presbyterum. de homi.

g Non punitur de toro. no. quòd illud quod dicitur, quicquid est causa causæ, est cā causati: intelligitur quādo est cā per se: secus si per accidens ab effectu finali remotum. ff. de ser. cor. l. Neratius.§.fi. Extrà no. quòd non præsumitur quòd crimen commiserit qui libertatem meruit. C. de do. inter vi. & vxorem. l. si maritus quondam. per Accu. item not. qòud ille qui decipitur delinquere non videtur: vt l. vlti. ff. de lega. j. Extrà no. quòd casus qui de facili cōtingunt, non dicuntur casus fortuiti nisi habeant in se aduersam fortunam. ff. de contrahend. emptio. l. fistulas.§. frumenta. de ver. obl. l. inter stipulantem.§. sacram. & l.iij. de mi. test.

h §.fi. Extrà no. ꝙ inter viuos & mortuos nullū cōmerciū est nec patrociniū salutis. ar. l.j. C. de leg. Casus fortuitus nō cōputatur inter prouidentias hominum: vt no. ff. de reg. iu. ea quæ rarò per Accu. ff. de act. emp. l. si ea res quā emptori. & l.ij.§. si eo tēpore. ff. de admi. re. ad ciui. perti.

i L. semel. Et illum tex. no. singulariter Barto. quod requiritur quòd iudice requirente & inuestigante aliter non datur fides medicis. Andr. Barbatia.

k Contra percussorem. Quid autem in opinionibus contrarijs doc. vide de pa. iur. fir.§. iudices. circa medium. & adde quod no. C. qui test. face. possunt. l. senium. per Cyn. & extra de frigi. capitu. fraternitatis.

l Arg. quòd sic. Contrarium est veritas, nisi sit casus in quo vnius fratris seruitium sufficiat, vt C. de his qui. vt indig. l. sororem. C. de cond. inser. l. si plures.

m Per Acc. Adde de veneno. C. de his qui. vt indig. l. si ideo. & ad l.ij. C. quæ res expor. non debe. facit illud euangelij qui intingit mecū manum in paropside, hic me tradet: vade omnes conuiuales se occultè offendentes sunt proditores.

n Secundum eos. Adde ꝙ interdum mulier corrumpit hominem: vt l. pe. ff. de ser. cor. per Accur. vide gl. in l. vnica.§. quæ multò magis de raptu. vir.

o Domini. Vide quia ad ista bene faciunt quæ notantur in authen. si dicatur. C. de test. C. de inof. test. in l. liberi. & in c. cū oporteat. de accu.

p In nouella. Abusiua signa sunt illa quæ nihil deseruiunt super subiacentem materiam de qua nunc quæritur. & ideò osculum spirituale iura ciuilia non dissoluunt: quia non sunt similia. An per adulterium interrumpatur pax. dicunt quidam ꝙ non l. verum. de fur. per Barto. Tu dic ꝙ sic: quia prouocat ad vindictam & quietem mētis tollit.

q Quod non. An statutum puniens mandātem intelligatur punire facientem & quid econtra. vide Barto. in l. non solum.§. si mādato. vbi plenè ff. de iniur. And. Barba.

r Expressè. Si quis per se vel propria manu fecerit. nam illa verba sunt ita præcisa quod non recipiunt interpretationem secundum Ioā. Andream. alibi vide in lege si seruum.§. prætor. de acquirē. hæreditate. & l. hæc verba. de adul. per Bartol. argumentum optimum in l. probatorias. C. de diuer. offi. lib. xij.

1 ☞ *Vasallus perdit feudū propter quatuor delicta in hoc §. descripta.*
2 *Et an perdat ipso iure uel non.*
2 *Sententia an sit ferenda quando quis perdit bona ipso iure.*

1 **Vel si cum filia.** Hīc ponit † quatuor alios casus priuationis. Primus est, si vasallus iacuit cum filia domini. Secūdus est, si cum nepte ex filio. Tertius si cum nupta filio. Quartus si cum sorore domini in domo domini. Vnde colligitur hoc notabile quòd ratione loci aliquis punitur in eo propter quod aliàs non puniretur. Locus enim est vnum de decem prædicamentis secundum Aristotelem quod prædicamentum est in iure ciuili necessarium in dependentibus à loco sicut sunt indicia. ff. de iusti. & iure. l. pe. Item à locorum consuetudine. vt C. de testa. l. fin. Limitationes territoriorū. vt C. de iur. om. iud. l. fi. Dimensiones prædiorum. ff. de cen. l. forma. & similia. In his autem quæ à loco non dependent locus non egreditur substantiam nec qualitatem actus. & ideò nullam inducit differentiam vt l. superuacuam. C. de tē por. in integ. resti. & C. de præscri. long. tempo. l. final. & C.
2 de vsucap. transfor. l. prima in prin. †Quærit hīc gl. nunquid propter culpas feudum perdatur ipso iure. Et dicit ꝙ non. & bene quia requiritur iudicium. iudex causę cognitio
3 & sententia. †Nota tamen quòd quando aliquis ipso iure cadit à rebus suis nō est ferenda sententia super amissione bonorum: sed super declaratione amissionis vt in authenti. de incest. nup.§. fin. colla. ij. C. de iure fisci. l. facultas. libr. x. ff. pro socio. l. cum duobus.§. idem respondit. C. ad Treb. l. pe.§. fi. & gloss. in capitulo primo.§. callidis. infrà. de prohi. feu. alie. & in l. ij. in versi. cadat. ff. de iure emphy. Sed quādo nō facto legis sed facto iudicis, id est per sententiam est priuandus: tunc iudex debet priuare ff. de iud. l. si quis se dicat. Vel dic quòd siue iudex dicat priuamus, siue dicat declaramus te in pœnam priuationis incidisse, idem est sensus vt ff. ad Turpil. l. prima.§. calumniatoribus. Porrò licet in feudis requiratur sententia priuatiua, hoc tamē fallit in culpa alienationis: quia tunc ipso iure perditur feudum vt no. Innocen-
a tius. extra de feudis. c. ex parte. [a] Et posset assignari rō: quia videtur habere feudum pro derelicto. argumē. ff. de damno infecto. l. prætor. in princi. cum gl. sua. Et no. quòd istis quatuor casibus non repetit illa verba, vel concumbere se exercuit nec tacitè subintelligitur quia quoties differentiæ causa lex loquitur non fit tacita repetitio. quod bene no.

ADDITIO.

a C. ex parte. *Vide infrà qual. domini feud. propr. priuetur, ca.j. Bal. ibi notaui.* & And. Barb.

1 ☞ *Assaltus in personam domini est magnum crimen.*
2 *Assaltus ut dicatur factus: usque ad quem locum debet fieri appropinquatio.*
3 *Quid si uasallus nesciebat dominum ibi esse.*
4 *Promittens non offendere Titium sub pœna: si interficiat fratrem tius an incidat in pœnam.*
5 *Nepos dicitur etiam filius fratris.*

Similiter si dominum. Prosequitur adhuc culpas quæ personam vasalli concernunt. & dicit quòd sunt quatuor aliæ culpæ. Primò si dominum assalierit. scilicet, in persona, vt differat à casu sequenti. Secundò si fecerit assaltū ad castrum domini sciens dominum, vel dominam ibi esse & quidam subaudiūt & maximè si sciens dominum vel dominam ibi esse. argumen. ad hoc ff. de fur. l. si quis ex domo. Tertiò si fratrem suum. scilicet ipsius vasalli occiderit. alij dicunt idem si fratrem domini, duntamē proditoriè. Quartò si nepotem suum scilicet filium fratris ex istis culpis feudum
1 amittit. †Nota hīc quòd assaltus in personam domini est magnum delictum, & punitur de per se, sed aliquando confunditur, scilicet quando assaltus est præparatorius subsequentis aliàs subsecuti delicti vt no. ff. de priua. delictis. lege nunquam plura. & C. de accusationibus. l. qui de crimine. Et dicitur assaltus, ideſt, ad alium saltus qui fieri potest & pedes & eques in solo & in aqua. vt lege prima.§. cum ariete. ff. si quadrupes pauperiē fecisse dicatur. ff. ad legē Aquil. l. quemadmodū.§. si nauis alteram. Sed quid si se ad inuicem attingere non possunt iste non dicitur assaltus in per-

Source : BIU Cujas

ſonam vt ſi ſunt duo qui bellant in duabus turribus ſed dicitur aſſaltus ad locum ſiue ad turrim vt hîc dicit de caſtro meræ. Et nota. quòd caſtrum hîc ponitur pro arce. vt C.de fundis limitrophis.l.quicunque.libr.xj. † Quæro quantũ eſt neceſſe quod approximet ad hoc vt dicatur feciſſe inſultum ad caſtrum, Quidã dicunt vſque ad duos pedes. not. in lege quidam Hiberus. ff.de ſerui.vrba.prædiorũ. Tu dic quod quãdo tantũ ſe approximat quod poteſt proijcere iacula,& expugnare vel expugnari. Quod facit ad ſtatutum quod prohibet accedi ad eccleſias inuadendas.[a] † Gl.ſuper verbo maximè,quærit quid ſi neſciebat dominum ibi eſſe dicunt quidam quod idem:quia contra ſacramentum facit: vt infrà,de noua for.fide.in verbo de monitionib⁹ ſuis. Alij dicunt contrà:quia nõ omnis qui venit contra iuramentum fidelitatis perdit feudum,ſed ſolum in caſibus priuatiuis: vt infrà,in qui.cau.feu.amit.capitulo primo.§.non enim.Et ibi non eſt trixa vbi non eſt pars contraria.Item vnus vel vna pars tantùm non facit trixam,vt no. ff.de ver.ſig.lege deteſtatio.per Accur.Prima opinio verior eſt propter enormitatem delicti. Deinde ſequitur in litera. *Si fratrem ſuum.* Quæro iſta dictio ſuum,vtrum refera tur ad fratrem vaſalli,an ad fratrem domini,dicunt quidam quod ad fratrem ſuum.nam ille qui interficit fratrem domini non priuatur feudo, niſi proditoriè id faciat:vt infrà,de eo qui interfecit fratrem domini ſui.capitulo primo.Et eſt ratio diuerſitatis,quia interficere fratrem ſuũ non eſt aliud, quàm ſanguinem ſuum prodere. & maius eſt delictum quod aduerſus ſanguinem proprium committitur,vt lege vtrum ad legẽ Pomp.de parri.& C.e.l.j.item hoc eſt ſtatutum,eo quod quidam interficiebant fratrem ſuum,vt accreſceret eis portio paterna,ſed huic morbo lex obuiat: quia priuat eos habito & habendo,& vadit ad alios agnatos feudum paternum ſecundùm gl.quam not. b vt infrà,ſi vaſal.feu.priue.cui defe.capitulo primo. De bonis alijs quę aliàs pertinerẽt ad interfectorem:dic vt not.ff.de iure fiſci. l.Lucius.ff.de ali.& cib.leg.l.alumnæ.§.Seia.ff.de bo.dam. l.cũ ratione.§.fin.ff.fami.ercis.l.his conſequenter.§.fi.aliàs primo.ſoluto matrimonio.lege ab hoſtibus.§.finali.& facit inſtit.de pupil.ſubſti.poſt prin. & in authentica vt cũm de ap.cogno.§.aliud quoque capitulum.coll.octaua.& ff. de his qb.vt indig.l.ei qui.Sed quare vaſallus cucurbitãs ſororem domini priuetur feudo:& ſi eam occidit non priuatur.Reſpondeo per legẽ iſti quidem in fine.ff.quod met. cau. † Extra quæro vtrum ille,qui promiſit non offendere Titium ſub pœna,interficiendo fratrem eius incidat in pœnam. Communiter doc.dicunt quod nõ illa dicitur ,priè offenſa ex qua alicui competit actio iniuriarum proprio nomine ſed fratri non competit actio iniuriarum pro prio nomine pro tali offenſa:ergo nõ dicitur offendi.Iſtam doctrinam notabiliter ponit Bartolus in illa lege ita ſtipulatus.§.Griſogonus.in fine de verborum obligationi.quã tene menti. † Sequitur in textu,*nepotem*,id eſt filium fratris. Hîc habes expreſſum melius quàm reperiatur alibi:qa filiꝰ fratris dicitur nepos.Et aduocati Bononienſes iſtum tex. multum allegant ſecundum Iacobum de Bel. vnde dicit ipſe quod aliquis recipit in emphyteuſim pro ſe & ſuis nepotibus intelligitur ideſt filijs fratris. & idem in priuilegijs. & quidam allegant.ff.de inoff.teſta.l.ſi inſtituta,§.ſecundo. & ff.de in rẽ verſo.lege nihil intereſt.& extrà de cõſang.& affini.c.tua nos.& ibi in nouella. Tu dic quod ſi habet nepotes ex filijs intelligitur de ipſis & non de tranſuerſalibus: caſus eſt.ff. de pactis.l.tale pactum.§.finali. Sed ſi non habet filios, nec nepotes ex eis:nec habet nepotem niſi nepotẽ ex fratre intelligitur de nepote ex fratre.ar.ff.ad Treb. l.hæredibus.§.fi.

a Inuadendas Illud not.quod delictum acceſſus purgatur per pœnitentiam antequàm ſubſtantiam loci ſeu delicti quis attigerit & peregerit.de ver.ſigni.l.fugitiuus.per Accur.niſi prius ſit deprehẽſus.l.in laqueũ.ff.de acqui.re.do.

ADDITIONES.

b Quam not.vide eundem in capitu.primo.§.denique.infrà quæ fuit prima cauſa bene,amit.And.Barb.

c Iac.de Bel.vide hîc in meis recollectis.& do.Ant.in capitulo ſecundo.de arbi.Federicũ de Senis conſilio trigeſimotertio.tex.l. auunculo.ff.de dona.gloſſ.in lege illam.de colle. & lege fin.de Carb.edic. Dy.tamen dicit,quod licet ex communi vſu loquendi referatur nepos ad auum,& ad partẽ,tamen de propria vi vocabuli refertur ad auũ vide Ioan.Andream in capitulo fundamenta.de elect.in ſexto.vbi dicit,quod licet materia ſit odioſa,tamen venit nepos ex fratre propter communem modum loquendi.l.Labeo.de ſup.lega.in capitulo.ex literis.de ſpon.facit quod not.gloſſ.in capitulo nonnulli.de reſcript.do. Ioan.in capitulo olim.de verb.ſign.& hoc ſequũtur moderniores in d. capitulo ſecundo quanquam dixerit Federicus de Senis in conſilijs.& no.quia conſilium Dy.incipit ſtatuto ciuitatis piſtoriẽſis cauetur.vide Ioan.de Imo.in dicto capitulo ſecundo.& in lege quod dicitur.ff.de ver.obl.d.Pet.in capitulo tua res.de conſang.& affi.Bald.in lege inſtituta.§.de inof.ff.de inoffic.teſta.& ibi allegat Cy.in addi.& in l.j.C.de ſuc.edi.& lege vxor tua.C.q accu.nõ poſ.vide Ioannẽ de Imo.in lege ſi dotem.§.dotali.aliàs ſi dotem.ff.ſol.ma.Bal.in leg.C.de hær.& adde quod habetur in capitulo ex parte ſecunda de offi.deleg.iuncto capitu. ad extirpandum. de fil.presbyterorum. vbi videtur colligi contrarium nihilominus moderni conſuluerunt ſecundum iſtum tex.propter modum communem loquendi.vide d.Abbatem in c.per tuas.de proba. Vide quæ dixi in commẽto legis eum acutiſsmi.C.de fideicom.ſi quis offendat fratrem an videatur offendiſſe illum cui promiſerat non offendere.Ang.in præal.eo.§.Griſogonus.tenet contra Bartolũ. vt ibi refert d.Io.& allegat tex.in capi primo.infrà an ille qui interfecit fratrem domini ſui d.Io.dicit ibi fore caſum pro Barto.tu cogita.Spe.in ti.de treu.& pa dicit quòd videtur pax rupta.& iſtam partem firmat do.Ant.in c.j.de pac.ad fi.Andr.Bar.

d §.fi. *Vide Bal.in lege ſi auiæ.de ſucceſ.edi.*

1 *Libellus & precaria qualiter differunt.*
2 *Feudum amiſſum propter culpam vaſalli cui applicetur.*
3 *Vaſallus propter neceſſitatem an poſſit alienare feudum in uita ſua.*
4 *Vaſallus an perdat feudum ſi rem feudalem pignorat.*
5 *Pignorans rem iuxta eius ualorem non uidetur habere animum redimendi.*
6 *Alienare quot modis quis dicatur & quid de locatione centum annorum.*

Aut ſi libellario. Super dixit de culpis delicti : hîc incipit de culpis cõtractꝰ Not.tamẽ ꝙ aliquãdo cõtractꝰ dicitur delictum.de verborũ ſignificatione.lege Labeo.per Accur.a † Nos habemus precariam & libellum. Precaria bconcedit ab emphyteuta.& quandoque fit ad xxix.annos & fit hoc modo,Emphyteuta dicit:concedo tibi talem fundum emphyteuticum ad precariam vſque ad xxix.annos.& tu dabis mihi nunc pone duos ſolidos pro qualibet libra eius quod res valet,& inſuper anno quolibet vnum ſeſtarium frumenti vel duos denarios pro ſenſu & recognitione.Et quando fit ad renouandum hoc modo quod finitis vigintinouem annis, iterato ſoluatur laudimium , id eſt certa quantitas pro re firma:& vltra hoc quolibet anno ſolui tur dictus cenſus.Et dicitur precaria quia conſueuit fieri ad preces recipientis, de quibus precibus fit mentio in inſtrumento.Libellus verò eſt quãdo fundatarius ſupra dicto modo cõcedit.ſcilicet vel ſemel ad vigintinouem annos,vel ad renouandum:& hoc innuit text.infrà,in titulo quid iuris ſit ſi vaſallus poſt alienationem feudi illud recuperat. capitulo primo.Et dicitur libellus quaſi breuis ſcriptura. Sed interdum ipſum contractum emphyteuticum appellamus contractum libellarium : & vtrumque procedit ex vſu contrahendi & loquendi ſicut quidam contractus qui appellatur colonarius:vt in authen.de non alien.§.vltimo.De iſtis enim contractibus notatur confuſè tamen ff.de dam.infe.lege ſi finita.§.ſi qua ſunt iura.& §.ſi de vectigalibus,& C.de ſac.ſan. ecc.authẽtica ingreſſi.& extra de ,pbationibus.capitulo in præſentia.per Inn.cum ſi. Hoc præmiſſo ad euidentiam venio ad tex.& conſtat quod iſte verſiculus primus loquitur de contractu libellario,& dicit quod vſque ad medietatem feudi permittitur,ſed vltra prohibetur & punitur in amiſsione totius feudi.& ſic pro exceſſu in tanto punitur in toto:& nimirum quia eſt natura pœnarum contractus ſiue ſint expreſſę ſiue tacitę:nam ſignificatio pœnarum non ſumitur ex vniuerſo,ſed ex aliquo:vt ff.de reb.dub.lege ſi is

qui.

Source : BIU Cujas

qui.& §.cum quidam.& §.vtrum.& ff.familiæ erciſcundæ. lege hæredes.§.idem iuris.Sed hodie iſte §.eſt correctus in duobus:quia non licet feudatario in aliquo libellare ſine conſenſu domini habito vel habendo .Secundò,quia ratione alienationis partis non perditur niſi illa pars & hoc etiã approbat benignitas canonis:vt no.extra de feudis.cap.ij.in nouella.imò de rigore iuris ciuilis totum perditur vt dicam infrà qualiter olim feu.poterat alie.circa princ.vbi omnino videas.Et aliquãdo propter minimum perditur maximum puta propter vnum denarium non ſolutum.no. C. de ſacr. ſan.eccle.auth.qui res huiuſmodi.per Accu.quia iſta eſt pœna contemptus non pœna ſuccedens loco rei:quia inter rẽ
c & hanc pœnam nulla eſt proportio.[c] †Opp.dicitur hîc q̃
2 ad dominum reuertitur contrà imò ad proximum agnatũ vt infrà de ſucceſ.feu.c.j.Solut.tres ſunt culpę. vna culpa eſt quando delinquitur in perſona domini verè,vel interpretatiuè & tunc ad dominum reuertitur: vt habeant hanc ſaltẽ ſuæ iniuriæ vltionẽ vt infrà quæ fuit prima cauſa be.amit. ca.j.§.denique. Sed quid ſi vaſallus hoc ſtudioſè fecerit vt priuet agnatos.Reſpondeo ęquum eſt dicere q̃ dominus ex tali dono non deberet lucrari.ar.ff.de eo per quem fac.erit. l.fi.in prin.ff.ſo.ma.l.filiæ meæ emancipatæ & egre.C.de re pu.l.dudũ.& in c.j.de renũ.li.vj. Secũda eſt qñ delinquitur extra perſonã dñi,& tũc veniũt agnati & nõ dñs.Tertius caſus eſt caſus alienatiõis:ná vaſallus alienãdo feudũ ſine volũtate dñi videtur dñs cõtẽnere,& fidẽ nõ ſeruare,& ideò cadit à feudo vt in prædicto c.quæ ſit prima cauſa bene.amit. §.illud enim.& §.fi.infrà de vaſal.qui cõtra cõſti.Lotha.feu. alie.c.vno.vbi dicitur q̃ ad dominũ reuertitur.Sed Iaco.de Bel.dicit q̃ hoc verum eſt ſi feudũ eſt nouũ:vt in §.j.de ſuc. feu.vel non extant agnati.Secus ſi paternum.quæ opi.eſt ſatis æqua quaſi ſubducto alienante de medio.ar.ff.de inoffi. teſt.l.ſi is qui.Vel prima vera ſi nõ in colluſionem & in fraudem agnatorum interuenit.Secunda aũt opin.vera ſi dolus
(in necem agnatorum interuenit.& ita teneo.Vel dic q̃ redit ad dominũ tamen filij,vel agnati imò etiam filia non exiſtẽtibus maſculis debent redimere dño: & dominus cogitur eas inueſtire vt infra quali.olim feu.po.alie.c.j.§.ſi.& quod no.ſuprà qui feud.dar.poſſ.§.cum verò.Vel coniũge ſimul hanc diſtinctionem cum pręcedenti & bene vel dic vt extrà
d de feu.c.ij.[d] Ex hoc apparet q̃ ſi regina Apuliæ delinquit contra Romanam eccleſiam q̃ ſoror non ſuccedit in feudo
e hoc tenet And.de Iſer.[e] alibi. †Sed nunquid eſt licitum va
3 ſallo propter neceſsitatem alienare ſaltem in vita ſua.& eſt arg.q̃ ſic.ff.de manu. teſt.l.qui potuerunt.ff. de fidei. liber. l.cum fidei.ff.de leg.ij.l.peto.§.prædium.C.de pat.qui fil.diſtra.l.ij.C.de præ.mi.l.ob æs.C.de prę.cur.l.j.lib.x.Quod intelligo petita parabola à domino ne dominum contẽnere videatur.& licet dominus deneget nihilomin⁹ vẽdere poterit ſaluo,ſcilicet iure domini.& hoc expreſſo in cõtractu ar. ff.de ver.ob.l.qui Romę cohæredes.& C.de iur.emphy.l.fi. & quod no.in l.j.C.de cõdu.& procu.prædi.fiſca.& do.Auguſtæ.lib.xj.Andr.de Iſer.dicit etiam propter neceſsitatem non licere alienari:vt infrà qua.olim feud.alie.po.ca.j.§.j.& hoc eſt verius.ſed commoditates poterit vendere ad tẽpus. l.j.C.ſi pig.pign.in gl. Ad tex. *Poterat olim*: quaſi dicat ſecus hodie ſecundum An. Adde quod propter neceſsitatem maximè victus licet quod aliàs non eſt licitum l.j.C.de oper.li
f ber.[f] †Sequitur in tex. *Aut pignori*.Dicit litera q̃ ſi dat pi-
4 gnori plus medietate:ita vt fortè non ſoluta penes creditorẽ remaneat qđ pdit feudũ.vbi cõſidera q̃ hîc nõ iuris effectus,ſed animi cogitatio punitur.Neq; em̃ alienatio valet,
g & tñ pdit feudũ dũmodo proceſſerit ad traditionẽ.[g] aliàs ſecus eſt: vt no.per Cyn.& alios.ff.de ver.l.alienatũ.Et ita etiã in pignore intelligo, q̃ per ſimplicẽ hypothecationẽ nudo verbo factam nunquam intelligatur ventum contra prohibitionem niſi ſit proceſſum ad traditionem,Licet aliàs nudo conſenſu hypotheca conſtituatur:tamen hic non eſt, ita quia non valet.& ſic inania verba non nocent, niſi ſit proceſſum ad actum facti.Et idem dico ſiue per teſtamentum ſiue per ſtatutum prohibeatur alienatio ſub pœna quòd nũ quam per verbalem pignorationem incurratur pœna quod eſt not.quia promittere non eſt alienare.ff.de dona.l.ad eũ. §.Lucius.& ff.de furt.l.ſi is.Secus verò in his,in quibus iuris effectus conſideratur.vt C.ſi mand.ita fue.alie.l. alia quidem.& argumento ff.de verborum obligatione.l. qui Romæ.§. Flauius hermes. †Et nota,quòd
ſ h videtur habere animum non luendi omnis qui plus acquirit ſupra pignus quàm valeat pignus,vt ff.de legatis tertio.l.qui habebat.in
6 prin. † Expone ergo tex.dum dicit. *Vt tranſactum permuttat.* Id eſt,quòd debito non ſoluto ad certum terminum res ſit penes creditorem.argument.C.de pact.pigno.l.prima. Adde quòd alienatio dicitur quatuor modis:ſcilicet propriſſimè:videlicet quando plenum dominium irreuocabiliter alienatur,vt l.j.C.de fun.dota.Propriè quãdo ius,id eſt proprietas tranſfertur vt vtile dominium. Impropriè quando alienatur vſusfructus vel vſus, vel alia qualitas rei vt ſeruitus.Impropriſſimè, quando pignori obligatur, ita quòd omnis ceſſat ſpes luitionis:quia tunc in animo ſuo alienare
i videtur.De locatione verò ad centum annos gl.dicit [i] quòd nõ dicitur alienatio.ff.de lega.ij.l.codicillis.§.inſtituto. Sed Dynus ibi contrà,cogita ſi gl.poſsit ſaluari in partiario colono.vt ff.de fu.l.ſi apes.§.item conſtat.vel quando eſt actũ quòd tot ſint locationes quot ſunt anni per l.ſcire debemus.de verborum obligation.vt per Archidiaconum duodecima queſtione ſecunda Abbatibus.& dixi ſuprà qui feu. dare poſſunt.

ADDITIONES.

a Per Accur. *Adde quòd* per pactum conductor poteſt ius ſuum vendere & locare irrequiſito domino.de lo.præ.ciui.l.præd.li.xj. per Acc. & Bart.An miſſus ex prætore pignora poſsit alienare.Dic q̃ non:vt ff. de leg.j.l.filiusfa.idem principes.Extrà no.quòd ille qui conſumendo diſsipat dicitur alienare:vt no.Accur.ff.de leg.ij.l.Imperator.§.ſi.quod eſt notan.Quod parum excedit excedere non videtur.de leg.ij.l.cum filius.§.pe.per Accur.Fundus vectigalis legari poteſt, ideſt,ius quod in eo habetur vt ff.de leg.l,ſi domus.§,ſi.quia eſt ius patrimoniale nõ perſonale,vel mixtum ad feudum quod ſine perſona ſubſtantiã nõ habet nec in abſtracto intelligi debet.

b Precaria.Quid ſit precaria?vide Bar.in cap.qui clericus.infrà ſi de feu.fue.contro.Bar.in l.j.C.de iure emphy.Cy.in authẽ. ingreſsi.C. de ſacroſan.eccle.dixi in c.j.de precarijs.And.Barba.

c Proportio.Intellige,quòd ſi vnum ingreſſum alienauit vltra dimidiam perdit dimidiam & iugerum ſed non perdit illud quod non alienauit. & hoc de æquitate, ſed de rigore totum perdit vt notat Goffr.in ſumma de feud.& tenet quòd diſtinctio huius §.etiam hodie obtinet.retuli in c.ſi clientulus.infrà,de alie.& no.Spe.de loca.§. nunc aliqua.& per gl.infrà de prohi.feu.alie.per Fede.in §. callidis.

6 ti ſunt. † Modò quæro quãtum ad iuris effectum quæ differentia ſit inter inteſtabilem & inteſtatum, hoc eſt vtile ſciре. dicit ſtatutum, [h] quod mater inteſtato filio non ſuccedat. Modò pone, quòd matri deceſsit pupillus furioſus demens vel prodigus cui bonis erat interdictum, *vel fuit* damnatus ad mortem non ademptis bonis. quæritur vtrum mater repellatur à ſucceſsione perſonæ vel bonorum. Item quæritur ſi deceſsit in patria poteſtate, an pater erit ſolus hęres vel cum matre. Et videtur repelli, quia duæ ſunt tantùm viæ ſuccedendi alicui, ſcilicet ex teſtamento & ab inteſtato. vt ff. de petitione hæreditatis. l. ſecunda & tertia. & non eſt reperire aliquam mediam iuris diſpoſitionẽ. Vnde oportet ꝙ inteſtabilis aſſimiletur *inteſtato*, & aſſumat eius naturã, quia quoties non inuenitur media iuris diſpoſitio oportet, ꝙ mediam aſſumat naturam illius extremi cum quo habet maiorẽ cõuenientiã. vt no. Dy. in c. is qui tacet. de reg. iur. li. vj. & patet in l. j. ff. de trib. Prætereà cõis vſus loquendi non

Source : BIU Cujas

facit iſtam differentiam.ergo nec nos facimus,vt ff.de ſuis & legitimis.l.j.§.ij.& ibi per Bar.In cõtrariũ arguitur quia quandoque verba proferuntur ab idiotis & vulgaribus & tunc intelliguntur groſſo modo.C.de donati.ante nupt.l.ſi cum ante.per Cy.Quãdoque verba proferuntur à ſtatutarijs & iurisperitis,& tunc non inſpicimus quomodo loquãtur idiotæ ſed quomodo loquantur iuriſtæ argu.de verb. ob.l.ſtipulatio iſta.§.hi quoque.Sed certum eſt q̃ iuriſtæ faciunt apertam hanc differentiam.ergo in ſtatutis idem faciemus:quia ſtatuta mutant verba à iure cõi cum ſuo vero & proprio intellectu vnde proprio ſignificato debemus vti,l.non aliter.de lega.iij. Præterea abſurdiſsimum eſſet dicere quod in tot caſibus mater excluderetur à luctuoſa hæreditate filij vnde iſtud ſtatutum eſt quodammodo cõtra ius naturale.vt ff.de inof.teſta.l.nam & ſi parentibus.in prin.ergo verba debẽt ſtrictiſsimè interpretari.vt ff.de legi. l.quod contra rationem.Nam dicere contrarium eſſet quę dam extenſio de improprio ſignificato,ad proprium quã non debemus facere in odioſis & ſtatutis ſiue ſit odioſum principaliter,ſiue ſecundario. Hanc opi.tenuerunt doc. antiquiores Vltramontani & Citramontani.Et ego ſecundum iſtam opinionem pluries conſului quòd niſi ſtatutum ſit per conſuetudinem aliter interpretatum vel aliter declaratum nõ contineat perſonas inteſtabiles:ſecus ſi ſtatutum eſſet fauorabile.Vnde dicimus q̃ leges loquẽtes de ſucceſſione inteſtati,quæ pariter vocant agnatos & cognatos,habent locum in ſucceſsione infantis.nam iſta interpretatio naturalis eſt vt nota.C.de iure deli.l.ſi infanti.in princi. & ita loquitur lex infrà, de ſu.& legi.in princi.de hoc dixi C. qui teſta.fa.poſ.l.ij.& C.de iur.delib.l.cum antiquiores.vltra medium.Vltramontani notant de hoc in l.vna.C.quando Imperator inter pupil.& vidu.Ad rationem Bar.de cõi vſu loquendi reſpondetur per interpretationem: quia non eſt verũ quòd apud peritos ſit iſte vſus:& ipſe Bar.ſi habuiſſet dictare ſtatutum feciſſet duo capita:quorum alterum fuiſſet de inteſtabili,alterum fuiſſet de inteſtato. Fuit enim Bar.ſubtilis homo & doctor meus,tamen ſemper tenebat opiniones multum placentes laicis:& hoc facit opinionibus ſuis multum honoris. Quæro vtrum filius inſtitutus in re certa ſuccedat in feudo ſimul cum alio filio hærede vniuerſaliter inſtituto.& videtur quòd non:quia feudũ paternũ tranſit ad filium vt ad hęredem:vt infrà,an agn.vel fil. c.j.Dic eos æqualiter ſuccedere:quia ſufficit titulus nominis.iuxta no.in Spec.de teſta.§.j.ver.ſi.& per moder.in l. vt iuriſiurandi.§. liberti.de operis lib.& C.de operis lib.l. liberti.& hoc tenet Laco.de Beluſi.in dicto cap.an agnatus, vel filius.Et eſt ratio quia cum feudum non ſit proprium de corpore hæreditatis iſtud nomen hæres reſpectu bonorũ extrinſecorum quæ non ſunt de corpore hęreditatis verificatur etiam in hærede ex re certa ſecundum Specu.quod facit ad ſtatutum de habẽte pacem ab hæredibus:quia actꝰ pacis non eſt ius hæreditarium.vnde ſufficit ſolius nominis
8 demonſtratio. † Quæro vaſallus grauat filium hæredem ſuum vniuerſalem quòd quolibet anno de vino quod recolligitur in vinea feudali det duas ſalmas vini amore Dei, nunquid valeat iſtud relictum.Et videtur quòd non,vt hîc. Contrarium eſt verum:quia ſi iſte teſtatur de fructibus ſeparatis id eſt cum ſeparati eſſent de fundo ſeu feudo qui fructus non ſunt de feudo ſed res propriè hæredis de quibus defunctus poteſt teſtari.vnde non dicitur alienatio rei quãdo alienantur fructus ſeparati.vt ff.de dona.l.in ædibus.§.
9 ex rebus.† Quæro vtrum per ſtatutum ciuitatis poſsit cõ
i cedi facultas teſtandi de feudis.Reſpon.ſic;de feudis ſubditorum non aliorum,nec eccleſiarum.vt extra de conſtitu.
10 c.eccleſia ſanctę Mariæ.† Quæro ſi conſuetudo dicat quòd primogenitus ſuccędit in regno,& primogenitus eſt à natura demens vtrum regetur regnũ per curatorem an ſecundogenitus erit rex.Reſpondeſi vitium eſt naturale & perpetuum ſecundogenitus erit rex,quia conſuetudo debet intelligi de eo qui naturaliter naſcitur habilis aut ex accidenti efficitur demens tunc dabitur curator, quia in perſona ſua radicatum eſt ius regiæ poteſtatis.vt extrà de ſupp. neg.præla.c. grandi.& quod not.per Archid.ij.quæſtione vij.§.item obijcitur.& de elect.cum inter.in nouel.& dixi C.de fideiuſſo.in auth.hoc amplius.

ADDITIONES.

a In ſtirpes.Et idem not.infrà de gradi.ſucceſ.in feu.c.j. & vide in authen.ceſſante.C.de ſuis & legi.vbi dixi.

b Soluto matrimonio. Et ſic not.quòd licet vltima voluntas ſit ſeruãda:tamen eſt verum toties quoties nihil ſit futurum contra legem ff. de operis libert.o.l.Cerdonem.& ff de conditio. & demonſtration.l.ſi quis eum.Extra quæro nunquid teſtator qui nato poſthumo & mortuo ſe viuo non mutando teſtamentum videatur in eadem voluntate recedere.Reſpondeo non,quia ruptum erat,ſed non requiritur expreſſa confirmatio vt C.de codicil.l.prima,vbi eſt;text.& gloſſ.not.Extrà not.quòd argumen.de contractibus ad vltimas voluntates eſt argu. à ſimili,& ideo non ſemper procedit,quia non ſunt omnia ſimilia.l.fina. C.de,lega. Extrà not.quòd illud quod dicitur quòd in legatariũ trãſit dominium recta via.fallit quando res eſt plurium inſolidum.l.ſi pluribus.de legatis primo.vbi de hoc per Accur.not.quod dixi in caſu.

c Scripturæ.Adde q̃ verba enuntiatiua habent in ſe conditionẽ:ſed nõ diſpoſitionem niſi propter efficiendum aliquid ſint prolata de per ſe. de donatio.l.ex hac ſcriptura.de legatis ij.l.vnum.§.fina.ff.de vſufruct. lega.l.generali,vbi dicitur quòd verba conſilij ſunt enuntiatiua,non diſpoſitiua,quia aliud eſt conſulere,aliud prouidere ſeu donare.Addo qui legat rem videtur in dubio legare proprietatem. de vſufruct. lega.l.filius.Adde ſi non tenet alienatio non debetur gabella in communi.C. communia de leg.l.fina.§.ſed quia noſtra.per Cyn.Adde quòd in legatis finguntur retro cõditionales euentus,no.Cyn C.de actio. empt.l. ſi ancilla.Dic quòd fingitur ſecundum quod non ſimpliciter.l.prima §.ſerui.ad Sillania.de ſtatuliberis.l.ſtatuliberi à cæteris.C.cõmun.delega.l.fina.§.finautem.Adde mirum eſt,quòd in lega.oriatur actio ante diem cum ante diem legatum non poſsit acceptari nec repudiari. Reſpon.imò poteſt per expreſſum & tacitum pactum.vt not.ff.de acquiren.hæredi.l.in pluribus.tamen donatio non tranſit ante diem.de vſufruct.l.Sempronius. Dicunt quidam quòd non tranſit verè antequam legatarius eligat qua actione agere velit.l.ſi.§.ſed quia.C.commu. delega.per Cy.dic vt not.inſti.de lega.§.noſtra.per Accur.

d Dicemus.vide Bar.in conſi.lxxj.quod incipit ex facto proponitur q̃ nobiles.vide Ludo.Roma,conſi.j,And.Barb.

e Ius commune.Vt dixi ſuprà.in prin.

f Eſt not.tene menti quòd in feudo habet locum.l.fina.C.de edict.diui Adria.tollen.vide Baldum,in capitulo primo. de controuerſi. inter maſcu.& fœmi.& in cap.primo,an agna.vel cogna.conſulo nunc in regno Siciliæ. Andr.Barba.

g Aliud.Habet ergo filius cum vniuerſitate: ſed non ab vniuerſitate. Sed nunquid hæreditas poſsit adiri extra iudiciũ.Et videtur,quòd non, ſi quis deberet facere inuentarium debet fieri citatis citandis,& ſic coram iudice in authen.de hæredi. & fal.§.ſi verò abſunt. In contrarium not.C.de repud.hęre.d.l.ſicut.& hæc eſt veritas:ibi etiã dicit textus, q̃ verum negare vel affirmare etiam in iudicio non facit veritatem,aliàs ſe habere.Extra not.quod inſinuatio teſtamenti poteſt fieri coram iudice delegato.vt not.l.ij.C.quemadmodum teſtamen.ape.Extra quæro an vaſallus poſsit legare ſibijpſi.& dico quòd ſic pro hoc videtur relicta libertas.de leg.j.l.Senatus.§.qui ab hoſtibus.

h Statutum.An ſtatutum loquens de inteſtato habeat locum in pupillo.de hoc ſunt multa conſilia vide dominum meum do. Ioan. de Imol. in l.Centurio.ff.de vulga.& pupilla.vide quæ not. in text.C.de ſuis & legiti.& vide Salice.in l.cum antiquioribus.C.de iure deliber. vbi fuit in noua opinione.& vide hic in recollectis meis audiui allegaui Bar. in l.ſi arrogator.ff.de adop.& in l.j.C.de ſacroſanct.eccle.vide Pet.de Ancha.in cap.j.de conſti.in repetitione.vbi refert conſilium Bald. & illud dicit fuiſſe ſecutum Bononiæ vnà cum multis doctoribus.Io.de Imol. in dicta l.Centurio.refert ſe vidiſſe plura conſilia pro & contra:& ſibi placet conſilium Bald.vide Angel.conſil.xxv.& quæ notaui in dicta l. prima.in textu. Andr.Barba.

i Reſponde ſic.notatur ſtatutum poſſe concedere facultatem teſtandi ſuper feudo & vide Baldum in capitulo primo.infrà,de natura ſucceſſionis feudi.vbi ſi dominus approbat teſtamentum vaſalli valet,& an fœmina ſuccedat in feudo,& an veniat hæres extraneus:vide quæ notaui ad Baldum in lege liberti.C.de operis libertorum.Andre.Barba.

1 ☞ *Feudum paternum ſi ſit alimentum reuertitur ad agnatos.*
2 *Feudum reuertitur ad fratrem ſuperſtitem mortuo alio fratre ſine hærede.*
3 *Agnati quomodo præferantur domino in feudo.*
4 *Feudum ſi recepi pro me & filijs meis uſque ad quartum gradum ſi alienauerim,an reuertatur ad dominum in præiudiciũ prædictorum.*
5 *Delictum patris commiſſum in feudo uiuo auo an noceat filio idemq; nepoti.*
6 *Culpa defuncti an & quando noceat hæredi.*
7 *Filia inueſtita de feudo an noceat agnatis.*
8 *Fœminæ in regno Apuliæ ſuccedunt in feudum.*
9 *Feudum dans in dominium utile ne alienetur ſi alienetur,an ſecundũ naturalem iuſtitiam deſcendat ad filios.*
10 *Et quis eſt talis contractus uendo tibi utile dominium.*
11 *Alienatio quotuplex ſit.*

Conſequenter

12 *Conſequenter ponit ſeptem concluſiones breues quas ſummare non eſt opus uſque ibi.*

18 *Feudum alienans hoc modo ſi placuerit domino, & agnatis an cadat ab eo.*

19 *Quid ſi dixit uendo feudum ſi & inquantum de iure poſſum.*

20 *Deinde ponit quandam diſtinctionem ualde utilem.*

21 *Caſtrum concedens in feudum paternum uſque ad quem gradum extendatur.*

Hoc quoque. Iſtum §. intelligo in paterno feudo non nouo. Pone ergo duo fratres in antiquo feudo ſucceſſerunt: feudum peruenit ad vnum tantum vel ad vtrunque pro parte per diuiſionem. deinde alter partem ſuam alienauit vel fecit inueſtire filiam ſuam deceſsit ſine filio maſculo: quæritur ad quem pertinet feudum. Certè ad fratrem ſuperſtitem vel ad proximos agnatos: olim vſque ad quartum gradum: hodie vſ-
1 que ad ſeptimum. † No. quòd per alienationem feudi paterni feudum reuertitur ad agnatos, & ita per iſtum text. tenet Iaco. de Bel. in c. imperialem. in fi. de prohi. feud. alie. per Fe. & hoc per not. hîc in tex. & in ca. j. §. ſed & res. infrà per quos fi. inueſti. & idem gloſſ. in d. c. Imperialem. in princ. in gloſſ. quæ incipit ſi autem. & tenet And. de Iſer. infrà ſi vaſ. priu e. feud. cui defer. in c. j. de alien. feud. pa. dixi infrà quæ fue. pri. cauſa bene. ami. in ca. j. §. denique. vt ſtatim tangam. Secundò not. quòd inueſtitura fœminæ ſi vaſallus morietur ſine hærede non nocet agnato ſiue ſit frater defuncti ſi-
2 ue attinens vſque ad quartum gradum. † Sed oppon. dicitur hic quòd mortuo fratre feudum reuertitur ad fratrem ſuperſtitem: & ſic in vita fratris non reuocatur. contrà infrà, ſi de feud. fue. contro. c. Titius. gloſſ. fol. & bene, aut enim alienatio facta eſt iure ac conſuetudine approbante: & tunc non in vita, ſed demum mortuo fratre reuocatur vt hîc. Aut conſuetudine re fragante: & tunc in vita reuocatur etiã vt ibi. Et ratio patet: quia quando propter vitium alienationis deficit initiũ: & ideò ſtatim reuocatur. Sed quando propter defectum prolis, tunc habet fundamentum. & ideò nõ reuocatur eo viuo. Oppo. ſecundò & videtur quòd per alienationem feudum nõ redeat ad agnatos, ſed ad dominum. quia vaſallus alienando contemnere dominum videtur & ei fidem non ſeruare. vt infrà quæ ſit pri. cauſa bene. amit. §. illud enim. & §. fin. & infrà de vaſal. qui contra conſtit. lo. c. j. circa prin. Sol. gloſſ. & bene. aut feudum eſt nouum & pertinet ad dominum vt ibi: aut paternum & tũc ad agnatum: vt hîc, & eſt ratio quia feudum nouũ non habet agnatos. Et nota pro intellectu vocabuli quòd aliquod poteſt eſſe feudum paternum quo ad aliquos, & nouum quo ad alios. verbi gratia: fuerunt olim in rerum natura duo fratres Marcus, & Antonius: qui Ant. acquiſiuit feudum ex quo profluxerunt multæ generationes: certum eſt quòd quo ad eos feudum eſt paternum, ſed quoad generatiões Marci eſt nouũ: quia Marcus nunquam fuit vaſallus. vnde feudum paternũ nunquam dicitur niſi inter eos quorum principium connexum eſt in vno ſtipite feudali. Secundo modo gloſſ. ſoluit contrarium. aut ſuperſunt agnati & reuertitur ad eos vt hîc:
3 aut nulli ſunt ſuperſtites: & tunc ad dominum vt ibi. † Quæro ergo vtrum agnati præferantur domino an dominus agnatis. Et videtur quòd dominus, quia text. dicit quòd ipſo iure non valet alienatio & liberè ad dominum reuertitur. vt infrà de prohi. alie. c. Imperialem. Et hanc opi. tenet hîc Pet. de Cer. qui dicit quòd iniuria fit domino quia alienando contemnitur. & ideò ad dominum reuertitur. argumẽ. C. de legi. l. pe. & ff. de litig. l. fi. hæc eſt vera, quia eſt caſus extra de feud. c. ex parte. In contrarium videtur quia talis alienatio videtur prohibita non tam fauore domini quàm familię agnatorum in honorem. ſcilicet familiarum. vt ff. de ven. inſpi. l. j. §. j. Prætereà olim agnatus præferebatur domino in prohibendo, ergo & in reuocando: quia qui potior eſt in iure prohibendi debet eſſe potior in iure reuocandi. arg. ff. de aqua pluuia arc. l. in cõcedendo. & l. in diem. Prætereà cum vaſallus peccat in alium quàm in perſonam domini agnatus præfertur domino. vt infrà. an ille qui interfecit fratrem domini ſui. c. ſi vaſallus. Hęc opi. ęqua eſt & placet Ia. de Belſi agnati fuerint participes eiuſdẽ culpę. ar. ff. de leg. ij. l. cum pater. §. libertis. Gl. ſoluit tertio modo & malè. Aut ſuperſunt filij tantum, & reuertitur ad dominum. Aut ſuperſunt filij agnati tantum, & tunc ad agnatos. vt hîc & ſic gl. ſentit quòd patre alienante nunquam filij reuocant vt infrà ſi de feudo fue. controuerſia. c. ſi vaſallus culpã. Sed ſequens gloſſ. dicit contra in filio. refricemus ergo iſta per modum
4 quæſtionis. † Pone ego recepi feudũ pro me & filijs meis vſque in quartam generationem duraturum: modo quæritur vtrum in præiudiciũ prædictorum pro quibus ego recepi ꝙ intelligitur de poſt me ordine geniturę & ſucceſsionis. me contra naturam feudi alienante an ad dominum liberè reuertatur. Et videtur ꝙ ſic tali ratione, quia in d. c. ſi vaſallus. expreſſè dicitur ꝙ culpa patris nocet omnibus exſe deſcendentibus. Item filius non poteſt habere feudum niſi ſit hæres. Item non poteſt habere niſi ingrediatur gradum primum. vt ſuprà eo. in prin. ſed illum gradum reperit fermentatum. & ſic ab eo rubiginem contrahit. Item adeũdo hæreditatem ſe obligat ad pœnam ar. C. de libe. cau. l. ſi ab eo. in ratione literæ quia vt dixi ingreditur gradum non ſecundũ gradus diffinitionem, ſed ſecundum gradus iura: certũ eſt ꝙ delictum teſtatoris nocet hæredi ſuo quoniã hæres ſucceſſor eſt vitiorum & culpæ defuncti. vt l. eum qui. §. in hac. ff. de pub. Prætereà ad hoc facit gloſſ. C. de inoff. dotib. l. j. quæ dicit ꝙ pater diſſipando bona poteſt nocere filio. In contrarium videtur quia nõ eſt æquum quod culpa patris noceat filio. vt ff. de contra tab. non tantum. §. ſi emancipatus. Item forma inueſtiturę aliquid debet operari. vt infrà, de duobus fratri. à ca. inueſ. c. j. Sed tenor inueſtiturę de liberis loquitur non hæredibus vt ff. de op. liber. l. ſi operarum. per Acc. Item ius formale eſt quęſitum filio beneficio domini magis quàm facto patris. vt not. ſuprà qui feu. da. poſſ. §. cum verò Corradus. ergo facto patris non debet ei auferri. vt ff. de adop. l. ſi arrogator. §. ſed an impuberi. Prætereà nõ debet cõcedi patri quod fraudet filiũ. vt ff. ſi quid in frau. pa. l. fi. Prætereà filius non venit vt quilibet hæres, ſed iure ſanguinis ꝙ eſt immutabile. vt ff. de pact. l. ius agnationis. Prætereà etiã ſi dñs conſentiat non videtur hoc fieri poſſe in præiudiciũ filiorum imò dñs tãquam malefidus debet haberi reſpectu ipſorum filiorum quorũ commoda patitur delabi. vt infrà de no. for. fi. c. j. Item expreſſa vulgaris ſubſtitutio poteſt fieri in feu. & tũc inſtitutus aperit viam ſubſtituto de leg. ij. l. vt hæredibus. Verba aũt contractus ſic ſonant de lega. ij. l. Lucius. §. filiam. Item iura filiorum alienare nõ poteſt imò debet ea conſeruare & augere vt C. de bo. ma. l. j. & C. de ſen. paſ. l. in quæſtione teſtamenti. Nam contractus requirunt iuris adminicula. & ideò non poteſt quis contrahere ſuper iure tertij. vt ff. de pact. l. fi. Accidit quæſtio in quodam Marchione qui alienauit caſtrum incõſulto Imperatore vtrum reuertatur ad Imperatorem vel ad filios. Sed iſte eſt caſus nimis dubitabilis, quia in marchionatu non eſt ſucceſsio. vnde filius videtur marchionatũ obtinere & ipſum euellere de manu principis & non patris. quapropter alienatio paterna non præiudicat filio. qđ eſt ſubtile ad intelligendũ: ſed videtur ꝙ imò pręiudicet filio. aliàs per filium quæritur patri. vt ff. de bo. quæ libe. l. quæritur. R ñ. feudum eſt de his quæ nõ acquiruntur patri: quia cohæret perſonæ. vt ff. de mino. l. iij. §. ſi quid minori. facit qđ no. in auth. excipitur. C. de bo. quę libe. Et in hac ratione fundatur quoddam aliud *dictum*. ſ. ꝙ pater poteſt ſtipulari feudũ & militiam vni filiorum. C. de pig. l. fi. quia in cohærentibus perſonæ pater poteſt ſtipulari
5 vni hæredum. vt ff. de pac. l. auus. † Conſueuit quæri vtrũ culpa patris cõmiſſa viuo auo noceat nepoti: & hîc breuiter ꝙ non: quia per hanc culpã filius eximitur de medio: & ideò nepos immediatam cauſam obtinet ab auo. ar. ff. de acqui. hęre. l. qui in alienã. §. interdũ. & ff. de liber. & poſthu. l.
6 Gallus. §. quid ſi tantũ. † Et dic per modũ regulæ ꝙ quoties quis eſt ſucceſſor vitiorũ alicuius, tunc illius culpa ei nocet. & hoc eſt quoties aliqua obligatio vel priuatio ex facto illius deſcendit. Sed ſi contractus non deſcendit ex facto illius in eã perſonã de cuius excluſione tractatur, nunquã illa

Source : BIU Cujas

perſona excluditur, quia nec vitium priuationem inducens. vt dicit de filia cõmittente adulterium viuo patre vt l. ij.ff.ſol.mat.per Dy. nec oblatio deſcendit vt legitur & not. ff.de preca.l.quæſitum.§. vlt.& dicit Dy.ꝙ illa gl.nõ eſt alibi.& facit ff.de iurepa.l.diui fratres.& l.ij.ff. de interdi.& releg.Et adde extrà de voto.c.licet. Sed melius dic vt pleniſsimè dicam *infrà* ſi vaſallus feudo priuetur cui deferatur. c.j. Et no.ꝙ in iſto §.ſentiũt quidam aliũ intellectũ,videlicet ꝙ hîc fuit alienata pars obuenta ex diuiſione,nam cum diuiſio ſit permiſſa,ergo alienãdi materia videtur quodãmodo ampliata.ar.ff.de leg.iij l.pater.§.quindecim.Sed ego hanc diſtinctionẽ nõ facio: quia totum cenſetur iure feudi vniformis.& quia totus iſte §.loquitur in alienatione feudi paterni olim permiſſa reſpectu dñi ſecundũ Iaco.de Bel. & bene.

7 † Opp.dicitur hîc ꝙ *inueſtitũra* filiæ nõ præiudicat agnatis. contrà,quia qñ propter merita patrîs princeps vel alius dñs feudi inueſtit filiam quæ ſola remanſerat, talis filia excludit omnes eius parẽtes,i.agnatos.vt infrà qualiter feu. ad fœmi. perti.c.j.& *no.*infrà qui feu.da.poſ.§.cũ verò.So.dicit Ia.de Belui.ꝙ aut eſt inueſtita viuo patre,& tũc ſatis habet cõſuetudo ꝙ teneat feudum in vita patris & eo mortuo nõ prẽiu diçet agnatis. Aut inueſtitur filia mortuo patre, ex domini ſola ꝓuidentia ꝓpter amorem patris.& talis filia excludit agnatos vt in cõtrario ſecundũ Iac.de Belui.Sed tu oppo.ꝙa inter mortẽ vaſalli & ius agnatoris nullum eſt mediũ.Tunc arguo ſic.Ius agnatorũ eſt ex ipſo facto quæſitum agnatis,ergo dñs feudi nõ poteſt hoc ius auferre eis:vt ff. de reg.iur.l. id qđ noſtrũ.Sol.cõſuetudo feudorũ *prius fuit* quàm *infeudatio*,ſed conſuetudo *feudorum hoc diſponit*. ergò ab initio tacitè *videtur hoc actũ* ꝙ *fieri* poſsit. vt C. locat. l.licet. ff.de ædil.edic.l.ꝙ ſi nolit.§.quia aſsidua.ff.de pac.l.itẽ quia. Et ſi hoc modo nõ ſolueres iſtud cõtrarium nõ poſſet ſolui. iuxta no.in ſimili.ff.de lib.& poſth.l.Gallus.§. & quid ſi tantum.Vel dic,ꝙ nõ ſtatim eſt apertum irreuocabiliter feudũ agnatis:quia iſte caſus eſt reſeruatus domino.ar.ff.de inoff. teſta.l.pater filium.& l.filio.§. cõtra tabulas. Si tñ dominus patitur agnatos poſsidere,nõ poteſt poſtea filiã inueſtire,qa

8 nõ poteſt eſſe ſibijpſi cõtrarius.† Tu dic,ꝙ opi. Iac. de Bel. non eſt vera quia ille tex.infrà quemad.feu.ad filiã perti.debet intelligi *in feudo nouo* ſcđm Pet.de Cer.vt ibi dicã. Tñ in regno Apuliæ hæc quæſtio ceſſat quia nõ exiſtente maſculo fœmina ſuccedit,etiã in regno in quo regnauit inclyta

a & magnifica regina Ioanna illuſtris annis fere xl.[a] quę tamẽ miſerabiliter diẽ clauſit extremũ,quia ſemper diu negant fata viuere hominẽ fœlicem:ſicut ſcribitur in primo Lucani, tamen in cathedra reginali à quinquaginta annis citra nõ ſedit ſimilis ei in gratia & virtute.Pone iuxta prædicta omiſſa iſta iuſtitia voluntaria & cõſuetudinis feudorũ quę nõ ſeruatur in omnibus locis. quæramus de iuſtitia naturali quæ vbicunq; locorum extendit vires ſuas quæ naturales & bo-

b næ cõſuetudines ſunt ipſa naturalis iuſtitia.[b] vt infrà in qui.

9 cau.feu.amit.c.j.§.ſed ſunt quædam. † Et quæramus de tali quæſtione. do tibi in vtile dominiũ feudum meum ne alienes,i.ſine poteſtate alienandi:tu alienas; modò quæritur vtrum ſcđm naturalẽ iuſtitiã deſcendat ad filios tuos, an reuertatur ad me. glo. formatiſtã q.ff.de acquir.poſſ.l. qui abſenti.§.j. Et ibi per Dy.Sed alibi dicit quædam gl. ſingularis ꝙ iſta verba ſapiunt manus iniectionẽ, & no.de natura iſtorum verborũ de leg.ij.l.cũ pater.§.libertus.in prin.tñ nõ poteſt ſibi ius dicere per violentiam niſi incõtinenti.vt no.Iac. But.C.de pig.l.iij.vbi videas.Itẽ hæc datio videtur conditionalis & expirare *in defectũ* cõditionis. vt C. de indi. vidui. auth.cui relictũ. Econtrà videtur ꝙ imò datio valeat vt C. de cõdictione ob cau.l.ea lege.& ff.de ver.obli.l. ſi ita quis. §.ea lege.ſed ibi loquitur in plena & totali translatione,ſeu alienatione directi dominij. Sed vtile dominium dicitur vſusfructus:& ille à perſona eſt inſeparabilis, & ideò videtur ꝙ facta alienatione ſtatim cõſolidatur ꝓprietati. vt inſtit.de vſufru.§. finitur. ſed imò videtur ꝙ ſit nouus vſusfructus in perſona filij.ff. de ver.ob.l.iiia ſt pulatio.§.ſi quis ita.ſed feudum eſt vſusfructus,ſed nõ merus.vt infrà, in quibus cauſis feu. amit. in fi. plenus aũt vſusfructus eſt in vſufructuario, plenior in vaſallo,pleniſsimus in dño. Diſtingue tres caſus. nulla fit mentio filij & redit ad dñm per aliã alienationem. Aut fit mentio alicuius filij nominatim.puta Io. & tunc trã ſit ad eũ filium nominatim. Aut fit mẽtio filij indiſtinctè,& tũc recidimus in illã quæſtionẽ vtrum intelligatur filius nominatus vt hæres.an vt filius qđ interpretatur ſcđm ſubiectam materiã.de hoc no.ff.de pac.l.ſi tibi.§.pactus.dixit plenè in l.liberti.C.de ope.liber.ibi vide.& de cõdictio.indebi.

10 l.ſi non ſortẽ.§.libertus.† Quæro ſi habens plenã ꝓprietatem dicit ita,vẽdo tibi vtile dominiũ. quis cõtractus eſt iſte. An aliquo caſu poſsit reuerti vtile dominiũ ad proprietatẽ. Reſpon.eſt cõtractus ſuperficiei quia alius eſſe nõ poteſt, i. ſuperficies empta cẽſetur:nõ ꝓprietas ff.de cõtrahen.empt.

11 l.cũ manu ſata.§.nemo.†. Vlterius poſiturus aliquas conclu ſiones in materia præmitto ꝙ quædã eſt alienatio per ſe & *nõ in alium*. vt cũ vaſallus refutat feudũ domino: nam à ſe alienat abdicando & in dñm nihil transfert,ſed ex ipſa proprietate dñs ius metitur.ff. ad Trebel.l. ſi hæres. Quædã eſt alienatio à ſe in alium vt in noſtro §. Quędã in alium,ſed nõ à ſe.vt qñ creditor vendit pignus.vt ff.de reg.iuris.l.id quod

12 noſtrum. † Prima cõcluſio in refutante eſt.ſi vaſallus feud. refutauerit nõ præiudicat agnatis niſi eo & filio eius viuente.vt infrà, de ca. extraor.§.beneficiũ.& in noſtro §.ſatis innuitur.nam cũ facit filiã inueſtiri ipſe refutat dño,& dominus *inueſtit filiã*. & dicitur hîc ꝙ demũ eo mortuo ſine hæ*rede maſculo* vocantur agnati. An aũt *iſta refutatio* poſsit

c *fieri inuito dño dixi in euidentialibus huius operis.*[c] Secũda concluſio,ſi vaſallus feudũ *alienauit ſine cõſenſu* dñi ipſum

13 amittit dũmodo ſciẽs feudũ eſſe ſciuerit. *vt infrà*. † Tertia cõcluſio eſt,ꝙ pro qua parte alienauit pro ea fundũ amittit nõ in totum:quia nõ debet in plus puniri delictũ quã inueniatur meta delicti. vt infrà dicã,imò de rigore conſuetudinis totũ perdit ꝓpter contumeliã dñi quæ indiuiſibilis eſt. Sed præcedẽs opinio iure canonico approbatur. vt infrà.di

14 cã in c.j.de vaſal.qui cõtra conſtitutionẽ Loth.† Quarta cõcluſio eſt ſi vaſallus feudũ illicitè alienat ꝓiudicat ſibi & liberis,ſed nõ cohæredibus nec dño.vt infrà dicã in cõcluſioni-

d bus. Quod dixi in liberis intellige ſcđm prędicta,[d] videlicet quando in liberis requiritur hæreditarius titulus. Secus ſi veniant mero iure ſanguinis,& ſunt nominati in inueſtitura, ſaltẽ aliquid ex ipſis licet poſteà ſit ſubiecta clauſula generalis ad omnes liberos ſe extendens, quaſi tot videantur

15 feuda quot ſucceſſores.de leg.iij.l.ſi chorus.† Quinta cõcluſio,ſi alienat ſtatim pœna priuationis trahit ſecũ ſuum effectum, & ideò redimere ex poſtfacto nihil prodeſt: quia eſt

16 mera pœna. † Sexta cõcluſio licet interueniat cõſenſus dñi in alienatione.nõ tñ prẽiudicat agnatis nõ cõſentiẽtib⁹. ar.

17 ff.de ſer.ruſti.prædio.l.per fundũ. † Septima cõcluſio eſt,agnatis poteſt fieri alienatio ſine cõſenſu domini.i.quia non dicitur dñs ex hoc contẽni.vt infrà de aliena. feu.pat.c.j.tñ ſi multi eſſent agnati & fieret vni in prẽiudiciũ aliorum, alij poſſent reuocare pro parte quæ ſibi contingit vel in totũ ſi in totũ contingeret eis.ff.de legat.j.l.filius. §.diui.& not.C. de fideicom.l.poſt mortem.de leg.ij.l.cum pater.§.filia.Tamen quia in hac alienatione nõ cõtẽnitur dominus vt dixi nõ admittuntur niſi aperta eis via per mortem vt in noſtro §.Et no.ꝙ ſi per annum taceant agnati à die ſcientię eſt perinde ac ſi cõſenſiſſent alienationi.vt infrà,ſi de feu.vaſal. c.Titius filios.& aliàs eſt rubr. de feu. filiæ dan. Has omnes concluſiones paucis additis per me approbat domi.Iaco.de

18 Ardizone Veroñ.in no.ſuæ ſummæ. † Sed hîc quęro vnũ. Pone ꝙ vaſallus vendidit ſub iſta cõditione ſi cõſenſus domini & agnatorum acceſſerit. nunquid per hoc cadit à feudo. Reſpondeo non argumento l. ad hoc not. ff. de manu.

19 teſta.l.ſi quis locuples. † Sed pone, quòd vendidit ſub iſta conditione,vendo ſi& in quantum de iure poſſum.& aliter non ſequitur traditio, vtrum cadit à feudo. dicit dominus Iac.quòd non.Vnde dicit quòd vaſallus ſi fuerit peritus, poterit fraudem excogitare, vt nullum ſuſtineat amiſsionis periculum.puta vendendo ſub conditione prædicta.arg.ff.de acquir.poſſeſſ.l.ſi me in vacuam.& l.qui abſenti.§.j. & ff.de ſolutio.l.ſub conditione.& ff. de lega.ij. l. ſi ita quis.cum ſi-

mi.ſe-

Source : BIU Cujas

mi.ſecundum eum etiam ſi in tradendo ſit oblitus excipere iura domini, quæ in ipſo contractu excipi debent. argu. ff. de ſerui.vrba.prædio.l.ſi binarum.quod verum eſt,niſi aliqua captio domini poſſet interuenire per corporalem traditionem,puta caſtrum,quod vix dominus recuperare poterit.Nam dolus eſt in traditione,qui debet purgari per amiſſionem feudi.quoniam confictæ & ſimulatę proteſtationes nihil operantur.imò in fraudem augent fictiones.vt ff.de iure patro.l.ſi libertus.Si dicimus quòd procedit venditio,vt infirma ſequitur traditio,vt infirmanda.vt ff.de dolo.l.& eleganter.Et ita ſuper hoc puncto conſului.Nam proteſtatio iuris non tollit ea,quæ facti ſunt. ff. de acquir. poſſeſſ. l.j.§. vir vxori.& facit quod no.ff. vti poſſidetis. l.ſi duo. in prin. & in l.in aliena.§.Celſus.in l.ſi quis extraneus.ff. de acquir. hæred.& C.quod eum eo. l. ſi ſeruus. Et ideò illud verbum fraudem excogitare quod ponit Iac. prædictus, eſt malè po
20 ſitum. vt ff. de iure pa. l.ſi libertus minorem. † Vltimò di-
g ſtingue g ſecundum Iac.de Bel.Aut feudum eſt nouum. Aut paternum ſiue antiquum.Si nouum, tunc regulariter factũ patris nocet filio.hoc dicit gloſſ.hæc quę incipit quid ergo. &c.argu.infrà ſi de feu.fue.controuerſia.c.ſi vaſallus.Si antiquum:aut pater alienat feudum,aut cõſentit alienãti: aut culpam aliam contrahit.Primo caſu,aut alienat legitimè, id eſt,iure permittente.tunc ſuccedit filius vt hîc.& non nocet ſibi factum patris.vt d.§.item ſi fuerit.& d. §. & ſi cliẽtulus. Aut non legitimè. & tunc ſi ex hæreditate patris peruenit aliquid ad filium, vel peruenire poteſt, repellitur filius, nec ſuccedit, nec reuocat: & ſic factum patris ſibi nocet. vt hîc in gloſ. & infrà ſi de feu.fue.contro.c.Titius.aliàs, vt puto ſi filius ſuccedit in feudo,& reuocat.vt infrà,an agn.vel filius.c. j.quem tit.puto ſic debere intelligi.Secundo caſu non præiudicat filio. vt hîc gloſſ.ff.de inoff.teſta.l.ſi is qui.Et poteſt eſſe ratio, quia filius non venit, nec diceretur venire contra factum patris quãdo pater ruditer conſenſit, nec ſe obligat quia per conſenſum tantum naturaliter obligatur. vt ff. de pact.l.j.& l.ſi vnus.§.pactus.eo.tit.vbi de hoc.Quando pater ſe obligat,tunc filius non reuocat, quia non poteſt venire contra factum patris.vt C.de re milita.l.quæ à patre.& infrà an agnatus vel filius.c.j. Tertio caſu, aut filius contrahit culpam viuo auo,& tunc non nocet filio ſuo, quia ſuccedit auo nepos, quaſi pater nunquam fuerit in rerum natura,& ſic obtinet ex perſona aui,non patris.vt ff.de ſenat.l. emancipa.§.fi.de in ius voc.l.adoptiuum.§. fi. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris.l.ſi qua.& l.j.§.pe.& fi.de contra tab. & de interdic.& rele.l.ij.de iure pa.l.Diui fratres. Aut cõtrahit poſt mortem aui, tunc indiſtinctè nocet filijs, & repelluntur. vt infrà ſi de feu.fue.controuerſia.c.ſi vaſallus.in gloſſ.ibi poſita prędalle.& C.de queſt.l.diuo Marco.Et adde quod no.in-
h frà ſi vaſal.feu.priue.c.j. Iac.Bel. Et no. h q̃ feudum paternum dicitur propriè vſque ad quartũ gradum ſuprà.in quo continentur quinque perſonæ quæ habent proprium nomen genitoris, ſcilicet pater,auus,proauus, abauus,atauus. Abinde verò ſuprà propriè loquendo,nõ appellatur paternum,ſed antiquum.eſt hîc text.& hoc ſumptum eſt ex text.
21 ff.de gra.l.iuriſconſultus.& eſt ar.ad quæſtionem. † Si conceſſum eſt feudum hoc modo concedo tibi caſtrum in feu. paternum,quod non extendatur niſi vſque ad quartum gradum.& ideò in feudis ponuntur hæc verba.ſcilicet feudum paternum & antiquum,vt omnis ceſſet dubitatio, quod tenemenți.

ADDITIONES.

a Contrahit. Gradum ingreditur non ſecundum deffinitionem gradus, ſed ſecundum iura gradus.

b Ferè.xl.No. quanto tempore regnauit regina Ioanna.de iſta regina facit mentionem Ang.in l.cum prætor.ff.de iudic.& in l. eam quã. C. de fidei.in repe.And.Bar.

c Naturalis iuſtitia.Ideò quęramus de iſta naturali iuſtitia obligatio non eſt aliud quàm iuſtitiæ vinculum ſuum cuique tribnens meritũ ſi ponas nullam politicam eſſe in inſula quia non eſt ibi populus. tamen commercia inter ſe ſunt licet ttibunalia & prætoria ibi non ſint vbi verò eſt tribunal ibi aliquam politicam & regulam neceſſe eſt eſſe quæ dici poteſt ius ciuile.i.ius viuendi ſub quadam ſpecie ciuilitatis & vide quod no.ff.de reg.iur.l.Marcellus.

d Operis.& infrà de capi.qui cu.vendidit.c.ſi.vbi plenè nota.& in l.in cum quo.ff.de aqua pluuia arcenda.

e Prædicta.Pondera ſingulariter iſtud dictum Bal.ego conſulo nunc pro Poteſtate Bononienſi,& contra eum allegatur Bal.hîc,Pau.de Ca. qui conſuluit contra iſtum Poteſtatem ego nunc conſulo pro eo & ad iſtud dictum reſpondeo.vide ibi.And.Barba.

f Prædicta.Et an poſsit imponere ſeruitutem feudo vaſallus in præiudicium ſui,& non domini.vide tex.ſing.in c.j.§.ergo.infrà de inueſti. de re alie.ſecundum Bal.And.Barba.

g Vt ff.Diſtingue an factũ patris noceat filio. Vide plenè Io.de Imo. in c.extrà de feu. And.Barb.

h Et no. Quid autem dicatur feudum paternum,vide tex.ſingu. ſecũdum Bal.in c.j.infrà de grad.And.Barba.

1 ☞ *Fœminæ an ſuccedant in feudo.*
2 *Quid ſi maſculi quidam extabant, & ſtatim deceſſerunt.*
3 *Expreſſè an liceat,quod non licet tacitè.*
4 *Feudum conceſſum aliquibus,& cuilibet ipſorum in feudum rectum & nobile an uno mortuo redibit ad alium.*
5 *Pater recipiens feudum pro maſculis & fœminis ex ſuo corpore deſcenſuris,an filius filiæ contineatur.*

1 **Filia verò.** †Duo facit ſecunda pars ibi.in alio: & vſq; in finẽ h.d. Filia nõ ſuccedit in feudo licet vaſallus deceſſerit ſine hærede maſculo ſi inueſtitura facta fuerit in patrẽ,vt filij & filiæ ſuccedant in feudũ,tũc enim ſuccedit filia demũ maſculis nõ relictis.Itẽ ſuccedit filia aliquãdo ſi ipſa per ſe eſt inueſtita.Sed ſi feudũ habet initium à fratribus,non ſuccedit vnus alteri,niſi dictũ ſit h.d. In tex.ibi,*Vt filij,& filiæ*.No. q̃ ſi ſimpliciter facta fuit inueſtitura feudi,vt filij & filię ſuccedant,nec dictũ fuit maſculis nõ extantibus, q̃ tunc nõ ſuccedunt fœminæ,niſi maſculis nõ extãtibus,cum hoc intelligatur adiectum ex natura rei,
2 de qua agitur.quod tene menti. † Sed quid ſi maſculi quidam extabãt,& ſtatim deceſſerunt.Reſpõdet gl.fœminã vocari ex iuris benignitate:quia non debent aliſs nocere,cũ ſibi non profint.ar.ff.de aqua plu.arcẽ.l.ij.§.itẽ varus.& inſtitu.de lege Fuſia caninia tol.in nigro.& arg.ff.de cõtrata.l. ſi poſt mortẽ.§.liber:& dixi ſuprà E p̃m vel abbatẽ.§.j.vbi de hoc.In tex.ibi.*Vna inueſtitura*.No. q̃ vna inueſtitura nõ parit ius accreſcendi.Et eſt ratio : quia ius accreſcendi non eſt de mera natura contractuum cum habeat procedere per interpretationem extenſiuam,& per iuris fictionem.vt not.ff.de
3 leg.ij.l.ſi Titio & Mæuio.§.Iulia. † Quoddam brocardum hîc aſsignatur,videlicet quod licitum eſt expreſſè quod tacitè non licet.quod ineptè ſumitur hîc:quia fœmina non repellitur à feudo eò quòd non liceat,ſed eò quòd non intelligitur ex natura rei.Tamen iſtud brocardum cadit in matrimonijs: quia potentibus loqui non licet contrahere matrimonium tacitè,id eſt ſine expreſsione verborum.vt not.C. de præſcri.xxx.annorum.l.cum notiſsimi. & extrà de ſponc.tuæ.& c.vlt.de coniu.ſeruorum. per Bar. non tamen ſubſtantia eſt in verbis, ſed in conſenſu : ſed ille conſenſus non habet canonicam authoritatem,quia deficit ei forma,id eſt verba.Item non licet tacitè legitimare naturales, id eſt,per tacita ſponſalitia, ſed neceſſaria eſt verborum ſolennitas. Nam ſi per matrimonium ſcriptura & dos,ſi per reſcriptum ſupplicatio,ſi per curiam oblatio curiæ : vt in ſuis patet locis.Et multa alia ſunt quæ lex non patitur in figmento ſilentij conſtare:ſed requirit claritatem verborum.vt eſt hęredis
4 inſtitutio.vt C.de teſta.l.iubemus. † Extrà quæro ſi verba principis ita dicunt concedimus vobis Pet.& Ioan. & cuilibet veſtrũm tale caſtrum in feudum rectum & nobile: vtrũ videatur actum quòd vno deficiente alter habeat totum. Reſpondeo ſic,no.in l.ſi pluribus. vt de leg.ij.& arg.ff.man.
5 l.creditor.§. duobus. † Pone pater recepit feudum pro ſe, & maſculis & fœminis ex ſuo corpore deſcenſuris, vtrum contineatur filius filiæ.Reſpond.ſic.vt l.j. C. de condi.inſer. per Bar.in l.liberorum.ff.de verbo.ſignifica.

Qui ſucceſſores teneantur feudum confirmare. Rubrica.

1 ☞ *Non refert quando cedat dies uerbalis inueſtituræ in laico.*
2 *Renunciari an poſsit huic capitulo.*

Source : BIU Cujas

3 *Inuestitura uerbalis quare transeat ad hæredem, & non realis.*
4 *Fiscus an teneatur vasallum inuestire, si aliquis inuestiuit aliquem & eo existente in mora commisit aliquod crimen, propter quod bona eius sunt publicata.*
5 *Prælatus quis possit reuocare feudum illicitè alienatum.*
6 *Hæres laici si non uult inuestire vasallum, & habet iustam causam litigandi, an poterit condemnari ad interesse.*
7 *Promittens de euictione ex suo dato & facto tantum, an teneatur ex facto sui authoris.*

SI quis inuestitus. Diuide titulũ in duas partes. Primò de inuestitura facta à laico alicui de alieno beneficio, Secundò de inuestitura facta à prælato eodem casu, secunda ibi: hoc ita est. Casus no. est inuestitura Papæ potentior est, quã iusiurandum de renun. capitu. cum inter. & ibi nota. Item facta inuestitura à laico de alieno feudo in diem, vel sub conditione, sortitur effectum vasallo mortuo sine successore, siue præmoriatur inuestitor, siue inuestitus, siue testator, siue tenens feudum, sed purè facta inuestitura non valet. Facta verò inuestitura ab ecclesiastica persona modo prædicto, nõ sortitur effectũ si præmoriatur inuestiẽs, antequam feudũ tenẽs. Vel si sub conditione, vel tẽpore antequam conditio, vel tempus
a existat.[a] Vide literam. Casus. Marchio, vel Comes militem inuestiuit de alieno feudo, eo tenore quòd habere debeat post mortem vasalli, vel sub conditione, vel in diem, quæritur quis sit effectus huius inuestituræ. Respondeo, quòd siue præmoriatur inuestitor, siue inuestitus, siue tenens feudum, inuestitor & eius hæredes tenentur inuestito, & eius hæredibus adimplere inuestituram, adueniente die, vel conditione: licet aliqui dicant contrarium quando præmoritur inuestitus. Si verò inuestitura sit facta purè de alieno feudo, nõ valet. hoc primo. Secũdò dicitur ꝙ si persona ecclesiastica fecerit inuestiturã de alieno feudo in diẽ, vel sub cõditiõe, si præmoriatur inuestitor antequàm tenẽs feudũ, vel cõditio, vel dies extiterit, successor eius nõ tenebitur adimplere inuestiturã. Prædicta vera decedente vasallo sine hærede. Aliàs sine successore: & non aliter. h. d. Iac. de Belui. In textu ibi. *fuerit.* s. à laico de feudo ꝙ per aliũ detinebatur. *Post mortem.* s. detinẽtis eo tenore, vt post mortẽ eius qui feudum detinet habeat. *Tempore.* i. ex tẽpore. *Inuestitus.* subaudi. & subaudiatur quis esset effectus eius inuestituræ. Ia. *Feudum.* subaudi, ante inuestitũ, & inuestitorẽ. Iac. *Teneretur.* s. in corporalem possessionẽ inducẽdo. *Dicant.* subaudi, & malè. licet gl. subaudiat & bene. Ia. *Purè.* i. nõ adiecto die, vel conditione. Iac. *Feudum alienum.* i. ab alio detentũ. Dy. & Io. And. *Non ualet inuestitura.* s. incontinenti, sed demũ eo mortuo, qui feudum tenet sine successore. De *uasallis.* i. de illorum vasallorũ feudis. Dy. *Non habent.* i. feudũ transmittere non pos-
1 sunt. † Not. ꝙ laico nõ refert qñ cedat dies verbalis inuestituræ. quia semper hæres adueniẽte conditione & die tenetur inuestire: est ergo feudũ de natura aliorũ cõtractuũ & nõ de natura vltimarũ volũtatum, quę non transmittuntur. vt insti. de ver. obl. §. ex conditionali. licet quædã gl. dicit, & malè ꝙ cõditionalis transmittitur ad suos. ff. de act. & obl. l. is cui. quę gl. ibi reprobatur p Dyn. & loquitur illa gl. in singulari relicto. In vniuersali verò nunquam. gl. dicit trãsmitti. & plenè no. in l. j. C. de his qui ante aper. tabu. Secũdò no. ꝙ id quod factum est sub forma congrua debita & honesta, valet quod si simpliciter fiat non valet. nam de feudo non aperto, potest fieri hoc modo. s. cum aperietur, sed purè facta est nulla. quod est not. dignum. & sume hîc ar. an de futura successione valet pactum. & facit ff. de acti. empt. l. si quis seruum. quia istud pactum fit cum domino. vt ff. de pactis. l.
2 fina. † Sed an possit renuntiari huic constitutioni. Re-
b spondeo non, quia tradit formam. b Item quia ibi contractus tenet, sed aliquo beneficio potest impugnari, & tunc valet renuntiatio. vt l. fi. ff. ad Vell. Sed si contractus ipso iure non valet, tunc renunciatio nihil operatur. vt l. conueni-
c re. ff. de pac. do. ibi per Richar. & Cy. c Tertiò not. de prælatis quòd inuestitura ipsorum non est rata nec firma, nec transit ad successores, nisi eis viuentibus aperiatur administratio & collatio feudi, & est ratio quia ius prelati consistit in sola administratione: & facit ad hoc quod no. in l. si cerarum. §. fin. ff. de mili. testa. Reuoco in dubium. Pone quod feudum possessoris non erat duraturum nisi vsque ad pascha, & sic ad diem certum omnino extiturũ, prelatus interim inuestiuit me de illo, & decessit priusquam extitit dies. Vtrum successor in prælatura debeat me inuestire corpora liter. Dicitur hîc quod non, sed mirum est cum dies sit certus, nam videtur dispositio pura. Sed respondeo, officium administrationis ita ipso iure impedit dies certa, sicut conditio: vt hîc quod est notabile Et no. hic argu. quòd cõtractus sub conditione, vel in diem celebrati cum prelato non astringunt pro futuro tempore successorem, quando quo quo modo sapiunt alienationem, vt hîc. quod est menti tenendum. Sed pone, quod talis est prælatus qui est omni no deponendus, non tamen est accusatus, vel inquisitus, nũ quid valent eius infeudationes; loquor in feudo aperto. Respondeo sic, vt not. in c. quia propter. de elec. in nouella.
3 † Quæro, quare inuestitura verbalis transit ad hæredem, & non realis. Respon. verbalis est incorporea, sed realis est corporea, & non transit ipsa. i. corporalis possessio in hæredem suscipientis, sed eius effectus. vt not. ff. de acqui. poss. l. cum
4 hæredes. † Pone laicus qui fecit inuestituram de spe, tanquã contumax, fuit interim condemnatus ad mortem ex forma statuti. quod statutum licet rigorosum. valet tamen vt no. in spe. de fideius. §. primo. ver. *sed pone.* & de dolo & contu. c. veritatis. in noue. An fiscus aperto feudo tenebitur vasallũ corporaliter inuestire. Respon. non: quia fiscus equiparatur prælato nõ hæredi. vt ff. de noua. l. quoties. in fi. vbi est text.
5 not. † Quæro quis prælatus est ille qui potest reuocare feudum illicitè concessum. Respondeo, non tantum prælatus immediatus illius ecclesiæ, sed quilibet eius superior. de
6 suc. ab. inte. c. cum dilectus. per Inno. ꝙ tene menti. † Pone, quòd hęres laici non vult inuestire vasallum & habet iustã
d causam litigandi, nunquid condemnabitur ad interesse. d Respondeo, à facto quod est in obligatione non excusat iusta causa litigandi, sed ab interesse lic. glos. est ordinaria quę non est alibi. ff. de triti. l. in hac. Quæro quę ratio dubitationis potest esse, quòd hæres non teneatur adimplere factum defuncti. vt in l. si ego. §. j. ff. de iure dotium. Respõdeo, quia contractus dotis licet sit nominatus inter virum & vxorem, tamen quando tertius dat dotem resultat contractus innominatus do vt facias, id est vt hanc vxorem tractes. ff. de verborum obligatio. l. quidam cum filium. Vnde re integra videbatur habere locum pœnitentia, quod ius pertinendi etiam ad hæredem transit. tamen speciale est fauore dotis, ꝙ hæres cogatur habere ratum. & hoc dicit ille §. singularis.
7 † Pone, aliquis concesit mihi feudum hoc pacto, quòd non teneatur de euictione, nisi suo facto. & dato tantum, contingit quod euincitur ex facto sui authoris, quæritur vtrum teneatur. Bartolus determinat quòd sic. quia propriè interpretatur factum ad defensionem, vel extensionem o-
e bligationis in ipsum, vt ipse not. in l. si seruus. eff. de condi. furtiua. tantum hoc non est expedi um per ea, quæ notat Cynus in lege siue. C. de negotijs gestis. facit lex de tutore. ff. mandati.

ADDITIONES.

a Existat. Vt sic pactum à prin. impedit futuram cõfirmationem legalem. Vel sic contractus conditionales, quorũ dies non venit, nõ transeunt ad successorem dignitatis, hoc dicit subtiliter. Not. primum tractum futuri temporis ad prælatum non pertinere. Item ꝙ eadem transeunt in successorem quæ in iure consistunt, & viduata ecclesia pe nes eam sunt habitus. An autem compromissum transeat in successorem dignitatis, gl. dicit quòd non. de procura. in cle. fi. & est tex. extrà de testi. c. præsentata. & per Bar. de vulg. substi. l. qui liberis. Item si tutor, vel prælatus agit ex contractu suo, directa non datur ei in integrum restitutio, secus si agit vtili.

b Formam. Tene menti quòd potest renuntiari huic constitutioni, ex quo dat formam. Vide quæ notaui ad Baldum, in l. prima. C. qui ad mit. Andr. Barba.

Ricar.

Source : BIU Cujas

c Richar. & Cy. Obligationes ciuiles naſcuntur ex legibus, & qui renuntiant obligationibus ciuilibus. Et ideò non poſſunt naſci ex contractu in quo renuntiatur legibus tradentibus formam in actibus, & non iure factum ab alio quàm à me approbare non poſſum, vt not. in l. poſt legatum. in princ. ff. de his qui. vt indi. & l. non dubium. de teſt. quod aliàs non valet per conſenſum roboratur. C. commun. vtri. iud. l. ij. per Cyn. niſi requirat aliquid præambulum, quod non poſſet ſupleri per conſenſum, vel niſi conſenſus habeat an ſit peccatum formę. vt not. extrà de elect. in cauſis.

d Intereſſe. Vide hîc Ludouicum in rubrica de arbitris. Andreas Barbatias.

e Si ſeruus. Fallit in dicta l. ſi ſeruus. tenet opinionem Bartol. Andreas Barba.

De contentione inter dominum, & fidelem de inueſt. feudi. Rubrica.

1 ☞ *Furaſſe quis præſumitur bona alicuius, quæ apud ipſum ſunt.*
2 *Pares curiæ an & quando poſſunt eſſe teſtes.*
3 *Vaſallus an & quando ſolus iuret.*
4 *Emiſſe de pecunia aliena quando quis præſumatur.*
5 *Poſſeſſionis commodum quotuplex eſt.*
6 *Vaſallus an poſſit in ſuo feudo ædificare.*
7 *Conſcientia quid ſit, & quid in ea requiratur.*
8 *Contractu finito, an & quando res auferri detentori poſſit.*
9 *Creditor qui petit debitum debet pignus offerre debitori.*

SI fuerit Diuide in quatuor partes. Primò datur forma dirimendæ contentionis, ſcilicet quando vaſallus poſsidet, vel probat. Secundò quando dominus. Tertiò quando vaſallus prætendit inueſtiturâ rei quam pro pignore accepit. Quartò quãdo de defectu feudi guardiæ, & caſtaldię agitur. ſecunda incipit in §. cæterum. tertia in §. ſimiliter. quarta in §. inſuper. Caſus. Ortacõtentione inter dñm, & fidelẽ, de inueſtitura decidi debet, vel per pares curię teſtimoniũ perhibentes: vel per iuramentũ poſſeſſoris iurãtis, cũ xij. ſacramẽtalibus, vel ſolus iurabit dominus, quando vaſallus eſt caſtaldio vel actor. Feudum autem guardiæ, & caſtaldiæ quandocunque poſt annum auferri poteſt. vide literam. Caſus in terminis. Inter dominum & vaſallum orta eſt contentio de inueſt. feudi quæritur qualiter ſit facienda probatio. Reſpon. per pares curiæ non per alios, licet regulariter omnis admittatur qui non prohibetur, & qui probauerit obtinere debet. Sed inopia probationum interueniente, aut poſsidet vaſallus, & iurabit ſolus, vel ſecundum quoſdam cum duodecim ſacramentalibus. Aut poſsidet dominus, & regulariter iurare debet cum duodecim ſacramentalibus. Fallit regula, ſi vaſallus eſt caſtaldio vel actor, quia tunc iurat ſolus. Item ſi dominus plenè probauit, tunc obtinet ſine ſacramento. Idem dicendum eſt de guardia. & hoc vſq; ad §. ſimiliter ſi quis. Et not. quòd inopia probationum emergente, peruenitur ad iuramentum fa. C. de iureiuran. l. in bo
1 næfidei. l. admonendi. ff. eod. titu. † Item not. hîc quòd ratione officij præſumitur quis ſubtraxiſſe bona domini, eo quòd apud ipſum officialem reperiuntur quod eſt multum
2 not. & quia litera eſt obſcura recipit contraria. † Oppon. primò dicit litera quòd pares curiæ ſunt teſtes, quaſi dicat & non iudices. Sed imò videtur quòd debeant eſſe iudices. vt infrà de conten. feud. app. pa. capit. j. de prohibi. feud. alie. per Federicum §. prætereà. Solut. Aut pares ſunt plures, & ſufficiunt ad vtrunque officium, aut ad alterum tantum, quia ſunt pauci. Primo caſu pares erunt teſtes, & iudices, & ſecundùm hoc concordabunt & non ſunt contrarij. Secundo caſu, aut probatio fieri poteſt per pares tantum, & non per alios. & certum eſt quòd tunc pares erunt teſtes, & alij iudices: vt hîc argum. C. de hęreticis, & Manich. l. quoniam. Aut probatio fieri poteſt etiam per alios teſtes, & certum eſt quòd tunc pares curię erunt iudices: vt in contrarijs. Aut eſt dubium, & tunc in dubio pares erunt teſtes, & alij iudices: vt hîc: quia facilius poſſunt inueniri iudices quàm teſtes. Oppo. ſecundò quòd non ſolum pares, ſed etiam alij poſſunt eſſe teſtes. vt infrà quid ſit inueſtitura. §. ſi verò inueſtitura. Solue. Aut dominus habet pares, & probabit per pares. Aut non habet pares, & tunc etiam per alios vt ibi. Item contrà. ad idem infrà de conſuetudine recti feud. capitu. ſciendum. in fin. & qui teſtes ſint neceſſarij ad probandum inueſtitu. c. primo. circa finem. Sol. hîc de noua inueſtitura agitur, quæ probatur per pares. ibi de veteri quæ
3 probatur etiã per extraneos. † Item opp. litera dicit quòd vaſallus iurat ſolus, vel cum xij. ſacramentalibus. Contrà infrà ſi de inueſti. inter dominum, & vaſallum lis oriatur. c. ſecundo in prin. de conſue. rect. fue. cap. ſecundo. §. j. Sol. ſecundum quoſdam. Aut conſtat feudum eſſe, ſed dubitatur de qualitate feudi, vtrum ſit paternum vel collaterale, & tũc iurat ſolus: vt hîc aliàs ſecus vt in contrarijs. Hæc ſol. eſt in gloſſ. ſupra de controuer. inueſtituræ. §. cum autem. Sed hęc ſolutio non placet quantum ad contraria. quia & in titul. ſi de inueſtitura inter dominum & vaſallum lis oriatur. c. ſecundo in prin. erat dubium de qualitate feudi. & tamen iurat cum xij. ſacramẽtalibus vt ibi apparet. Et ideò dic quòd aut poſsidet anno, domino ſciente & non contradicente: & tunc iurat ſolus vt hîc in verſic. inopia. in princ. Aut minus anno, vel domino ignorante, vel ſciente tamen prohibente. & tunc dominus iurat cum xij. ſacramẽtalibus. vt dicto vẽr ſi. inopia. Vide in alia materia de xij. ſacramentalibus, & de eorum fide extrà de ap. cap. j. in nouel. & ibi vel cum xij. facit infrà, ſi de feud. inter do. & vaſal. fuer. controuer. cap. ij. §. finali. Vel dic, aut præceſsit ſemiplena probatio. & tunc iurat ſolus vt hîc. Aut nulla, & tunc iurat cum xij. ſacramentalibus: vt in contrario. Vel dic, Aut eſt præſumptio, nec interceſsit ſemiplena probatio, & tunc iurat cum xij. ſacrament. vt in contrario. vel dic vt not. in d. §. cum autem. Oppon. dicitur hîc quòd ſi vaſal. eſt caſtaldius, vel actor, quòd dominus indiſtinctè iurat. Sed contrà. ſuprà de controuer. inueſtitu. §. item ſi vaſallus. vbi probare cogitur dominus. ſo. ibi deſierat eſſe caſtaldus vel actor. ideò dominꝰ ibi probat. Sed hîc adhuc durabat in officio. ideò dominus iurat. Et eſt etiam hîc ratio propter præſentem adminiſtrationem quã gerit. Vel dic, hîc dominus poſsidet. ibi vaſallus. Item opp. dicitur in litera quòd ratiõe officij præſumitur domino bona ſubtraxiſſe. Sed contra. C. arbit. tutel. l. ſi defunctus. Sol. Aut de bonis domini aliquid reperitur apud eum qui gerit
a officium, & tũc in dubio ſubtraxiſſe vel abſtuliſſe videtur,ª niſi ſibi reddiderit rationem, vel probet dationem à domino ſibi factam. vt hîc & argumen. ff. de furt. l. qui vas. §. vetare. ff. man. l. ſi creditor. §. ſi inter maritum. Aut de bonis alterius, & non domini reperitur apud eum, & non præſumitur quæſiſſe de bonis domini, niſi contrarium probetur à
4 domino. vt ibi. Iaco. de Bel. † Sed gloſſ. quæ eſt in l. facultas. C. de iure fiſci. libro x. dicit quòd officialis reipublicæ qui pecunias publicas habet in ſua poteſtate, ſi neſcitur vnde prædia emerit adminiſtratione durante, præſumitur de pecunia publica emiſſe. quia reſpublica ęquiparatur eccleſię vt C. de ſacroſan. eccle. l. vt inter diuinum. Sed tu dic quòd non eſt bona ſimilitudo, quia prælatus tenetur acquirere eccleſiæ. Secus in magiſtratu reipublicæ, cuius officium eſt ſtudere in conſeruandis non lucrandis. Vel dic melius, quòd ſi reddidit congruam rationem de geſtis, & reliqua ſoluit, nõ præſumitur de publico emiſſe quia contrarium apparet. Secus ſi reliqua non reſtituit. Vnde non ſolum per hypothecariam, ſed etiam per vtilem rei vendic. reſpublica poteſt proſequi acquiſita per adminiſtratorem ſuum. Prælatus autem rarò reddit rationem de adminiſtratione, & ideò magis præſumitur contra prælatos, ſcilicet quòd ea quæ emerunt, acquiſiuerint de bonis eccleſiæ, facit quod not. in l. j. C. de cõtractib. iudicum. & per Cyn. C. de ſacroſanctis eccleſijs. aut
b thentica quibuſcunque modis. quod eſt not.ᵇ † Deinde gl.
5 not. hîc de commodo poſſeſsionis, quod eſt multiplex.
c Nam aliquando habet iudicium ordinare. vt l. prima ff. familiæ erciſcundæ. Aliquando ab onere probationis releuare. vt inſtitut. de interrogationibus. §. commodum. Aliquando eſt cauſa implorandi officium iudicis: vt ff. de officio procuratoris Cęſaris l. fin. & ff. de liberali cauſa. l. liberis.

Source : BIU Cujas

in fin. Aliquando officium iudicis proponitur, non quia deficiat actio, sed quia deficit exercitium. ff. si certum petatur. l. si filius. quod est not. Aliquando possessio est causa inducendi presumptionem: vt l. penult. ff. de conditionibus institut. Aliquando est causa inducendi recuperationem. vt C. quod cum eadem l. si seruus. de vi & vi armata qui possessionem. Aliquãdo impediendi executionem: vt C. ne vxor pro marito. l. ob maritorum. & ibi per Cy. Aliquando producendi alios naturales effectus: vt not. ff. de acquirenda possess. l. iij. §. ex contrario. Sed an procedat iste libellus, Peto pronuntiari me possidere. not. in l. prima. §. primo. ff. de itinere
6 actuque priuat. † Et an liceat in suo feudo ædificare castrum. de foro competenti. cap. ex parte. & not. in l. j. §. j. ff. de superfi. De possessiõe prædonis, habes ff. cõmuni diuidũ do. l. cõmuni diuidũ. §. inter prædones & C. de fun. pat. l. ius emphyteutici. li. xj. Et quãdo cõstat de non iure, vtrũ possit peti restitutio ciuilis possessionis: no. Inn. de filijs. presby. c. constitutus. Et an in summarijs sententia lata super possessione dicatur diffinitiua. d aliquid tangitur in glossa in l. j. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & C. de sentent. l. post sententiam. De possessione priuilegiorum habes C. de fide instrument. l. si solennibus. & per Cyn. & aliquid not. in l. fi. C. de diuer. prædijs vrban. libro xj. & nota. C. si de momen. possess. fue. app. in l. vnica in gloss. magna. & per Bar. in l. natu
7 raliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda possessione. † Ad de de iuramento sacramentalium. Quid sit conscientia, & quid requiratur in ipsa, no. de elect. cum in veteri. in nouella. de consi. c. venerabili. per Inno. de iudic. cap. nouit. & dic vt in cap. statutum. §. assessorem. de rescrip. in vj. & in cle. j. de iure patro. Et an ius naturale magis arctet conscientiam quàm ius ciuile. potest argui ex dictis Inno. in c. nullus de regulis iuris. & c. consulti. de iure patr. c. cura. per Inno. vbi omninò vide. Vbi dicit quòd conscientia nõ est obligatoria, quando quis est tutus præscriptione approbata à iure, vt plenè per Ioan. And. in cap. possessor. in mer. & not. in c. fin.
8 extrà de præscrip. † Vltimò not. hîc, quòd finito tempore immediatè, & sine aliquibus indicijs, potest res auferri detentori, nullo dato tempore quod datur iudicatis. Et est ratio, quia omnis terminus terminatur per suas extremitates: vt l. iiij. ff. de conditio. & demonstration. Et si vasallus includit ostia, dominus poterit aperire. vt no. Innoc. extrà de im-
e mu. eccle. capitulo primo. e Quod facit ad expulsionem colonorum, & emphyteutarum & aliorum quorum iura tempore sunt finita, quod tene menti. facit extrà de loca. ca. po-
f tuit. f † Extrà not. circa istum finem, quòd si creditor petit
9 debitum, debet pignus offerre debitori. vt ff. de exceptione dotium. l. apud Celsum. §. item quæritur si vniones. Et sic potest repelli per exceptionem iuris offerendi, quæ compe-
g tit debitori conuento quod est not. dignum. g

ADDITIONES.

a Videtur. Nota quòd ratione officij quis præsumitur subtraxisse bona, quando apud eum de bonis aliquid reperitur. & sic est notabilis limitatio ad legem. si defunctus, arbit. tute. Vide quæ notaui ad Bal. in l. quisquis. C. si certum petatur. And. Barb.

b Not. Et dicit gl. quod prælatus prælato immediatè succedit, quia ecclesia semper regitur animo alieno, & inter administrantes nullum est medium, non ita in minore qui regitur animo suo principaliter, & alieno accessoriè vt C. de iure deliberandi. l. potuit. Prælatus enim vt sic dixerim est anima & spiritus ecclesiæ sed tutor est anima & spiritus pupilli.

c Multiplex. Not. commoda possessionis, & vide Bartol. in l. j. §. j. ff. de itinere actuque priuato. Vide in clementina prima vt lite pendente. vbi est casus singularis quod ex possessione presumitur titulus non solum quo ad fauorem possidentis, sed etiam quo ad fauorem tertij. Vide cap. quod autem. de iure patronatus. Vide quod habetur in capit. ad aures. de præscr. & in cap. j. in princ. de controuersia inuestituræ. Vide Baldum in c. capitulum. de rescript. vbi dicit quod si Papa dat eodẽ die potestariam Bononiæ duobus, quod præfertur ille qui est in possessione per legem j. ad fi. ff. vti possidetis. Vide tria pulchra verba de consti. pos. Bartol. in lege inter virum & vxorem. lege qui duos. §. cum in bello de reb. dub. & in l. j. §. non autem. de secũ. tab. & gl. in l. nulli. xij. q. v. Ludo. Roma. in l. in nullo. aliàs in l. hoc iure. ff. de ver. obli. Vide capi. sæpè. de resti. spo. vide capit. si clericus laicum. de fo. compe. tex. in ca. ex literis. de probatio. Vide tex. in capit. primo. §. sacramentum possidenti. Vide capitulũ secundum. de præsum. vbi hæreditas adiudicatur possessori filiationis vide Bal. in l. fi. C. si quis aliquem test. prohi. vbi tangit quando fuit inductus testator ad relinquendum alicui in præiudicium alterius: quia præfertur qui est in possessione. Et vide glo. in capit. primo de proba. vbi dicit quòd reus erat in possessione obsequiorum ideo non tenetur reddere instrumenta. Vide tex. in l. ex facto. §. penul. ff. ad Tre. Host. in capit. primo. quod met. cau. vbi dicit quòd moniales sunt in quasi possessione sororis professæ quòd releuantur ab onere probandi. And. Barba.

d Diffinitiua. Vide quæ notaui ad Bal. in l. post sententiã præalleg. & in l. prima. C. si de momen. post. fue. app. An. Bar.

e C. primo. Et l. si seruus. C. quod cũ eo. & l. domus. ff. loca. Et est ratio, quia non est priuatus ciuili possessione, cum in ea non habeat contradictorem: vt ff. de vsufru. l. cuiuscunque. §. j.

f C. potuit. & per gloss. in l. secunda. C. de iur. emphy. & Cyn. quod autem sic fit interuersa possessio. dic vt in l. colonus. de vi & vi arma. & in l. prima. §. interdictum. ff. vti possi. per Bar. & infrà de prohi. feu. ali. in §. callidis. & dixi. C. loca. si quis conductionis tit.

g Dignum. Extrà not. quòd non oportet agentem probare quòd res quam petit, sit in rerum natura. ff. de lega. primo l. seruo leg. §. fi.

De contentione inter me & dominum de portione feu. fratris defuncti. Rub.

Et nota. circa materiam possessionum, quòd possessio quædam est naturalis, quædam ciuilis, quædam ciuilissima. vt dixi. in l. fin. C. de sacrosanctis ecclesijs. quædam naturaliter, quædam ciuiliter tenetur, quædam vtroque modo, vt quando voluntas & actus concurrunt simul, quædam neutro modo, quando volũtas & actus abest: vt ff. si quis test. liber esse iuss. fuer. l. prima. §. Scæuola. Aliquando diuiditur per superius & inferius vt cum dicimus, iste possidet iure proprietario, & iste alius iure emphyteutico, seu libellario vel feudatario. Item in iurisdictionibus, & hoc dupliciter. Vel per species, vel per gradus. vt iste est in quasi possessione meri imperij, iste mixti & iste meræ iurisdictionis. Item iste est in primo gradu iurisdictionis, iste minoris, iste minimæ: vt C. de pedag. iudic. l. placet. & not. per modernos in l. vlti. ff. vti possid. Item quædam possessio est instrumentalis, vt quando quis possidet pro alio. Quædam propria & substantialis. vt quando pro seipso: vt l. prima. C. si per vim vel
a alio modo. & hoc in nigro. a hæ possessiones habent sibi deputata commoda, secũdum suas qualitates & terminos. hoc præmisso sequitur textus.

ADDITIO.

a Nigro. Item in corporalibus potentię loco possessionum habentur si non habent obiectionem obstatiuam secundum materiam subiacentem & patientem sibi.

1 ☞ *Confiteri uel negare substantiam facti, uel qualitatem sunt diuersa.*

2 *Sententiatum non dicitur de eo, de quo non est cogitatum.*

3 *Testibus affirmantibus an magis creditur, quàm negantibus.*



SI contentio. Diuide in duas partes. In prima parte frater superstes partem feudi recipit, quã possidet vel alienauit de feudo de quo est contentio. In secunda parte, nullam recipit partem, vel nullam possidet per se, vel per alium. Secunda ibi si verò nullam. Casus summarius. Fratri superstiti defertur iusiurandum, si partem habeat in eo feudo de quo est contentio inter eum & dominum, sed si nullam partem habet datur domino. hoc dicit. Casus in terminis. Ego & frater meus feudum paternum diuisimus, frater meus decessit sine hærede, contentio est inter me & dominum de portione feudi fratris mei, quia dominus dicit nouum, ego paternum: quæritur quis obtinere debeat. Respondeo, si possideo partem meam, vel alienam, mihi defertur iusiurandum, & obtinere debeo: sed si nullam habeo partem de eo feudo, domino defertur iusiurandum, eius tamen iuramentum mihi non nocet in alio feudo, quod ab eo possideo sine controuersia. hoc dicit. Ibi. Partem. scilicet per nouam inuesituram. Pe. hic erat allegatio domini qui dicebat. tu frater superstes habuisti partẽ tuam per nouã inuestiturã. Sed frater cõfitebatur inuestiturã, sed non eius qualitatẽ: imò dicebat quòd

Source : BIU Cujas

ꝙ deſcendat ex veteri. *Poſſideat.* ſ. partẽ in hoc feudo. Ia. *Siue alienauit.* i. feudum alij conceſsit qđ licet. & ille gerit imaginẽ meam. Et no. quòd ita prodeſt imago, ſicut ipſa ſubſtantia. *Patrem meum.* accipe largè, id eſt progenitorẽ. *Non poſſideam.* ſed petam. Et ſic no. ratione poſſeſsionis partis præſumi totum integrale. facit quod no. in l. vxori. de le. iij. *Habuero.* vel alius meo nomine. Iacob. Petr. nec mihi nec domino, quia quando nulla cauſa neutri litigatorum defertur iuſiurandum. *Domino.* ſubaudi dabitur iuſiurandum cum xij. ſacramentalibus. & hoc quia vaſallus habet præſumptionem pro ſe ex confeſsione domini, qui confitetur in feudum datum, quamuis contendat feudum nouum eſſe: vt ſuprà titulo primo, in princ. ibi cæterum &c. Pet. de Cer. Aliud omnino diuerſum: quia ſeparatorum ſeparata eſt ratio: vt l. fi. de cal. Vel dic aliam partem meam illius feud. vt not. ſuprà de ſucceſſ. feud. cap. j. in gloſſ. ſcilicet tota. in fine. gloſſ. Pet. de Cer. Opp. dicitur in litera quòd etiam ſi alienaui meam partem quòd nihilominus defertur mihi iuſiurandum. Contrà, quia iuramentum defertur poſsidenti & ratione poſſeſsionis: vt ſuprà, tit. j. circa prin. Sol. tribus modis ſecundum gl. Primò ſic alienaui. id eſt, in alium tranſtuli detentione quòd per eum poſsideo & ſecundum hoc concor. Vel dic, Aut eſt contentio de feudo, & defertur iuramentum poſsidenti vt in contrario. Aut de qualitate feudi, & defertur agnato. vt hic poſsideat vel non, vt ſi de feudo fuerit contro. capit. primo. Vel dic tertiò quòd *pro poſſeſſore* cenſetur, quia cambium vel pretium habet. vt dixi ſuprà

1 Iacobus de Bel. † *Exprædictis* ſume argu. quòd aliud eſt confiteri vel negare ſubſtantiam facti, aliud qualitatẽ eius. Caue tibi, quia feudum nouum, & antiquum differunt ſubſtantia: quia nouum ſubſtantia factum, ſed antiquum non. Item ſume argu. quod ſuper parte lata ſententia, non facit in aliqua parte de qua non eſt litigatum, nam ſententia debet reſtringi ad libellũ. vt no. in l. in hac. ff. de tritico. facit l. vt fundus. ff. communi diui. l. fina. C. de fideicommiſ. lib. not.

2 in l. vinum. ff. ſi certũ peta. † Item de quo non eſt quæſitũ non dicitur iudicatum: vt ff. de condictio. inde. l. fina. in fi. Itẽ collige ar. quòd ſuper eo de quo non dubitatur, non eſt pronunciandum ſic. ff. de vſufruct. l. cuiuſcunque. §. ſi fundum. Dicit Innocen. quòd ſententia debet ferri ſuper dubio, non ſuper eo de quo non dubitatur. de æta. & qualita. capit. cum bonæ. Item ſume argum. quòd ex coniectura defertur iuramentum ſic. ff. de iureiurando. l. ſi duo patroni. in principio. Aliquando contingit quòd ratione fauoris adiuncti paritas reducitur ad imparitatem: vt ff. de manu. l. lege Iulia. quæ

a lex eſt ad hoc multum not.[a] Item videmus aliquando hîc plus credi neganti. Aliquando plus affirmanti: & hoc in i-

3 pſis litigatoribus. † Sed in teſtibus dic, Aut concludenter hincinde deponunt, & creditur magis idoneis. Aut non ita concludenter vel minus credibiliter, & tunc creditur ma-

b gis affirmantibus[b] cum ratione concludenti, quàm negantibus qui non poſſunt ita percipere veritatem. vt not. Cyn. in l. ſecunda. C. de erro. aduo. ibi videas. & ff. de arbi. l. diem proferre. §. ſi plures. in gloſſa ordinaria. & quod not. in l. prima. §. primo ff. de itine. actúq; priuato. tamen illa gloſſ. ſcilicet quæ loquitur de negatiua quæ valde difficulter cadit in

c notitiam teſtis non approbatur ibi per Dyn.[c]

ADDITIONES.

a Multum not. Vide Bal. in ca. domino guerram. infrà, hîc fini. l. inci. con. vbi allegat illum tex. ſingu. And. Barba.

b Affirmantibus. Nota iſtud, quòd affirmantes teſtes præferũtur negantibus teſtibus. Vide quæ notaui ad text. in dicto §. ſi plures, & limita niſi deponerent de peritia, & negantes eſſent peritiores, quia eſſent præferendi. vt notabiliter tenet Spec. in titu. de homici. §. j. verſi. ſed pone A. vulnerauit B, vbi dicit etiam ſi peritiores eſſent in pauciori numero. Et vide eundem tit. de proba. §. fin. verſic. hoc quoq;. Et vide Bal. in l. data opera. C. qui accu. non poſſ. vbi allegat gloſſ. ſingu. lxxxj. di. c. clericorum. vbi teſtes negantes præferuntur affirmantibus fauore liberationis Et vide Bal. ſuprà qui. mod. feud. amitt. in c. j. Item niſi illa negatiua caderet in ſenſum teſtis, ita dicit ſe de facto obtinuiſſe Bar. in conſi. inci. e eemoſina, accuſauit & ibi inſeruit conſilium Cy. hoc idem tenentis. Vide Nico. de Nea. in l. j ff. de ven. inſpi. vbi allegat dictum Old. & ego notaui in text. meo. Vide Ang. in l. teſtium. C. de teſt. vbi dicit ſi volo probare memoriam non extare, & alij teſtes probent cõtrarium, quod ſtabitur affirmantibus etiam ſi ſint pauciores. allegat Inn. in c. quid per nouale. de verb. ſign. And. Bar.

c Per Dyn. Extrà no. quòd non eſt recurrendum ad teſtem pro intentione, quia verba prolata ſufficiunt. & quidem nullũ eſt maius mentis teſtimonium quàm qualitas inſpecta verborum vt not. ff. de acquir. hæreditate. l. recuſari.

De alienatione feudi. Rubr.

1 ☞ *Feudũ poteſt alienari pro parte per libellũ, ſine voluntate dñi.*
2 *Vaſallus ſi ultra licitum alienauit perdit feudum, & alienatio non tenet.*
3 *Feudum poteſt concedi per priuatum, ad libellum in perpetuum.*
4 *Libelli natura eſt quòd concedatur in perpetuum.*
5 *Eccleſia eſt cultrix iuſtitiæ.*
6 *Hæres in materia feudorum ſignificat filium.*
7 *Libertas eccleſiaſtica non læditur per ſtatuta laicorum, quæ habent in ſe naturalem æquitatem & ciuilem.*
8 *Non valebit iſta clauſula an intelligatur ipſo iure.*
9 *Peccatum commiſſum in parte, an ſiciat perdere totum.*
10 *Eccleſia an poſſit cadere à libello ſibi conceſſo propter canonem non ſolutum.*
11 *Feudi paterni alienatio an poſſit fieri in quoſcunque agnatos.*
12 *Venditionis appellatione quid ueniat.*
13 *Clauſula iſta ſic uolo, ſic iubeo, uniuerſalis, tenaciter inhærere iubet.*

SI clientulus. Diuide §. vſque in fi. in quatuor partes. Primò quæ alienatio & ad quẽ modum ſit permiſſa. Secundò cui poſsit fieri alienatio. Tertiò de effectu alienationis quando ſine voluntate domini facta eſt alienatio, & quando cum voluntate, & quando proximo agnato facta eſt alienatio. Quartò de ſucceſsione feudi marchiæ & comitatus quando locum habeat. Secunda ibi, vnde poteſt. tertia ibi, & ſi clientulus. Quarta ibi, in §. in feud. Vaſallus hoc iure poteſt etiam ſine voluntate domini feudum alienare ad libellum vſq; in medietatem, & nõ in plus: & non per alium contractum & non eccleſijs in perpetuũ ſed priuato ſic. & tunc reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris. Sed voluntate domini facta alienatio, vel proximo agnato, manet ſtabilis omni tempore. In feudo autẽ marchiæ & comitatus non eſt ſucceſsio. Contrarium tamen vſurpatum eſt. h. d. Caſus. Vaſallus vult feudum alienare, quæritur an poſsit & qualiter. Reſpondetur ꝙ poteſt alienare pro parte dimidia, & ad libellum tantum, etiam ſine domini voluntate iure iſto. Sed per Loth. Imperatorem non poteſt fieri alienatio pro aliqua parte modo aliquo. Sed ſecundum Mediolanenſes alienari poteſt etiam totum ſine domini voluntate. h. d. vſque ad §. idem poteſt. Iac. Bel.

1 † No. quòd pars feudi poteſt alienari a per libellum etiã ſi-

a ne domini voluntate. Et dicitur hic libellus contractus emphyteuticus in perpetuum celebratus. quod tamen reſtringitur, id eſt, quandiu durat ius alienandi. vt patet hîc. & de legat. ij. l. peto. §. prædium. & not. eo. ti. l. cum pater. in priu. & patet. ff. de pig. l. lex vectigali. quia poteſtas certis finibus limitata non egreditur limitantem materiam: vt C. de legi. l. vxor patrui. & ff. de contrahen. emp. l. qui tabernas. Et pro hoc illud totum generale. & reſoluto iure datoris &c. Secundò nota quòd nomen patris ponitur pro medietate. & ſumus in materia conſuetudinis vel ſtatuti: & ideò te-

b nemini.[b] Adde quod no. ff. de leg j. l. ſerui electione. §. cum

2 fundus. † Tertiò nota quòd ſi vaſallus vltra licitum alienauit perdit feudum, & alienatio non ſubſiſtit. & ſic punitur effectus cum actu ſubſecuto, licet non ſit ſecutus effectus. Et dic feudum amittit, id eſt, partem feudi quam alienauit, non autem totum: vt infrà de vaſallo, qui contra conſtitutiones L otharij feudũ alienauit. capitulo primo. ſecundùm Dy. ſed ſecundùm Pet. de Cer. hodiè in totum priuatur. per Lotharium infrà de prohi. feud. alien. per Lothar. & per l. Fede. infra de proh. feu. alien. per Fe. c. j. ibi deuotione vaſalli coercenda. argu. l. j. in fine. ff. de penu lega. Tu dic quòd de rigore totum perdit ſed non de æquitate. Ratio

Source : BIU Cujas

quia nec poſſeſsionē alterius partis tradit. ff. de verb. ſignificat. l. alienatum. Quartò not. quòd hic ſic concedit libellum quòd nullum alium contractum concedit. Tu dic ſecundum P e. quòd etiam pignoris obligatio conceditur vſque ad dimidiam iure iſto: vt ſuprà quibus modis feud. amitt. c. j. §. rurſus. ſed hodiè nullo modo ſecundum Ia-
3 cob. † Item nota in verbo idem poteſt, quòd licitum eſt concedere feudum ad perpetuum libellum priuato, ſed nō eccleſiæ: & ratio redditur in litera, quia nunquam de facili reuertitur ad dominum cùm eccleſia & dominium eius nō poſsit mori. Adde & quia potentior: & alienatio non debet fieri in potentiorem, qui de facili facit ſe aduerſarium. ff. de verborum obligation. l. ſi ita quis. §. ea lege. per Accurſi. & hic per Iacobum Bel. ff. ſi quis cau. l. qui autem. ff. qui ſatisda. cogan. libro ſecundo. Nam etiam ex conueniendi difficultate eccleſia non cenſetur perſona idonea. quod not.
c in lege prima ff. ſi quis in ius vo. non ierit. per Accur.[c]
4 † Quintò not. quòd natura libelli eſt quòd ſit perpetuus: quia natura libelli eſt quòd communiter & regulariter conſtituatur in perpetuū, & ſic ſi in aliquo inſtrumento contineatur, quòd aliqua res ſit conceſſa ad libellum intelligitur perpetuò. quod eſt notandum. Vnde ſuper illo verbo perpetui libelli dicit Iacobus de Belu. de natura libelli eſt
5 quòd ſit perpetuum. † Sextò not. illa elegantia verba. eccleſia cultrix & auctrix iuſtitiæ non patitur contra iuſtitiam aliquid fieri in ſe vel in alterum. Et no. in alterum, quòd eccleſia eſt vltimum & ſupremum refugium oppreſſorum. vt
d in capitulo nouit. de iudic. Septimò not. d quòd priuatus
6 ſæpè obuiat iuſtitiæ. † Octauò not. in ver. & ſi clientulus. quòd verbum ſine hærede interpretatur in feudo, id eſt, ſine filio maſculo nec alibi eſt tex. clarior in iure & nomen filij ponitur pro quolibet deſcendente ex maſculina linea. Et adde quod not. ff. ad Trebellianum. in l. ex facto. §. finali. Et ratio eſt non ſolum natura feudi, ſed quia hęres ponitur in conditione: ſcilicet quòd reuertatur feudum, ſi vaſallus ſine hærede deceſſerit. & niſi intelligeretur de filio, iſta conditio nunquam eſſet extitura: quia ſaltem fiſcus ſupereſt. vt
e ibi not. [e] Nonò not. in verb. ſi verò domini. text. valdè notabilem quòd illud quod dicitur reſoluto iure datoris & cætera. fallit in duobus caſib. Primò qñ fit cum dñi voluntate & ſic no. ꝓpter dñi voluntatē contractū extendi. Secundò fallit ſi alienatio eſt facta in filiū vel fratrē, ad quē ipſa ſucceſsio feudi erat puentura & iam fine aliqua alienatione. nā tūc ſtabilis pſeuerat: vt infrà de alie. feu. pater. & dic vt ibi. vn de Iacobus Belu. ſuper illo verbo ad dominum. ſic poſtillat, ſubaudi niſi in duobus caſibus qui ſequūtur &c. ſi verò &c. ibi alienatio etiam erat facta vaſallo mortuo ſine hærede. Iac. *Fratri uerò uel nepoti.* Nota verbum ibi nepoti, id eſt fratris filio, hoc eſt, ſi fiat alienatio agnato qui aliàs ſuccederet in feudum. Iacob. *Per libellum.* Nota hîc verbum nihil operari: quia in qualibet alienatione ſecundum doct. facta. ſci-
f licet, in totum vel in parte [f] Iacob. Vltimò no. in §. in feudo. & collige quòd ir rationabilis conſuetudo valet, id eſt, quæ eſt contra iuris apices. quæ tamen non continet in ſe peccatum. Quæro quæ ratio potuit mouere Mediolanen. Reſpondeo, natura libelli, quia perpetuum. tamen errauerunt
7 quia contra naturam feudi. † Quæro nonne quod hic ſtatuitur eſt cōtra eccleſiaſticam libertatem. Reſpondeo, non, quia habet in ſe ciuilem & naturalem rationem. quod tenemenți. Item hîc ſtatuebant laici & ſuper re ſua durante ſuo reſpectu proprietatis. ideò poterant imponere legem quā vellent. & ſic non eſt contra iura eccleſiarum quod eſt no.
8 † Quæro dicitur hîc quòd non valebit. quomodo hoc intelligitur. Reſpondeo, ipſo iure alibi dicitur non valere quòd venit caſſandum. vt no. in cap. eccleſia veſtra. de elect.
9 in nouella. † Quæro vtrum propter peccatum partis perdatur totum. Reſpondeo, ſi peccatum in perſona, perditur totum: ſi in re pars: vt ff. de dona. l. quidam in iure. §. final, & ibi per Bartol. In gloſſ. habes iſta notare. Primò qualiter, & quatenus extendatur nomen hæredis. Secundò an licitè factum reſcindatur. Tertiò de authoritate & conſenſu domini. Quartò de prærogatiua agnatorum. & quę ſit ra-
10 tio. facit C. de fideic. l. voluntas. † Quæro [g] nunquid eccleg ſia poſsit cadere à libello ſibi conceſſo propter canonem non ſolutum. Et videtur non: vt C. de ſac. ſan. eccl. l. placet. contrarium dico quia iſta reſolutio ineſt ex natura contractus: vt ff. loca. l. quæro. §. inter locatorem. Non obſt. l. pla-
h cet. quia aliud eſt in tributo [h] quod venit ex diſpoſitione legis: aliud in canone quæ venit ex natura contractus. aliàs eccleſia poſſet rem retinere & penſionem de facto non ſoluere quod eſt falſum: quia eccleſia debet colere iuſtitiam. vt hîc. Quid ergo eſt quod hîc dicitur quod eccleſia non poteſt concedi, quia non poteſt reſignare. Reſpondeo, hoc debet eccleſia non implenre ex parte ſua quod debet implere. tamen Iac. de Bel. videtur quòd ratio quæ hic ponitur parum concludat. Item ait quòd etiam litera non dicit verum in laicis. Idem ait in ciuirate quod in eccleſia. Et adde quòd idem Iacobus colligit hic multa notabilia quæ pro maiori parte ſuprà recitaui, videlicet q reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris. Secūdò q in feu. hęres accipitur ꝑ filio. Itē ſi vaſallus alienat feudum legitimè nō reuocatur in vita vaſalli. Item not. q ſi vaſallus alienat feudum legitimè & moritur ſuperſtite filio, reuerti poteſt ad filiū, non ad dñm. Item nota quòd alienare poteſt quis de conſenſu domini: & tunc domino conſentiente præiudicatur in totum & excluditur ab omni iure ſuo. Item not. quòd ſi vaſallus feudum alienauit de conſenſu domini non conſentienti-
i bus agnatis non nocet i agnatis, quod dic vt dixi, ſuprà de ſucceſ. feudi. capit. primo. dic vt ibi not. Iaco. Porrò iſta iam
11 per concluſiones declaraui in *dict.* §. primo. † Pro vberiori autem intellectu iſtius not. ver. fratri verò vel nepoti: reuoco in dubium vtrum beneficij paterni alienatio poſsit fieri inter quoſcunque agnatos, ideſt etiam remotiores, qui in feudo nō eſſent ſucceſſuri, nec poſtea ſucceſſerunt ex prima feudi conſiſtentia. Et iſta quæſtio fuit de facto: & audiui quòd quædam ſcilicet, collegia Bono. & Mediola. in conſulendo fuerunt præciſè contraria conſilia non vidi motiua, tamen tot doctorum debuerunt eſſe ſolennia. & quòd indiſtinctè valeat alienatio inter agnatos, videtur expreſſum. infrà de aliena. feu. pater. capit. primo. vbi talis eſt text. & licet inquit prohibeatur feudi alienatio, tamen inter agnatos ſi paternum fuit conceditur. Nec nimirum quia pietas naturalis exercetur. Sicut nos dicimus quòd valet teſtamentum inter liberos cuiuſque gradus. hic enim vt ita dixerim ipſi naturæ indulgetur. C. de teſta. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. ff. de iniuſto teſta. l. ſecunda. C. fami. er eiſ. l. fina. & ff. de leg. præſtan l. prima. § & generaliter. & ibi redditur ratio: ſcilicet in honorem ſanguinis. ff. de contra tab. l. ſi duobus. §. ſi prius. arg in ratione ſui. ff. de capi. dimi. l. tutelas. & in authen. de teſta. imper. § vlti. Ad idem facit text. noſter nam nomine fratris & nepotis. id eſt filij fratris vult hic denotare ipſam agnationem, non proximitatis gradum. vndè magis gratia exempli de fratre & nepote loquitur, quàm gratia reſtringendi. Tertiò iſtud videtur probari, quia tex. dicit quòd iſta alienatio eſt potius quædam reſutatio, quæ videtur fieri breui manu. videlicet ipſo domino, & ab ipſo domino ſtatim fieri collatio. ſimile habemus vbicunque duo actus interueniunt vnus verus, alter fictus: nam tunc tacitus actus occultatur quò ad verba: ineſt tamen quò ad iuris diſpoſitionem: vt ff. de dona. inter vi. & vxo. l. ſecunda. §. ſciendum. & ff. ſi certum petat. l. ſingularia. Porrò de effectu iſtius renuntiationis ſcribitur. ſuprà quib. mod. feud. amitt. §. rurſus. verſicu. vel poſtquā. Solida ergò videtur alienatio quæ de conſenſu ipſius vaſalli potioris: id eſt ipſius vaſalli renuntiantis & domini authoritate firmatur, nec enim videtur requiri conſenſus eorum qui ius non habent: vt ff. de adoptio. l. in adoptionibus. ff. de ven. inſpi. l. j. §. denunciari. ff. de aqua pluuia arcend. l. in diem. Præterea non videtur alienatum quod & ipſi agnationi conceſſum, quæ ſicut genus repræſentatur in quolibet ſuo ſubiecto: vt C. de fideicommiſſ. l. voluntas. vt C. de condition. l. ſi quis agere. § finali. & C. de imponenda lucratiua deſcriptione. lege prima, libro decimo. In contrarium videtur quia quoties legis intellect⁹ dubius eſt, ad naturalē rationē

recurren-

Source : BIU Cujas

recurrendū eſt, vt ff. de excuſ. tu. l. ſcire oportet. §. & ſi maximè. Et ad regulas iuris: vt no. ff. de regu. iuris. l. omnis diffinitio. Et ita ꝙ nō ſequatur intolerabilis abſurditas, vt diſputatur ff. de ne. ge. l. Pōpo. in negotijs. Sed abſurdū eſt, ꝙ alteri per alterū iniqua cōditio afferatur, vt ff. de iuris & facti igno. l. iniquiſsimū. Nullo enim iure cauetur ꝙ agnatus habeat ius prēferēdi vel eligēdi quē ex agnatis velit. Iſta enim iura gratificādi nūquā cōpetūt niſi à iure videātur eſſe cōceſſa. vt C. de ſecū. nup. l. fœminę. §. fi. ff. ad Sill. l. ſi qs in graui. §. ſi cū oīs. Nimirū quia hoc eſſet diſponere de iure tertij. qđ certè nemo pōt circa illius cōſenſum, vt C. loc. ſi cū Hermes. & C. de cōtrah. emp. l. dudū. Prēterea hoc ꝓbatur manifeſtè: nā refutatio nihil aliud eſt quā reſignatio in manu ſuperioris, ſed iſta reſignatio nō pōt fieri niſi eatenus quatenus ius cōpetit reaſsignāti vt ff. de contratab. l. ſi poſt mortē. §. fi. & ff. ſi ta. teſt. nullæ ext. l. j. §. fi. Itē iſta refutatio habet vim cuiuſdā ceſsionis vtilis dominij. Sed reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris qñ cauſa reſolutiōis naturalis eſt vt hīc ergò ruit iſta refutatio cū ſuis cōſequentijs ſtatim, ꝙ feudū debet eſſe apertū proximo agnato. ar. ff. de inoff. teſt. l. filio. §. cōtra tabulas. Itē nemo poteſt refutare in prēiudiciū tertij nō cōſentiētis: vt legitur & notatur ff. de pactis. l. ſi vnus. §. pactus. ver. eadem ratione. & §. fin. Sol. iſta refutatio tandiu valet, quandiu ſi facta nō eſſet, ſequens proximus agnatus nō ſuccederet. ſed defuncto renūciāte ſine hærede ad irritū recidit, & proximus vaſallus iure feudi paterni vocatur. hoc patet ex eo quod hic poſtulatur per Iac. Bel. & Pe. de Cer. & ꝙ eūdē Ia. infrà de proh. feu. alie. ꝙ Fede. poſt principiū. Sequitur ergo ꝙ in ꝑpetuū nō poſsit dari niſi ꝓximiori agnato. Hoc probatur certa rōne paria ſunt cedere agnatis, & cō cedere cōſentiētibus agnatis: vt C. de fidei. l. quoties. Sed cō ſenſus agnatorū ad quos beneficiū nō eſſet reuerſurū nō valet, ergo nec eorū receptio: vt patet in dicto ti. de alie. feud. pater. dū dicit ad quos beneficiū qñq; erat reuerſurū: vnde An. de Iſer. ibi ſic ait. Itē agnatus poterit dare alij agnato q rat ęquè proximior & qui debebat ſuccedere in illo feudo poſt mortē dātis. Et ita eſt intelligēdū: qa in prin. dicitur ad quos beneficiū quādoq; ſit reuerſurū, & qa ſm ordinē gradus defertur, vt in ca. j. infrà an ille qui interfecit fratrē dñi ſui hīc nō dicitur alienatio, ſed quędā refutatio quæ pōt fieri agnato ꝓximiori: vt in ti. per quos fiat inueſt. §. ſed & res. Io. de Faſo. de Piſ. in ſumma ſua ſic ait. Itē alienabit & vēdet vaſallus agnatis & cōſanguineis qui ſe mortuo eſſent in feudo ſucceſſuri: vt no. ſuprà de ſuc. feu. c. j. Odo. ſuper rubricella qui per vaſ. poſ. iur. feu. ven. ſic ait. Itē ſciēdū eſt ꝙ quædā ſunt perſonæ quibus vaſallus pōt feudū alienare, & vēdere. ſcilicet cohæredib⁹ per quos fiat inueſt. c. j. de vaſ. qui cōtra cōſti. Loth. c. alienatio. Iac. de dño Ardizo ſuper rubricella Agnatis pōt fieri alienatio ſine cōſenſu dñi ſic ait: & qđ ſuprà dictū eſt ꝙ vaſallus nō pōt alienare ſine cōſenſu dñi, ſubaudi extraneis: Agnatis em̄ pōt etiā nō cōſentiēte dño, qa tūc nō dicitur alienatio: vt in authē. de lit. §. j. & j. hīc inci. cō ſti. re. l. lex Corra. §. alienatio. & de cōtē. feu. §. pe. in fi. & infrà ti. explicit liber primus. §. noui verò, qa licet ꝓhibeatur extraneis nō tñ cōiūctis. C. de fidei. l. volutas. & de leg. iij. l. pater. §. qndecim. in auth. de nō alie. §. ſancim⁹. in fi. colla. ij. ſi qd in frau. patro. l. vnius, ff. de publi. l. licitatio. §. ſocij. Nā & aliàs rōne cognatiōis cōceditur, qđ aliàs nō cōcederetur. ff. de pac. l. in perſona. de priui. cre. l. j. ff. de leg. j. l. ſi dom⁹. §. q pecuniā. in fi. ff. de rei vē. l. q officiū. ff. de mino. l. ſi in emptiōe. C. nō licē. habi. metro. l. j. li. xj. arg. cōtrà. ff. de trāſ. l. cū hi. §. ſi vni. in authē. de alien. & emph. §. œconomus. coll. ix. de rebus eorum. l. ſi pupillorum. in princip. Iacob. de Aret. non ſoluit iſtud argment. contra. Sed tu dicas, ꝙ interdum prohibetur alienatio fauore cauſæ: puta fauore alimē torum. Interdum fauore perſonę: puta fauore minoris. Interdum fauore tertij. Interdum fauore publico. Interdum quia ita placet legislatori. Primo caſu nō pōt fieri alienatio etiā in cōſortē: vt in d. §. ſi vni. Siue ſit alienatio prohibita ſimpliciter, ſiue ſit data ei certa forma ea ſcilicet nō ſeruata. Secūdo caſu idē. nā ſi eſt abſolutio prohibita nequaquā ibi pōt teneri forma aliqua debita. vt in authē. de alie. & emph. §. ſanctiſsima. coll. ix. & de vſu. ꝓ emp. l. iij. in c. qa cōtingit. de relig. domi. ſalua authoritate Papæ in eccleſiaſticis cēſuris & Cęſaris in tēporalib⁹. qa tātæ celſitudini nō pōt lex imponi cui Deus & ipſas ſubiecit leges: vt in authē. de cōſul. & C. de legi. l. fi. ſi aūt eſt data certa forma tūc ea ſeruata & nō aliter: vt C. de iure fiſ. l. certa forma. Tertio caſu quando fauor tertij nō valet eo nō cōſentiēte. ff. de leg. ij, l. cum pater. §. libertis. Quarto caſu ſi eſt præciſa prohibitio, tunc nullo modo: vt C. de agri. & cenſi. l. quemadmodū. lib. xj. de leg. j. l. ſi quis inquilinos. §. fi. Si autē eſt data certa forma, tūc ea ſeruata & nō aliter: vt l. j. C. de præd. cur.

12 lib. x. †Et not. ꝙ nomē venditionis ſecundū legē xij. tab. erat nomen generale, & per hoc nominatū: & ideo nomine vēditionis cōprehendebatur omnis alienatio: vt ff. de ſtatuli be. l. ſtatuliberi à cæteris. §. Quintus. & l. j. ff. de rerū permu. & C. de cōtrah. emp. l. ij. ſed hodie diſtinguo. Aut eſt ꝓhibita vēditio abſolutè, & omnis alienatio intelligatur prohibita: vt no. in l. ij. C. de vſuc. pro emp. Aut eſt data certa forma in alienādo, & tunc nomine vēditionis non continentur alij cōtractus: qa nō procedūt per eaſdē cauſas. l. fi. C. de prædi. curi. li. x. ſed gl. ibi elegāter dicit, ꝙ aut nomē vēditiōis profertur in materia ſingulari, & contra ius cōmune, & tunc nō continentur alij contractus. Aut nō contra ius commune,

13 & tūc ſic tene mēti illā gl. †Quinto vero caſu qñ ſic volo ſic iubeo tenaciter verbis inhærere debes, quia nec reſtringere potes, nec addere: vt ff. qui & à qui. l. ꝓſpexit. & l. ſi verò. §. de viro. ff. ſo. ma. ꝙ eſt vtile ad ſtatuta terrarū quæ pro maiori parte cōſiſtunt magis, & ſic volo ſic iubeo quàm in modulari ratione. Et hęc ſufficiant in hoc c. notabili.

ADDITIONES.

a Alienati. Alienatio idē eſt ꝙ ſeparatio dominij à nobis. l. ſancimus. C. de re. alie. non alie. Et dicitur tribus modis, ſcilicet verè & propriè: vt cum transfertur dominium vel ius ſimile dominio: vt vſuſtruct. qui continet ſubſtantiam poſſeſsionis, & ideo eſt ſimilis dominio. vt C. de fur. l. manifeſtiſsimi. §. tales. in gl. magn. Secundo modo dicitur impropriè, vt in datione pignoris conuentionalis, ſed in prætorio non dicitur alienatio. ff. de legi. l. filius. §. idem princeps. Tertio modo largiſsimè & magis improprie. de lega. ij. l. Mæuius. §. penul. Item quādo quis tradit poſſeſsionem ſine titulo, retento ſibi pleno dominio non dicitur alienare. ff. de dona. l. Lucius. Item alienatio actiua eſt in noſtra poteſtate, & nobis imputatur, & non paſsiua, quia paſsiuæ paſsiones non ſunt in poteſtate paſsiuorum, niſi fingantur. ff. de condi. fur. l. & ideo. An vaſallus teneatur iurare domino de non alienando. gl. innuit quòd ſic, & vocat iſtud iuramentum contractus. j. quib. mod. feu. amit. in gl. quæ incipit, ſciens quod eſt verum, ſi eſt ſuſpectus alias ſecus. ff. de iudic. l. in omnibus. & C. de indic. viduitate. authen. cui relictū. Et vide ꝙ not. in l. ij. ff. ſolu. matrimo. per Dy.

b Tene menti. Not. in materia conſuetudinis partem appellari medietatem. Vide quæ notaui ad Bal. in l. ſenium. C. qui teſta. face. poſſ. quod limita niſi apponatur dictio aliqua bona. gl. in clemen. j. de foro cōpet. Vide text. in capitulo ſuper. de eo qui cog. & text. in cap. j. de frigidi. & malefic. Andr. Barba.

c Accur. In eum qui poteſt ſupplantare poſſeſsionem eccleſiæ, alienatio fieri non poteſt quia eſt aduerſarius aptitudine. argu. ff. de liber. & poſthu. l. quod dicitur.

d Septimò notatur. Vide Bar. conſi. lxxj in app. ex facto proponitur.

e Not. dicas. Aut res quæ conceditur eſt feudalis: aut eccleſiaſtica: aut quælibet alia res. Primo & ſecundo caſu, tunc nomine hæredis intelliguntur filij ex legitima vxore nati, & etiam nepotes vt in auth. de nō alie. §. emphyteuſis. colla. ij. In alijs autem nunc nomine hæredis omnes intelliguntur etiam extranei. ſic intelligitur l. eum qui. de ver. ſig. Et vide in c. nuper. de dona. inter vir. & vxo. vbi intelligitur tantum de filiis ex legitima vxore natis.

f Iac. Not. quòd ille qui iurat ſeruare has cōſuetudines non obligatur, ſi illa conſuetudo non eſt obligatoria. vt not. C. de vſu. l. eos.

g Quæro. Vide Bal. in l. placet. C. de ſacroſan. eccle. & quæ notaui hic in recollectis: & hanc partem tenet gl. in c. j. conſtitutus. de reli. do. ſed contrarium ibi tenet do. Aut. poſt Io. vide ibi. And. Barba.

h Tributo. not. Aliud in tributo: aliud in canone, quod bene notabis pro intellectu. l. quicunque. de apo. pu. lib. x.

i §. j. nota quòd eccleſia non debet beneficiemeo ſibi conceſſo gaudere me inuito, quia ita iſta eſſet vſurpatio, & ſaperet tyrannidem vt hic. ergo laici poſſunt imponere legem rei ſuæ etiam contra clericos & eccleſias. Nunquid ergo valeat ſtatutum laicorum quòd eccleſia acquirens de nouo à poſſeſſore laicorum teneatur ſoluere collectas impoſitas, & imponendas pro ipſis prædiis ſtatuēdo quòd ipſa prædia ex nūc ſint obligata pro ipſis collectis. dicit Bar. ꝙ nō, qa collecta eſt munus extraordinariū, ꝙ eiues non poſſunt imponere niſi pro ſuis neceſsitatibus, & niſi pro ſuis ſubditis de mune. & ho. l. reſcripto. §. fi. & no. in l. j.

Source : BIU Cujas

§.quibus.quod cuiuſque vni. nom.C.de epiſc.& cle.l.de his.& authen. item nulla communitas,niſi alienatio fiat in fraudem.C. de ſacroſanc. eccleſ.l.quæ ſub prætextu.ſecundum Bart.in conſilijs. Si transferatur in eccleſia dominium etiam fraude interueniente, non poteſt eccleſiæ imponi collecta cum non ſit ſubdita,ſed aget fiſcus ad intereſſe coram epiſcopo inſtit.de act.§.item ſi quis in fraudem. ſed ſi per ſtatutum fiſcus ſibi reſeruat dominium, & poſſeſsionem pro collectis tũc poterit in rem ipſam ſibi ius dicere.argu.huius literæ:ſed cum collecta ſit munus patrimoniale conſiderata reali & finali cauſa,quare non poteſt imponi niſi municipibus Reſpondeo,quia eſt munus municipale &extraordinarium, & ideo ſolus princeps imponit omnibus & non ciuitates vel oppida ſecundum Bar.niſi habeant hoc ex priuilegio,vel ex cõſuetudine,vel ex pace conſtantiæ.Item not.quòd ſi vaſallus feudum alienat legitimè, & moritur ſuperſtite filio, reuerti poteſt ad filium non ad dominum:vt ſuprà dixi.

De feud. marchiæ, ducatus, & comitatus. Rubrica.

1 *Ciuitates eccleſiæ cuius ſint.*
2 *Iuriſdictiones an poßint uendi.*
3 *Regales dignitates à quo conferri poßint.*
4 *Feudum reuertitur ad cohæredes deſcendentibus ſine hærede mortuis.*
5 *Conſobrini qui ſint.*
6 *Agnati uſque ad quem gradum ſuccedant in feudis.*
7 *Emphyteuſis eccleſiaſtica an tranſeat ad hæredes.*

Quare feudum datum eo pacto, ne tranſeat ad hæredẽ ipſo iure non tranſit & ſecus in ſeruitute prædiali.l.meta.§. quidam.de ali.& cib. leg.per Accur. Reſpondeo,in ſeruitutibus non interuenit actus retro ſimilis traditionis libertatis:ſed in feudo eſt propter ipſius feudi naturã ex pacto natam quia perſona ea eſt propter pactum.

DE marchia. Diuide capitulũ in duas partes. Primò de ſucceſsione feudi dignitatem habentis quando locum habeat. Secundò de ſucceſsione aliorũ feudorum.prima vſque ad §.capitanei.ibi ſecunda vſque ad finem. Et totus titulus breuiter hoc dicat. Nemo poteſt gladij poteſtatem ſibi datam in aliũ transferre, niſi expreſsè dicatur ſibi & ſucceſſoribus ſuis: vt ff.de regu.iur.l. nemo poteſt gladij. niſi quia vſurpatum eſt in feudis.hoc dicit. Caſus.breuiter dantur duæ regulæ.Prima eſt, quòd in feudis dignitatum non ſuccedit hæres, niſi ſit inueſtitus. Secunda regula eſt, in alijs feudis ſuccedunt filij & nepotes.& filijs vel nepotibus defunctis, ſiue decedentibus ſuccedunt eis frater, & nepotes, quinimò conſobrini. hoc dicit.Sed quæ eſt ratio quòd in dignitatibus non ſuccedit hæres. Reſpondeo, quia omnia iſta feuda ſunt publica ex regali munificentia prouenientia:vt in authen. de exhib. re.§.obtinet. colla.v.& facilius & citius reuertuntur ad ius primum.ff.de li.& poſt.l.filio.& perinde habentur ac ſi nunquam fuiſſent ſeparata.argu.de leg.ij.l.Lucius.in prin.nec ex parte regum nouum dominium acquiritur: ſed fertilior eſt annus. ergò iſtæ dignitates cum iuriſdictione ſunt iura reipublicæ & apud ipſam rempublicam. & ſicut radij ſolis nõ poſſunt ſeparari à ſole, ſic iuriſdictio non poteſt ſeparari à
1 rep.vnde orta eſt & cuius cauſa vigorem ſuum obtinet.† Et dicit Inno.cuius eſt ciuitas eccleſiæ. Reſpondetur eccleſiæ:
2 imò magis ciuium cuius eſt ciuitas Bononienſis. [a] eccleſiæ imò magis Bononienſium: quia eccleſia nihil habet ibi authoritatis,niſi tanquam reſpu.cuius reipu.imaginem & nomen gerit.Item quæritur cuius eſt ciuitas Senarum.Reſpõ. Cæſaris: imò magis Senenſium. nam reſpu. fiſcus & princeps præſupponuntur quaſi pro eodem:vt not.C.de ſer.fu. l.pe.cum ſi.Reſpub.eſt ſicut viuacitas ſenſuum.Fiſcus eſt rei pub.ſtomachus ſaccus,& firmitudo. Vnde Imperator quaſi tyrannus eſſet,ſi non tanquàm reſpu.gereret ſe.& multi alij reges qui priuatæ ſuæ vtilitati negotiantur: quia prædo eſt qui non vtilitati domini,ſed propriè ſtudet.ff.de nego. geſt l.ſi pupilli.§.ij.& hoc not.Inno.extrà de religi. do.c.cum venerabilis.vbi etiam videas poſt eum per Io.And.in nouel.& facit quod no.C.de ſac.ſan.eccle.l.neminẽ. per gloſſ. & Cy.
2 † Cum ergò dignitas ſit proprium munus & decus totius vniuerſitatis,ideò nemo priuatus in alium priuatum tranſmittere poteſt,hac ratione nec vendi poſſunt iuriſdictiones vt in authent.vt iudi.ſine quoquo ſuf.§.cogitatio. Dicit Sal luſtius quòd nõ ſine periculo emitur ab vno quod multitudinis,ſed eſt hodie vſurpatum:nam in multis locis dignitates & iuriſdictiones venduntur,tanquàm hæreditarium pecus & ouile:vt ſuprà titu.j.§.in feudo comitatus. Et adde q̃
3 no.Arch.vij.q.ij.§.item obijcitur. † Et not.hic quòd collationes regalium dignitatum pertinent ad Imperatorem:ſed papa quantum poteſt vſurpat ad ſe.Item no. quod dicit ſuprà tit.§. in feudum.quòd in regalibus dignitatibus quantum ad ſucceſsionem ſeruanda eſt conſuetudo quod eſt fi-
b xè tenendum menti.[b] Quia frequens & frequentiſsima eſt mors dominorum & regum. Item no. quòd iſtæ tres dignitates ſunt regales marchia, ducatus,& comitatus. Not. hic in §.capitanei.tex.alternatiuè ibi dum dicit filij vel nepotes &c,quod expone vt inſtit.de hæred.quæ ab inte. defe.§.cũ
4 filijs. † Secundò not.quòd mortuis ſine hærede deſcendentibus qui feudum poſsidebant retrocedit feudum ad cohæredes,& quidam dicũt vſque ad quartum gradum, quidam vſque ad ſeptimum,quidam in infinitum, beneficio inueſtituræ primi parentis reſpectu cuius omnes iſti ſunt deſcendentes. hoc tenet hic Iaco. de Bel. ſed communiter tenetur quòd vſque ad ſeptimum gradum,quoniam feudum reuertitur ad iam derelictos.ar.C.de do.l.ſi auia.& C. de ſecund.
5 nupt.l.in quibus. † Vlterius not. mirabile verbum, vbi per inueſtituram patris:quia propriè loquendo illud quod quã doque in feudis appellatur ius accreſcendi, magis propriè dicitur ius inueſtituræ primi parẽtis,quod ſic vel ſic deſcen
c dit.[c] Vlterius not. quòd conſobrini vocantur hic patrueles. nam hoc eſt ſecundum communem vſum loquendi & maximè ruſticorum qui vſus loquendi maximè attenditur
6 in iure conſuetudinario. † Item opp.ad finẽ huius cap.quia gloſſ. tenet, quòd agnati ſuccedebant olim vſque ad ſeptimum gradũ,hodie in infinitum: hoc videtur falſum in collateralibus:vt ſuprà qui feudum da.poſſunt.§.hoc quoque. Sol.poteſt ſaluari gloſſ. ſic, Aut feudum de acquirente fecit tranſitum ad deſcendentes ex eo, & tunc tranſit ad deſcendentes in infinitum.infrà ſi va.feu.pri.c.j.vbi eſt tex.notabilis & etiam ad tranſuerſales deſcendentium. Sed ad tranſuerſales acquirentium regulariter non: vt infrà de gradib. ſuc.in feud.§.ſi cum Titij.& infrà de natu.ſuc.feu.§.ſi. Aut de acquirente primordiali fecit tranſitum ad collaterales,
d vel ex pacto, [d] vel ex alijs cauſis quibus poteſt: vt infrà de bene.fra. c.j. & tunc nõ progreditur vltra ſeptimum gradũ: vt d.§ hoc quoque. Iac. de Bel.& hoc quando feudum vacat per mortem. Sed ſi per delictum dic vt infrà,ſi de feud. fue.contro.c.ſi vaſal.culpam,quod not. valde quia poſsibile eſt quotidie accidere in ſucceſsionibus illuſtriũ Comitum & Baronum,qui ab imperatoribus habuerunt feudum iam ſunt quingenti anni,quòd mortuo vltimo comite ſine hærede,ſuccedunt quicunq; agnati etiã ſi'in centeſimo ſint gradu quia feudum eſt paternum. Et idem in regno ſeu regum ſucceſsione dicendum eſt,quia ſi moreretur tota domus regia,& extaret vnus de ſanguine antiquo:puta de domo Borbonæ & non eſſet alius proximior, eſto quòd eſſet milleſimo gradu.tamen iure ſanguinis & perpetuę conſuetudinis ſuccederet in regno Francorum. Et hoc eſt inductum non obſtante quòd in alijs ſucceſsionibus poſt decimum gradum admittatur fiſcus de iure cõmuni: tamen in regno nõ poteſt ſuccedere fiſc', ſed ipſe ſanguis qui perpetuus eſt. Sed ſi teneremus aliam opi.deberemus dicere,quòd poſt ſeptimum vacaret ſucceſsio: & ſic pares regni deberent eligere nouum regem, & iſtud verum quando conſuetudo prouidet perpetuando gradum.Sed ſecundum naturam meram feudorũ.ſecus Io.Faſo.in ſumma ſua ti.qui ſuc.in feu.ſic ait: ſed quæritur vſq; ad quẽ gradũ extendatur ſucceſsio feudi.

Si dictum

Si dictum eſt in ſucceſsione de gradu quarto, ſeruabitur quod eſt actum. Si nihil eſt actum. diſtingue, vtrum beneficium peruenerit ad venientes ex latere, & tunc moderno tempore vſque ad ſeptimum gradum. Sed ſi ad deſcendentes, & tunc ſiue ſit antiquum ſiue nouum vadit in infinitum qui feud.da. poſſunt. capitulo primo. §. hocquoque. Sed Iacob. de Rau. in ſumma ſua dicit, quia etiam venientes
7 ex latere ſuccedunt hodie in infinitum. † Sicut hodie gradus ſuccedẽdi in emphyteuſi eccleſiaſtica poteſt in infinitũ extendi, ad eandem qualitatem hæredum: ſcilicet liberorum ſi hoc in pacto caueatur expreſsè. aliàs non, ſed in feu-
c do laicorum tacitè intelligitur in infinitum.[c] Vlterius not. q̃ hîc dicit fratres, & poſteà addit ad conſobrinos. ergo pro priè loquendo, ſi nomen fratris profertur ſine adiuncto, nõ
f comprehendit conſobrinos.[f] & ideò ſi ſtatutum dicit q̃ frater excludat ſororem, non intelligitur quòd frater conſobri
g nus excludat ſororem conſobrinam.[g] imo videtur caſus omiſſus à ſtatuto, & fuit quæſtio ſatis trutinata in qua ego conſului pro parte iſta: quidam alius conſuluit pro parte cõtraria & malè.

Si duo fratres. Planus eſt iſte §. & not. q̃ plus operatur pactum quàm lex & tenacius eſt, & magis ſtabile. Gloſſ. poſita ſuper iſto §. colligit multa brocar. quæ ſtudioſus ſtudeat per ſeipſum quæ ſatis groſsè proſequitur hîc Iac. Bel. & Pet. de Cer. qui tanquã doctores boni antiqui multũ delectantur in brocardis quorum à principio fuit author dominus Pyn. de medicina in ſuo libello diſputario. Et not. in iſto §. quòd hîc erant tres coniunctiones ſanguinis, verborum, & rei, tamen in nouo feudo non habet locum ius accreſcendi, nec in ſucceſſoriũ. & eſt ratio quia feudum reſpicit ſolũmodo ſuum ſtipitem.

ADDITIONES.

a Ciuitas Bnonien. Tu vide quæ latè dixi in c. ſi diligenti. de præſcr. And. Barba.

b Menti. & vide xij. q. ij. cum deuotiſsimam. & extrà de voto licet. & de ſupplen. neg. præla. c grandi. lib. vj. & viij. q. j. Moyſes. cum ibi not. xc. di. legimus.

c Deſcendit. Facit quod no. ſuprà qui feu. da. poſſ. c. j. §. decedẽti. in q. Vtrum frater fratri ſuccedat in feudo.

Inueſtitura Diuide capitulũ in quinque partes. Primò quid ſit inueſtitura, & coram quibus debeat fieri. Secundò qualiter probatur inueſtitura domino poſsidente. Tertiò qualiter probetur vaſallo poſsidẽte, vel quaſi. Quartò qualiter probetur ſi dominus non habet pares. Quintò quo iure probentur pacta in feudis apposita præter propriam naturam vſus. prima pars durat vſque ad §. ſi enim. ſecunda vſque ad §. ſi verò vaſallus. tertia vſque ad §. ſi verè inueſtitura. quarta vſq; ad §. prętereà. ibi quinta vſque in fin. Vſque ad §. ſi enim. determinatur quid ſit inueſtitura. Et quidem inueſtitura, alia propria, vt poſſeſsio. alia abuſiua, vt quando haſta vel aliud corporeum porrigi-
a tur vaſallo à domino pro inueſtiturę.[a] Secundò dicitur coram quibus debeat fieri hæc inueſtitura. Et quidem fieri debet coram paribus domini duobus ſaltem, non coram alijs. Sed quidam cõtrarium dixerunt. h. d. In text. ibi, *Poſſeſsio.*
b ſcilicet rei feudalis traditæ[b] à domino vaſallo. Ia. †Colli-
1 ge hîc quòd firmius eſt quod eſt traditione ſubnixum, quã
c ſimplex verbum.[c] ff. de pact. l. diuiſionis placitum. & no per
2 Iac. de Are. C. de lega. l. non dubium. in fi. †*Abuſiua.* No. hîc de duplici inueſtitura. ſcilicet de abuſiua quæ non conſiſtit in ſubſtantia poſſeſsionis, ſed in quodam præambulo ſiue ſigno. Nam vt eleganter ait Innoc. per talem inueſtituram ſi poſſeſſor velit poſſeſsionem transferre, tamen non tranſfert eam. de his quæ fi. à ma. parte ca. c. ex ore. in nouel. & extrà de inſti. c. authoritate. vbi de hoc & nota hęc extrà de cõſti. c. cũ M. Ferrarienſis. circa fi. in nouel. & per Inno. in c. ex literis. de conſue. & in l. minus inſtructus. C. de acquirẽ. poſ-
3 ſeſsio. per Cyn. & ff. eo. per Barto. in l. prædia. †Extrà not. quòd iſta materia facit ad quæſtionẽ: vtrum emptor cui nõ dum res eſt tradita poſsit pro ſuo intereſſe opponere ſe ne tertius in poſſeſsionem mittatur. & dic quòd non. vt no. Ia. Butr. C. de fur. l. manifeſtiſsimi. & l. is cui. ff. de furtis. cum ſimi. & ff. de dona. l. ad eum. §. final. Non ergo dat veram poſ
d ſeſsionem inueſtitura extrà rẽ corporalem facta[d] Sed per talem inueſtituram fingitur ei dare licentiam propria authoritate apprehẽdẽdi ipſam. vt ipſe no. extrà de cõſue. c. ex parte. Tamen ſecundum quoſdam ſpeciale eſt in eccle. per tex. illius capituli. vt per inueſtituram transferatur poſſeſsio. Sed hoc legiſtæ non concederent: quia poſſeſsio facti exiſtit & animi. vt ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſſ. fue. l. prima. §. Scæuola. & no. in l. fi. C. de ſacroſan. eccl. niſi talis inueſtitura fieret apud rem ipſam. ff. de contrahen. emptio. l. clauibus. quę inueſtitura videtur fieri etiam per traditionem inſtrumentorum. vt C. de donat. l. prima. & Cyn. in l. traditionibus. de pact. Nam nec in fiſcum tranſfertur poſſeſsio, niſi apprehenſa,

Source : BIU Cujas

henſa.vt not.ff.pro ſocio.l.cum duobus.§.idem reſpondit. C.de ſacroſanctis eccleſiis.l.vt inter diuinum.in fin. & C.de bon. vacan. libro decimo. Hinc eſt quòd bonorum vacantium fiſcus habet proprietatem,& non poſſeſsionem, antequam apprehendat. Et ratio eſt quia ſeparata eſt cauſa dominij & poſſeſsionis.vt ff.de vſucap.pro empt.l.prima.§.ſeparata. & ff.de acquirenda poſſeſsione.l.ſi quis vi.§.differentia. & l.naturaliter.§.nihil commune. Inueſtitura autem propria eſt illa in qua conſiſtit ſubſtantia poſſeſsionis: vt ff.de acquirenda poſſeſsione.l.tertia.§. ex contrario. Eſt & quædam inueſtitura media inter has,vt precarium, quæ etſi iuris translationem in ſe habeat, tamen quia detentio facti remanet apud inueſtitorem,adhuc actione ex eo contractu poteſt conueniri ad tradendum. vt not.ff.de pactis.l.
c ab emptione.ibi videas. c *Sed oppon.* certum eſt quòd per retentionem vſusfructus quis intelligitur tradere: vt C. de donationibus.l.quiſquis. Ergo idem econtrario, videlicet quòd per retentionem proprietatis videatur facta traditio vſusfructus,ſeu vtilis dominij. Sed reſpondeo, iſta non
f ſunt ſimilia quia proprietas dignior eſt,& ideo vſufructuarius non conſtituitur poſſeſſor ſine traditione. vt ff.de vſu-
4 fruct.l.tertia.§.dare. †Reuoco in dubium vtrum dominus per traditionem corporalem liberetur ab inueſtitura. Et videtur quòd non,quia non ſolum tradere tenetur quod poteſt fieri vno momento, ſed etiam tenetur ſucceſsiuè pati quod non poteſt fieri ſimul,& ſemel.vt C.de vſufruct.l.corruptionem.& argumen.ff.de arbitr.l.inter Caſtellianum. Solu.ex inueſtitura duplex obligatio naſcitur, ſcilicet primitiua,& ab iſta eſt dominus liberatus, & ſecundaria ad inter-
5 eſſe ſi non patiatur, & ab iſta non eſt liberatus. †Quæro, nos habemus quòd vſufructuarius habet naturalem poſſeſſionem rei quæ in corpore conſiſtit. Item habet quaſi naturalem & quaſi ciuilem iure ſui quæ in iure conſiſtit, vt ff. quibus ex cauſis maiores.l.ait prætor.§.item ei. Nunquid eſt ita in feudatario, vel in vero domino, quòd habeat poſſeſsionem rei & quaſi poſſeſsionem iuris ſui. Videtur quòd ſic, cum ratio differentiæ reddi non poſsit. Conſidera. dominus qui pleno iure poſsidet,non habet aduerſarium contra quem ius quod debet poſsit poſsidere, ſed vſufructuarius habet obiicere ipſam proprietatem. Item habitus vſufructuarij conſiſtit in patientia domini. vt ff.de ſeruitu. ruſticorum prædiorum.l.prima. in fine. & ideo iſta non ſunt ſimilia. Poſſeſsio ergo actiua iurium nunquam poteſt eſſe niſi reſpectu alicuius in quo ſit poſſeſsio paſsiua, quod eſt
g ſubtile ad intelligendum. g *Corporeum quodlibet.* Nota verbum quodlibet. Nam in magnis feudis fit inueſtitura per enſem. Doctor autem inueſtitur per birrectum : & illa ſigna repræſentant ſignatum: ſic erectio furcarum ſignificat im-
6 perium eius,quaſi poſſeſsionem & vſum. †Quæſiuit Oldradus ſi in quodam caſtro ad vnum pertinet condemnatio ad alium executio vtrum ille ad quem pertinet executio,poſsit erigere furcas altero inuito. Et determinauit ꝙ
h ſic,h quia cui competit ſignatum competit ſignum. & econtrariò. vt C.de fabricen.l.ſtigmata.libr.vndecimo. & ff.de iu-
i re fiſci.l.ſed ſi accepto vſu togæ.i *Facere dicente.* No. quòd in
7 inueſtitura requiritur verborum expreſsio. *Vaſallus.* †Quæro ſi iſti ſunt abſentes vtrum debeant citari. reſpondeo ſic. Nam eorum præſentia & conſilio poſſet trahere dominũ in aliam ſententiam oſtendendo ſibi fortè periculum quod ex inueſtitura poſsit imminere. argumento. ff.de arbitris.l.ſi cut. & quia eorum intereſt diſcolum parem non habere. Ad id facit quod notat. extrà de præbendis,capitulo graue. in nouella. Sed quid ſi requiſiti nolunt venire. reſpondeo à iure intereſſendi ſe faciunt alienos qui venire contemnunt. vt ff.de fideicommiſ.lib.lege ſi legatario. §. primo. Quid ſi dominus non habet niſi vnum parem nunquid ſaltem ille cum alio extraneo debebit intereſſe. Iſta litera innuit quod non,quia loquitur in plurali. Contrarium credo argumẽto C.de teſtibus.l.cum antiquitas. Et quod not.de vno digno in dicto capitulo graue. in nouella. ſuppletio enim numeri ſic debet fieri quòd ille qui reperitur idoneus non obijciatur. *Solenniter.* No. actũ ſoleniter debere fieri. id eſt ſeruatis ſeruãdis. Et cùm reperiũtur interueniſſe naturalia prę ſumũtur omnia ſolenniter acta. Vnde hîc eoipſo quòd interueniunt pares: quia ſunt teſtes, iure præſumuntur omnia ſolenniter acta. in alia tamen materia dicimus quòd ratione teſtium non præſumitur ſolennitas. vt notatur C.de vſuris. l.prima. & de verborum obligationibus.l.ſciendum. Ego dico hîc quòd authoritas domini habet vim decreti pro quo præſumitur. vt notatur in lege actor. ff.rem ratam haberi. & C.de fide inſtrumentorum & iure haſtæ fiſca. lege prima. li
8 bro decimo. & dicta lege ſciendum. *Minimè uellet.* †Nota hîc expreſſum quòd vbi deficit numerus, vel qualitas teſtiũ, ibi inueſtitura eſt ipſo iure nulla: & ex ea nec naturalis, nec ciuilis oritur obligatio. Et hoc eſt verum in contractibus.
9 †Sed in vltima voluntate die vt plenè notatur in lege cum quis. ff. de iuris & facti ignorantia. per Petrum, Cynum & alios modernos. Poſſet tamen dici quantum ad hunc textum, quòd conſuetudo hæc ſtatuit circa teſtium qualitatem, & vltrà procedit annullando. & ideo nimirum ſi non naſcitur obligatio naturalis, nec trãſfertur dominium ſecuta traditione, cum iam dixiſſet de duplici inueſtitura, & vtramque annihilet ſic in l. j. C.de ſuffragijs. C.de dona. lege ſancimus. Et eſt generale quòd vbicunque lex remouet potentiam ab actu, ibi ex traditione non tranſit dominium, vt lege quemadmodum. C.de agricolis & cenſitis. libro vndecimo. & in lege emptor. ff.de aqua pluuia arcẽda. & in lege prima. §. ſi vir. ff.de acquirenda poſſeſsione. & per
k Bartolum in lege cum lex. ff.de fideiuſſoribus. k †His prę
10 miſsis venio ad apparatum. & hic habemus vnam ſolennem gloſſ. quæ circa hunc articulum, ideſt, circa materiam inueſtiturę, & huius tituli talem facit diſtinctionem: Aut agitur de noua inueſtitura probanda aut veteri. quam glo. quidam trãſcribunt de verbo ad verbum. cuius epilogus hoc eſt cui incumbat probatio, per quos quando deferatur iuramentum de teſtibus cogendis ad teſtificandum de inueſtitura clericorum & laicorum, & de quibuſdam differentijs.
11 Et maior pars gloſſ. ſumpta eſt ex textu iſtius capitu. †*Per breue teſtatum.* ſecundum quoſdam not. hic traditionem poſſeſsionis per inſtrumentum probari. quod verum eſt ſi traditio potuit fieri loco & tempore confecti inſtrumenti, aliàs non habetur pro traditione: ſed pro licentia. vt argumento ff. de acquirenda poſſeſsione. lege prædia. extrà de fide inſtrumentorum. capitulo inter dilectos. §. vltimo. Extrà nota ſex caſus in quibus acquiritur poſſeſsio ſolo animo qui notantur. ff. de acquirenda poſſeſsione. lege poſſideri. in principio. & inſtituta de rerum diuiſione. §. interdum.

ADDITIONES.

a Pro inueſtitura. Non intelligitur datum quod poſsideri non poteſt. de legatis tertio.l.qui concubinam.§.ſi hæres. Nec intelligitur creditori datum, quod eſt ei locatum. ff.de periculo & commodo. rei venditæ.l.ſerui emptor. Qui receſsit tenetur ac ſi percepiſſet commoda ſi timuit iniuſtè. At iuſtus timor præſumitur vbi eſt terroris iuſta trepidatio naturalis. ff. locati. l. habitatores. §. finali. Error nominis vel confinium non vitiat poſſeſsionem, quia non vitiat intellectum vbi veritas præfertur opinioni. vt C.de legitimis.l.ſi Fortidianum. Et idem in teſtibus puto quòd ſi vera conſonant putatiua non vitiant niſi ſint de ſubſtantia. Extrà not. quòd ex eadem inueſtitura & ſcriptura nemo poteſt elicere contrarios ſenſus & ſi inter oppoſita *opponitur* copula reſoluitur in diſiunctiuam. C.de codicillis.l. finali. §. primo. Si autem ſunt diuerſæ inueſtituræ etiam contraria allegans in alio iudicio auditur. C.de petitione hæreditatis.l. hæreditas materteræ. & not. C. de ingenuis manumiſsis.l. penultima. per Accurſium. Extrà not. quòd non poteſt quis eandem ſcripturam diuidere partim vtendo. & partim non vtendo ſeparatè. ff.de ope.libe.l.ſi ſtipulatio iſta.

b Iacob. Verbo transfertur poſſeſsio quando ſimul eodem loco & tempore fieri poteſt vtrunque : & ſit aliàs ſecus. ff.de condictione furtiua.l.parui.

c In fine. Et ideo ſeruus cui res eſt tradita eſt potior in feudo quàm ille cui primo eſt res promiſſa. vt not. infrà, ſi de feudo fuerit controuer. capi. ſi facta. Et vide omnino quod not. ff. de regulis iuris.l. nullus videtur.

d Facta. Et ſi non dicitur beneficiatus qui non habet poſſeſsionem be

Source : BIU Cujas

neficij.vt extrà de electione.capitul.in cunctis. Et adde quòd per verbum aſsigno ceduntur actiones.ff. de diſtract. pignor.l. arbiter. quæ eſt ad hoc notabilis.& per Archidiaconum.in capitu.ſi canonici. de officio ordinarij.libro ſexto. Vide extrà de præbend.capit. referente. & capitu.inter cætera.& vide ff.de hæredibus inſtituendis.l.executionis. Et adde ſi Papa dicit aſsignamus tibi tale caſtrum cum plenitudine iuris vel ponit alia verba æquipollentia non eſt neceſſaria poſſeſsio facti:quia apud Papam eſt plenitudo ſuprema potestatis & ſuprema poteſtas,vt notat.ſexta quæſtione ſexta.capitu.volumus. argumen.de rescriptis.cap.capitulum ſanctæ crucis. Et not.Archidiacon. in capitul. ſi clericus.de præben.in ſexto. Et vide quod not. in capitulo fina. de pecun.cleri. Aſsignare enim eſt verbum effectiuum. Item quicquid principi placet legis habet vigorem & facit C.de legiti.l.finali.ff.de legatis ſecundo.l.cum pater.§.pater pluribus. & C. communia delegatis.l. fina.§.ſed quia noſtra maieſtas.& §.ſequitur. de aſsignatione principis, quæ eſt iuris collatiua.habes melius quàm alibi.l.prima.in fine. de aqua quotidiana & æſtiua. & C.de liberali cauſa.l.principaliter. & l.parentis.& C.de ingenuis manumiſsis.l.ingenuum. Extrà collige hîc argumen.quòd ſocus incertus ratione loci incerti, & quotæ non poteſt infeudari, quia nec poſsideri donec certificetur. ff.de acquirenda poſſeſsione. lege locus. & ideo certus locus deſignandus eſt. Adde quod notatur.ff.de conditionibus & demonſtrationibus.lege, quæ cõditio.§.finali.

e Ibi videas. Quidam interrogauit me vtrum ad inueſtituram abuſiuam requiratur magis vnum ſignum corporale quàm aliud, puta enſis, vel baculus, vel anulus. Reſpondi ei quòd non, ſed ſequenda erit conſuetudo, cum videam quòd per ceſpitem terræ poſsit inueſtitura fieri & per ramum oliuæ de aliquo fundo. vt in capitulo ſecundo. de conſuetudine. Et quod de conſuetudine vidi,quòd vbi aliquis inueſtitur de gladij poteſtate alicuius prouinciæ inueſtitur per enſem. Et vide quod not.de ſigno Penelopę de ſupellect.legã.l.legata.§. ſupellectilis. Et nota quòd ſicut per inſtrumentum fit inueſtitura, ita per eius inciſionem diſueſtitura. C.de donation.l.j.vt not.ff.de pactis.ab empt. quia cui competit ſignificatio,competit ſignificatum:& à quo remouetur vnum remouetur reliquum. de pactis l.Labeo. Et eſt notandum quòd ſi iſta inueſtitura abuſiua fiat in re ipſa,confert veram poſſeſsionem.vt ff.de contrahenda emptione.l.clauibus. Sic videmus quòd poteſtates terrarum quando ſunt in ciuitatibus inueſtiuntur per bachetam. Et aliqua inueſtitura traditiua fit per aſpectum viſus in quo propter præſentiam ſuam repræſentatur actus.vt ff.de acquirenda poſſeſsione.l.prima.§.ſi iuſſum. Et not.viuam rationem quare ex ſolo contractu non transfertur dominium, quia ſi hoc eſſet, nunquam ex tali contractu oriretur obligatio ad rem dari, & nunquam eſſet res integra,quod eſt falſum, & contra iuris ciuilis regulas. vt C.de actionib. empti.l.ſi pater tuus.

f Dignior eſt. Declara tamen iſtam rationem, quia retinendo vſumfructum,videtur conſtituere ſe poſſeſſorem proprietatis ſeu rei ipſius in quam tranſit ipſa proprietas.lege prima, in fin. & quod ibi per Bartolum, ff.de operis noui nuntiatione. & quod notatur in lege prima, ff.vſufructuarius, quemadmodum caueat. & in lege hoc autem. quod non ſic adeſt in eo qui retinet proprietatem:quia proprietarius non dicitur poſsidere nomine vſufructuarij.

g Quod eſt ſubtile ad intelligendum. Extrà nota.quòd feudum conceditur fide habita de ſeruitiis,& ideo requirit traditionem. Nam per eam habetur fides, ſecus eſſet in contractu ſimplicis locationis, quia non ſolet illa traditio transferre ius iuris.ff.de furtis. lege,ſi ſeruum §.locaui.

h Quòd ſic. Vide quod notat Baldus,in lege prima. in principio.ff. de iuſtitia & iure.ibi quòd iurauit,ad ſancta Dei euangelia. Not. quòd in cauſa feudi debet exprimi quòd iurauit ad ſancta Dei euangelia tactis ſcripturis. idem in quolibet arduo facto. Et an ſufficiat tangere aliquam aliam ſcripturam quàm euangelia. vide gloſſam ſingularem quòd non.in capitulo primo.de hæreti.in clemen. Et vide doctores. in fine.de iuramento calumniæ.vide Angelum,& ibi alleg. gloſſa ſingularis,cum textus in authentica,vt hi qui res.§.ſi non tantum. in eodẽ. §.ibi ſecus ſi nihil. Not. caſum vbi poſt didicita teſtificata admittitur probatio.vide caſum.cap.ſeries.extrà de teſtib.qui eſt ſingul. caſus ſecundum domi.Anto.Andr,Barba.

i Togæ. Item not.quòd per corporalia deuenimus ad incorporalia: & per ſimplicem actum verbi poſſeſsio non acquiritur niſi ſpontanea obedientia ſubſequatur. C.de iure deliberandi.l.cum aliquis. Extrà not. quòd ſi apparent duæ inueſtituræ factæ eodem tempore & vna eſt plenior altera,plenior prævalet.ff.de hæredibus inſtituendis.l. ſi ita ſcriptum fuerit Titius. Pone, inueſtitura dicit concedimus Titio pro ſe & conſortibus ſuis, quæro qui dicantur conſortes? Reſpondeo ad feudum naturæ trahatur quæſtio ex legis ordine. argumen.ff.de poſthu. l.Gallus.§.primo. C.de verborum ſignification.l.ſecunda. Nam dubia diſpoſitio naturam imitatur.ff.de vſuris.l.ſi ſtipulatus. Pone dicit inueſtitura. Inueſtimus Titium de tali proprietate pro ſe & deſcendentibus propriè & non fictè:ſed ex ſuo corpore vtrum intelligatur de deſcendentibus in infinitum? Reſpondeo ſic, duntamen per legitimam conſequentiam.l.finali.C. de natura liber.C.de pactis.l. prima.in prima conſtitutione.per Cynum & not.quòd iſte titulus non loquitur in priuilegijs,ſed in contractibus. Quod autem ſit priuilegium cognoſcitur ſi abeunti eſt conceſſum nemine pro eo recipiente. Quod quia eſt lex priuata, transfert dominium ipſo iure.l.cum duobus.§.idem reſpondit.ff.pro ſocio.tunc autem eſt contractus quando interuenit ſtipulatio vel pactum.ff.de pactis,l.prima. quo caſu loquitur iſte titulus qui quidem debet corporalem effectum ſecum trahere in re præſenti fingendum. ff.de noui operis nuntiatione.l.de pupillo.§.ſi quis fortè.& §. ſi implendi.& per illum §.probatur quòd ſeparata prædicta ſeparatas inueſtituras deſiderant, niſi ſint contigua & coniuncta. de legatis ſecundo.l.Caius.§.primo.& de corporali poſſeſsione not. ſi eſt iuris adminiculo informata eſt efficaciſsima, ſed ſi lex reſecat, ſecus.C.ad legem Falcidiam.l.penultima.

k Fideiuſſoribus.Sed alibi dicit gloſſ.quòd pares non ſunt de ſubſtantia,ſed ſolum ſunt de rigore probationis:vt dixi in concluſionibus feudorum.

1 ☞ *Inueſtituram factam probatur per Pares curiæ,uel per publicum inſtrumentum à Paribus confirmatum.*
Inueſtitura abuſiua obligat inueſtitorem ad faciendum inueſtituram ueram.
Teſtes inſtrumentarij iuris fictione de ipſo inſtrumento atteſtari uidentur.
Teſtes poſſunt probare tenorem inſtrumenti amiſsi,& ſubſtantiam negotij.

2 *Teſtis debet cogi in iudicio dicere ueritatem licet extra iudicium dixerit ſe non interfuiſſe.*

3 *Reminiſci cras poteſt qui hodie non reminiſcitur.*
Dominus compellit teſtem ad deponendum ueritatem propter iuriſdictionem quam in eo habet.

4 *Teſtis in cauſa feudali qualiter debet iurare.*
Acta iudicij ſunt fauorabilia, & pro ipſis præſumitur.
Probationis facultas propter dolum aduerſarij aperitur.

5 *Teſtium examinatio an admittatur poſt didicita teſtificata.*
Refugium miſerorum eſt dicere,ſpeciale hic.
Subornatio ita timetur in cauſa appellationis ſicut in principali.
Dolus uerus eſt ubicunque teſtes malè fuerunt examinati: & præponderat dolo præſumpto ſubornationis.
Perſonæ præſentia ſemper requiritur ubi iudicium requiritur ex uoce,uel aſpectu.

6 *Breue teſtatum an debeat neceſſariò à paribus confirmari.*
Domino nolente cogere pares ad confirmandum breue teſtatum, an proprietate priuabitur.
Quod fauore alicuius eſt introductum,non eſt retorquendum in eius odium.

Si enim domino.

Caſus. Comes militem inueſtiuit abuſiuè de caſtro per anulum & non tradidit ei poſſeſsionem: vaſallus agit contra dominum & petit fieri inueſtituram propriam,ſcilicet poſſeſsionem ſibi tradi.dominus negat ſe vllam inueſtiturã feciſſe.quæritur † qualiter debeat fieri probatio.Reſpondetur per pares curiæ,vel per publicum inſtrumentum à paribus confirmatum, qui ſi veritatem dicere recuſent, tunc à domino cogi debent iurare quòd huius rei neſciant veritatẽ,& poſteà actor alios poſſet producere teſtes. eo autem deficiente in probatione, erit in electione domini ſi velit iurare, vel deferre.& ſi dominus nolit compellere teſtes iuuare, licitum eſt vaſallo etiam per extraneos teſtes probare,eo autem tunc deficiente in probatione electio iuriſiurandi defertur dominis.hoc dicit vſque ad §.ſi verò vaſallus. *Conſtitutio.* quia non fecerat inueſtituram corporalem. *Inueſtitura.* ſcilicet abuſiua, quæ obligat inueſtitorem ad faciendam inueſtituram veram. *Illius domus.* id eſt, curtis. *Confirmatum.* id eſt ſubſcriptum vel dic confirmatum eo ipſo quòd notarius ſcribit eos in publico inſtrumento: quia iuris fictione atteſtari videntur ipſi inſtrumento: eoipſo quòd ſunt deſcripti in eo: vt notatur C. de teſtibus. lege prima. *Vel amiſſum ſit.* Nota quòd licet inſtrumentum ſit amiſſum: tamen teſtes qui interfuerunt in inſtrumento debent produci ad probandum tenorem inſtrumenti, & ſubſtantiam negotij.quod dic vt not.C.de fide inſtrumentorum.lege ſi quis iniquo.& C.de

edend.

Source : BIU Cujas

edend.authenti.ſi quis in aliquo documento.per Cynum.

2 † *Si non interueniſſe.* Nota hîc expreſſum, quòd licet teſtis extra iudicium, vel coram iudice extra figuram iudicij dicat ſe nõ interueniſſe,tamen in iudicio debet cogi ad deponendam veritatem & ſtatur eorum depoſitioni. Caſus eſt hîc multum ſingularis.Bartolus not.contrarium & malè ff.

3 de falcid.lege eos. *Non reminiſci.* † No.quòd qui non re

a miniſcitur modò,poteſt reminiſci cras.a & hoc verbum eſt multum notabile in depoſitionibus teſtium ad excuſandũ eos qui in vna cauſa dixerunt ſe non recordari, & in alia depoſuerunt ſuper facto.tene menti. *Domino cogente.* Nota quòd propter iuriſdictionem quam dominus habet in te ſtes compellit teſtem ad deponendum veritatem quod eſt

b not.dignum. Et hoc eleganter tradit hîc gloſſ.ordinaria·b

4 *Tactis ſacroſanctis ſcripturis.* † Not.quòd in iuramento teſtis in cauſa feudali debet fieri expreſſa mentio quòd iurauit ad ſancta Dei euangelia corporaliter tactis ſacroſanctis ſcripturis.Et dicit Innocentius quòd ita debet eſſe in quolibet iuramento ſolenni.ſi tamen notarius aſſeruit iuramentum interueniſſe præſumam quòd ſolenniter: vt ff.de dote prælegat.lege Theopompus. quia acta iudicij ſunt fauorabilia & præſumitur pro ipſis:vt ff.de fide.tutorum.lege cum oſtendimus.§.vltimo. *Licet uaſallo.* Nota facilitari, ſeu aperiri facultatem probationis propter dolum ad-

5 uerſarij. † Quæro vtrum poſt dicidita teſtificata admitta tur probatio teſtium. Gloſſa dicit quòd non.ff.de rei vendicatione officium. Iacobus de Beluiſio dicit quòd iſtud eſt verum ſi teſtes aliquid depoſuerunt. Secus ſi nihil. vt quia dixerunt ſe neſcire vel ſe non recordari. & hoc per iſtum textũ. quod ſi verum,eſt notatu dignum. Pone enim quòd in cauſa principali teſtes producti dixerunt ſe neſcire. nam in cauſa appellationis poterunt produci alij qui dicãt & deponant ſuper veritate.nec obſt.didiciſſe teſtificata niſi dicas quod Ia.loquitur ſolum in materia feudorũ,in qua potius attẽditur ſimplicitas veritatis,quàm apices iuris.Certè hoc eſt refugiũ miſerorum dicere ꝙ hoc ſit ſpeciale vbi lex non dicit quòd ſit ſpeciale. tamen dictum Iacobi de Beluiſio non placet mihi de iure canonico quia æquè poteſt timeri ſubornatio in cauſa appellationis,ſicut in principali:vt in clementina teſtibus.de teſtibus.niſi teſtes ſcientes veritatem producti ſe ſubtraxerunt precibus vel odio,timore, vel pretio: quia tunc puto in cauſa appellationis eos poſſe produci ſi alij in prima cauſa producti nihil depoſuerunt,vel dixerunt ſe neſcire vel nõ recordari.argumento huius literæ.Sed ſi aliquid depoſuerunt non puto alios recipiendos niſi beneficio reſtitutionis in integrum argumento ff. ad Trebellianum. lege ſeruo inuito.§.cum prætor. De hoc nota.plenè extrà de teſtibus.capitulo frater nitatis.in nouella.& per Innocentium.eodem titulo in capitulo per tuas. Et idem vbicunque teſtes fuerunt malè examinati: quia ibi eſt dolus verus malè examinantis,qui præponderat dolo præſumpto ſubornationis.ff.de edendo. lege veluti. per Gulielmum,Cynum,Raynutium & alios doctores.Et nota quòd vbi requiritur iudicium ex voce,vel aſpectu ſemper requiritur præſentia perſonæ. & notat.in

c capitulo à nobis.qui matri.accuſare poſſunt. in nouella. c Oppon. gloſſam legis de lege nimis graue.C.de teſtibus cogendis, vel non, & atteſtationibus. Solue, vt ſuprà dixi. Quæro vtrum ſit neceſſe quòd breue teſtatum ſit paribus

6 confirmatum. Reſpondeo dic vt gloſſa.† Quæro quid ſi dominus nolit cogere pares. Reſpondet gloſſa quòd proprietate priuabitur. Iſta gloſſa non dicit verum,quia nondum conſtat de feudo. argumento ff. de teſtamento militari.lege diuus.Sed conſtituto de feudo per probationes adhuc eſt multum dubitandum vtrum propter iſtam ſolam negligentiam dominus veniat proprietate priuandus. nam ſecundum hoc vaſallo non adiudicabitur feudum,ſed proprietas quod eſt contra iſtam literam. Quærit gloſſa ſi vaſallus nolit probare per extraneum cum poſſit,ſed vult probare per pares,an omnino pares ſint cogendi.Reſpondet gloſſa quòd ſic.ne quod fauore vaſalli eſt inuentum in eius læſionem reuertatur: vt C.de fide inſtrumentorum, & amiſsione eorum aut apochis faciendis, & de ijs quæ ſine ſcriptura fieri poſſunt. lege plures apochis. & lege comparationes. & quod notatur.ff.de tranſactionibus.lege qui fidem.

ADDITIONES.

a Cras. Vide de hoc gloſſ.in capitulo cum cauſam.& *ibi dixi.* de teſtib. Ludouicus Romanus poſt Bartolum,in lege qui bona.§.ſi quis ſtipulatus.ff.de damno infecto. Angelus in l.quidam tabularum.de furt. tex.in ca.j.§.nondum.de natu.feu. And.Barba.

b Ordinaria.Sed quæro hîc nunquid in incorporalibus, puta in feudo iuriſdictionis & decimationis requiratur corporalis inueſtitura, id eſt in ipſo territorio,vel fundo,& videtur quòd ſic vt not.ff. de vſufruct. l.tertia.§.dare.in contrarium videtur quòd plus eſt expreſſus conſenſus, quàm ſimplex patientia,ſed per patientiam acquiritur ius in incorporalibus. vt ff.de ſeruitute ruſticorum prædiorum.l. prima. in fine. ergo fortius per expreſſum conſenſum. Præterea feudum comparatur donationi.vt infrà,in quibus cauſis feudũ amittatur. capitu.Obertus.& melius.infrà, quæ fuerit prima cauſa beneficij amittẽdi.§.item ſi.verſicu.& donationes.ſed per donationes iurium tranſeunt vtiles ſine ceſſione.vt not.C.de actionibus & obligationibus.l.prima. Iacob. de Arena in hoc loquitur alternatiuè nihil firmans, ſed remittens ſe ad quandam quæſtionem quam ipſe diſputauit quam ego non habeo. Conſidera quòd quædam ſunt corporalia,quia naturaliter producuntur ab ipſo ſolo vt decimæ:vt extrà de decimis.capitu.tua. & ad hoc vt quis conſtituatur in iure percipiendi poſſeſsiuè requiritur inductio in agrum, tamen quo ad ſimplicem actionem non requiritur inductio. Quædam verò ſunt quæ omnino ſubtracta ſunt à re corporali vt iuriſdictio.tertia enim non parit iuriſdictionem,ſed authoritas ſuperioris & de his minimè dubitandum eſt quòd ſola authoritas ſuperioris conferat vtilem iuriſdictionem,ita quòd poteſt vtiliter vendicari, ſicut per ceſsionem actionis iuxta nota. in lege planè.ff.familiæ erciſcundæ.C.de procuratoribus.l.qui ſtipendia.& C.de hæreditate vendita.l.finali. & ff.de rei venditione.l.prima. in magna gloſſa. quæ dicit expreſsè,quòd habens vtilem in rem, poteſt agere tanquam vtiliter dominus,& in hoc libello ſuo proponere:quod eſt notandum, & per hoc declaratur intentio Innocentij, in capitulo in literis. extrà de reſtitutione ſpoliatorum. igitur iuriſdictio debeat exerceri in ſolo & ſic requiratur poſſeſsio:ad exercitium tamen poteſt vendicari ſolum & iuriſdictio ab eo qui ſolum poſsidet iniuſtè, nam ſi vaſallus eſſet in poſſeſsione, fruſtrà vendicaret, vt extrà de iudicijs. capitulo finali. Quæro etiam qualiter verus dominus rem quam prædo poſsidet poteſt concedere in feudum cum non poſsit eum corporaliter inueſtire? Reſpondeo abuſiua inueſtitura habebit vim ſucceſsionis iurium vt per hoc magis actione vtili,quàm de re inueſtitus videatur eſſe,vt patet ex ſuperioribus ad *hoc.ff.de condictione furtiua.l.* & ideo.Facit quod notat.inſtitut.de verborum obligationibus. in principio.in gloſſa,quæ incipit,nam vel baculum, vel ſtipitem paleæ. quæ gloſſ.non eſt alibi.Et ibi notat Accur.quòd inueſtitura ſignificat firmitatem.

c In nouella. Et adde quod nota. in lege finali.§.finautem dubius. in gloſſa notabili. argumentum. & ibi per Cynum.C.de iure deliberandi. quando autem teſtes vnius partis ſunt examinati. Alij verò vel ex ordine dato à iure vel de conſenſu partium tunc poſſunt poſt didicita teſtificata teſtes produci, vt ff.de rei vendicat.l. officium.C.de except. l.ſi quidem.Et iſte eſt intellectus illarum legum.

1 ☞ *Vaſallo poſſidenti feudũ caneuæ non opus eſt probatione:ſed aut iuret,aut deferat,ſi de inueſtitura inter ſe & dominũ lis orta fuerit.*
Feudum caneuæ dicitur rectum feudum.
Poſſeſsio incorporalium probatur per duos,uel tres actus conſiſtenter in percipiendo.

2 *Libertas mera præſumitur ex duplici præſtatione uel duplici.*
Mos ruſticorum inſpiciendus.

1 Si verò vaſallus. Caſus.Vaſallus † poſsidet vel quaſi poſsidet feudum cameræ, vel caneuæ quod bis vel ter recepit à domino. dominus petit rem ſuam à vaſallo, vel denegat ſoluere feudum & negat inueſtituram: quæritur qualiter conſulatur vaſallo poſsidenti vel quaſi:Reſpondeo.non eſt opus ſibi probatione.ſed datur ſibi electio vt iuret vel referat.& hoc dicit vſque ad §.*ſi verò. Duabus,uel tribus quietis acceptionibus.* Not.text.valde notabilem quòd poſſeſsio incorporalium probatur per duos,vel tres actus in percipiente conſiſtentes.Et argumento quòd quaſi poſſeſsio electio

Source : BIU Cujas

nis, vel præſentationis requirat binum, vel trinum actum. Alij dicunt quòd ſufficit vnus actus ſolenniter confirmatus à ſuperiore & hæc eſt vera vt no. Goffr. in ſumma & per Inno. in c. dilectis. de capel. mona. *Rectum feudum.* No. quòd feudum caneuæ & cameræ dicitur rectum feudum. †Ité
2 not. quòd mera libertas præſumitur ex duplici præſtatione, vel triplici concordan. C. de fideicommiſ. l. prima. hoc tamen non eſſet verum quando ruſticus daret vni nobili vnum par caponum pluribus annis: quia illud non præſumitur obligationum in poſterum. Ité mos ruſticorum inſpiciendus eſt, qui nõ ſolent hæc facere cauſa perpetuæ obligationis: ſed cauſa cuiuſdam ſimplicis muneris. ff. de annuis legatis. l. Seio. & notatur per Guliel. & alios ff. de offici. proconſul. l. ſolent. §. finali. vbi vide Petrum etiam qui dicit quòd in mulieribus & ruſticis non habet locum lex cum de in rem verſo.

1 ☞ *Præſumptio abhorret irrationabilia.*
2 *Iuramentum defertur propter inopiam probationum.*

Si verò inueſtitura Caſus cõtentio erat inter dominum & vaſallum de inueſtitura domino vel vaſallo poſsidente feudum dominus nõ habet pares. quæritur qualiter fiat probatio. Reſpondetur quòd vaſallus probare poteſt per quoslibet extraneos teſtes, vel per *publicum inſtrumentum* aut inopia probationum emergente cauſa iureiurando deciditur. hoc dicit. *Dicatur.* quia ſi dominus dicat interueniſſe. Quod enim hic dicitur *in* domo idem exaudio in vaſallo, ſi ipſe pro ſe aliquid diceret contra communem feudi rationem in iuueſtitura actum eſſe: & ideo ſtatim ſequitur. *Item*
1 *ſi uaſallus.* †Et no. quòd irrationabilis iuris præſumptio abhorret & idem eſt de inſolitis à domino. Item nota quòd in libro domini Iacob. Aure. eſt aliter. ſcilicet ſi quidem dominus probet bene eſſe ſuo iuri conſultum. eo verò nõ probãte, vaſallo defenſio per ſacramentum ex vſu conceditur.
2 †Nota quòd propter inopiam probationum defertur iuſiurandum. ſuprà de contentione inter dominum & vaſallum de inueſtitura feudi. capitulo primo. §. *inopia.* & C. de iureiurando. l. in bonæfidei.

1 ☞ *Feudum præſumitur eſſe conceſſum ſecundum propriam naturam.*
2 *Pactum de aſſocianda uxore in diebus feſtiuis an ualeat in feudalibus.*
3 *Pacta extranea non præſumuntur, nec ſuper eis eſt deferendum iuramentum in probationis defectum.*
4 *Et an recipiatur iuramentum ſuppletiuum cõtra præſumptionem cõſuetudinis.*

Prętereà. Caſus. Contentio eſt inter dominum, & vaſallum de pactis appoſitis inter eos præter conditionem feudi, vel naturam. vel quia dominus allegat pactum in ſui fauorem, vel dicit feudum datum ſub tali conditione, vt vaſallus aſſociet vxorem ſuam ad eccleſiam feſtiuis diebus, domino incumbit probatio. eo autem in probatione deficiente vaſallo defertur iuſiurandum. ſed quid econtrariò vaſallus allegat pactum factum in ſui fauorem contra feudi conſuetudinem fortè de filiarum ſucceſsione. Certè vaſallus debet probare pactum, alioquin
1 domino defertur iuſiurandum. hoc dicit. † Nota quòd ſemper præſumendum eſt feudum ſecundum propriam naturam eſſe conceſſum niſi eius alteratio probetur. Iacobus
2 de Rauena. *In feſtiuis diebus.* † Hoc pactum de aſſocianda vxore in feſtiuis diebus extraneum eſt à natura feudi, valet tamen ſi apponatur. quod eſt notatu dignum. *Adempta.*
3 †No. quòd pacta extranea non præſumuntur nec ſuper eis eſt iuramentum in factum probationis deferendum, quod alibi non reperitur. In gloſſ. hoc ſic in fin. not. quòd princeps priuilegium alicui concedendo non intelligitur in præiudicium alterius conceſsiſſe. hoc intendit iſta gloſſ. notabilis. & patet. C. de emancipatio. libero. l. nec auus. Item not. quòd dubium feudorum relinquitur interpretationi conſuetudinis ſecundum gloſſ. & Iaco. de Beluiſ. quod tene mẽti, ſiue ſit dubium iuris ſiue facti iuxta not. ff. de regul. iur. l. ſemper in ſtipulationibus. & ff. de ædi. edict. l. quod ſi nolit.
4 §. quia aſsidua & C. de fideiuſ. l. final. † Not. quòd contra præſumptionem conſuetudinis non recipitur iuramentum in ſupplementum ſemiplenæ probationis: vt hic ponit *in* ſecundo exemplo de ſucceſsiõe fœminæ. & vt ſuprà dixi hoc tenendum eſt cordi.

Per quos fiat inueſtitura. Rubrica.

1 ☞ *Cõſuetudo quãdo confirmat contractũ minoris non eſt neceſſariũ iudicis decretum. & nu. 2.*
3 *Certa ſcientia papæ an poßit probari per teſtes, ſi de ea non fit mẽtio in literis.*

Inueſtitura Diuide capitulũ in quinque partes. Primò quæ perſonę poſſunt inueſtituram facere. Secundò quæ res poſſunt dari *in* feudum. Tertiò quæ perſonæ poſſunt accipere feudum. Quartò an per alium quis poſsit recipere inueſtituram. Quintò an fœmina poſsit dare feudum. ſecunda *ibi*, ſed & res. tertia *in* §. *in* perſonam verò. quarta *ibi*, *in* §. ſed vtrum. quinta *ibi*: *in* §. fœmina. Caſus vſque ad §. ſed & res. Duæ dantur regulę *in* principio huius capituli. Prima eſt quòd vetus inueſtitura poteſt à minore & à quocunque fieri. ſed eſt nota. quòd ſi ſimpliciter fiat inueſtitura intelligitur facta de iuſto feudo, niſi aliud dictum ſit. Secunda regula eſt, quòd noua in
1 ueſtitura non poteſt fieri ab alio quàm ab eo qui habet legitimam bonorum adminiſtrationem. qui enim alienare prohibetur ſua bona, nec in feudum dare poteſt. hoc dicit. *Non de omni.* Quaſi dicat inueſtitura veteris feudi non tribuit ius in re vaſallo ſi non habet, intelligitur enim fieri ſi quod ius habet, & in eo quod habet. & ideo à minore etiam fieri poteſt, cum eius læſio non timeatur ex ea. *Niſi aliud.* Hęc linea non eſt *in* libro domini Simonis in tex. quia nec rationabile videtur, quòd irrationabiliter quis poſsit inueſtiri. tamen communiter in aliſs libris reperitur & debet intelligi. *Nominatim dicatur.* ſcilicet tacitè non expreſſo errore, ſed expreſſa re in qua non poterat fieri inueſtitura
a iuſtè niſi in præiudicium iuueſtitoris. a *A minore.* Not. quòd non dicitur alienare, ſed alienatum inuenire qui veterem inueſtituram confirmat. quinimò etiam ſi *in* aliam perſonam transferat inueſtituram confirmat. hoc dicit gloſſ. Facit ff. de aqua quotidiana & æſtiu. lege prima. §. permittitur. Et quod not. C. de ſacroſanctis eccleſijs. authent. hoc ius
1 porrectum. *in* vltima gloſſa. † Nota quòd vbi conſuetudo confirmat contractum minoris non requiritur decretũ iudicis. multò fortius in vltima voluntate. vt ff. de lib. leg. lege Aurelio. §. Caius. Sed *Iuſta.* Nota argumentũ ad generalem confirmationem priuilegiorum: quia non intelligun-
b tur confirmata niſi iuſta priuilegia. b hoc not. ff. de his qui
2 ſunt ſui, vel alieni iuris. lege prima. † Et ſic confirmatio informationi nihil noui iuris tribuit, ſed quod inuenit de cõceſsione præbendarum. capitulo quia diuerſitatem. de re iudicata. capitulo cum inter dilectos. de fide inſtrumentorum & amiſsione eorum aut apochis faciendis, & de ijs quæ ſine ſcriptura fieri poſſunt. capitulo dilectos. de priuilegijs. capitulo quia intentionis. Et no. C. de donationib. inter virum & vxorem, & à parentibus in liberos factis, & de ratihabitione. ex verbis. iuri verò cõtraria non intelliguntur confirmata, ſed obreptitiè impetrata. vt not. in l. ſi qua loca. C. de fundis & ſaltibus rei dominicæ. li. xj. & extrà de decimis. capit. dudum. per Inn. & etiam poſt eum in nouella vbi dicitur, ꝙ

etiam

Source : BIU Cujas

etiam ſi certa priuilegia confirmentur non intelligũtur cõfirmari vt aliquod ius nouum detur niſi conſtaret de intentione confirmantis. arg. ad hoc ff. de libe. leg. l. Aurelius. §. teſtamento. niſi fortè Papa cõfirmaret factum proprium. vt ff. de lega. j. legata inutiliter, vel niſi quædam cõfirmaret & quædam infirmaret: vt ff. de mili. teſt. l. tribunus. §. vlt. Nam refert Valerius teſtamẽtum cuiuſdam furioſi per Senatum
c approbatum,[c] quia bene diſpoſuerat: vt recitat Ioan. Andr. extrà de ſucceſ. ab inteſta. c. fi. in nouel. Priuilegia verò ſurre
3 ptitia non valent: vt not. de priuile. c. dudum. in nouel. †Et accidit de facto talis quæſtio. Quidam puer minor ſeptennio nobilis fuit præſentatus coram Papa qui cõtulit ſibi beneficium videns & cognoſcens ipſum eſſe infantem, tamen in literis Papæ non fiebat de hoc mẽtio. fuit quæſtio an cer
d ta ſcientia Papæ poſsit probari per teſtes,[d] & ea probata an aliquid releuet. Quidam dicunt quòd ſufficiebat certa ſciẽtia Papæ etiamſi in literis non fiat mentio de ipſa. arg. ff. de excuſa. tut. l. idem Vlpianus. ff. de re iudi. l. quidam conſulebant. Alij dicunt contrarium quia literæ ex quibus ius confertur deficiunt in forma: vt C. de diuer. offi. l. probatorias. lib. xij. Similis paſſus tangitur per Pet. & Cy. ff. de offi. procon. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ac etiam per Io. And. in proœ. lib. vj. in nouella. Pro ſecũda opi. facit quia omnis gratia Papæ videtur fieri hoc acto ꝙ inde conficiatur ſcriptura, vnde niſi reducatur in modum, non dicitur eſſe perfecta. arg. C. de fide inſtru. l. cõtractus. Itẽ ad hoc facit quod not. ff. quod quiſq; iur. l. iij. §. ſi is. Dominus Oldr. in cõſiliis facit mentionem de iſto puncto, & multa allegat pro & cõtra, tamen quid fuerit in curia deciſum nihil dicit: puto gratiam non valere & ad ſupplementum literarum apoſtolicarum teſtes non admitti per prædictam l. probatorias. Nam quoties contra ius commune aliqua forma datur, oportet ꝙ expreſſa mentio fiat in literis. argu. ſuprà. lib. j. §. fi. & ff. de mino. l. illud. §. ſi talis.

ADDITIONES.

a Inueſtitoris. No. in re aliena donationem non præſumi. de leg. j. l. ſer ui electione. §. fi. & l. ſi domus. §. de cuict. h. d.

b Priuilegia. Vide quod no. Bal. in l. ij. C. de leg. contra Florẽtinos qui poſtquam per violentiam occuparunt caſtra illa, à principe impetrarunt, vt non valeat impetratio. Vide gl. in præalle. l. ſi qua. & vide Salic. in l. j. C. ne rei do. vel tem. ea. l. eſt quæſtio nunc de facto, & eũ fuiſſet allegatum dictum Bal. præallega. l. ij. ego etiam addidi Sali. in l. ij. C. ne rei domi. vel tem. Bal. in c. j. ſuprà, de nat. feu. Vide do. Ant. in c. ij. de reſcrip. vide Bal. in c. in præſentia. de proba. And. Barb.

c Approbatum. Vide quæ dixi in c. fi. de ſuc. ab inteſt. And. Barb.

d Teſtes. Vide Bal. & quæ ibi latè no. in l. impetrata. C. ſen. reſcin. non poſ. vbi ponit q. de infan. Vide gl. ſing. in c. ſtatutum. in ver. literarũ. de reſcrip. in vj. vbi requiritur ſcriptura Vide do. Io. in l. quidam conſulebat. de re iudi. ſed do. de Rota in deciſionibus antiquis doc. tenent ꝙ poteſt per teſtes probari & ſequuntur Mod. in præalleg. c. ſtatutũ. & quę poſsint probari per teſtes. Vide quæ plenè not. ad Bal. in l. falſus. C. de furtis. Andre. Barba.

1 ☞ *Poſſeßionem uitioſam tradens tradere non uidetur.*
2 *Generis appellatione quælibet eius ſpecies continetur.*
3 *Seruitus prædialis ſi conſtituatur, an dicatur alienatio.*

Noui verò. Iſte verſicu. pro §. allegatur. Et not. hîc, quòd omnis qui habet legitimam bonorum ſuorum adminiſtrationẽ poteſt in feudum dare, & vaſallos & fideles acquirere. quod tene menti Nec per *feudum*. Not. quòd prohibiti alienare non poſſunt infeudare. In gl. ſimile ibi: nam econtra. No. quòd qui vitioſam
1 poſſeſsionem tradit tradere non videtur. † In gloſſ. hîc habet. Not. quòd feudum cõputatur in bonis vaſalli, & ideo vaſallus debet ſoluere datia & collectas & non proprietarius qui non percipit fructus. vt ff. de vſufr. l. l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarij. & ff. de impen. l. neque. In gloſſ. hîc inſtar. Not. in iſta gl. ꝙ ſi hæres eſt prohibitus vendere feudum ſibi prælegatũ, ꝙ non poterit ipſum feudare: quia prohibitus vendere non poteſt alienare, & ſic nomine venditionis continetur omnis alienatio rei prohibitæ, non dico alterius rei, vt not. in l. ij. C. de vſuc. pro empt. de hoc alibi di
2 †Item not. in iſta glo. quòd appellatione generis, quælibet eius ſpecies continetur, non econtrariò, quòd intellige aptitudine prædicationis, non neceſsitate cõcluſionis: quia nõ ſequitur, animal currit ergo homo currit. Vel dic ꝙ glo. loquitur quando genus præfertur remotiuè: vt cum dicimus hoc nõ poteſt alienari. Nam à quo remouetur genus, remouetur quælibet eius ſpecies: vt not. C. de tranſact. l. ſi cauſa. & hæc eſt intentio huius gl. Item not. in gloſ. quòd alienatio dicitur propriè nõ ſolum ſi alienatur proprietas ſed etiam ſi alienatur vtile dominium. Abuſiuè autem contractus pi- d
3 gnoris dicitur alienatio, quia conſtituitur ius in re. † Sed nunquid dicitur alienare qui conſtituit ſeruitutem prædialem. Reſpon. per ea quæ not. ff. de legat. j. l. Mæuius. §. fundo. vbi videas. Sequitur §.

1 ☞ *Promittens nulli uendere niſi tibi, quid hæc uerba importent.*
2 *Vaſallus põt infeudare cuilibet extraneo niſi faciat in fraudẽ domini.*
3 *Conſuetudo uiget in perpetuum ſi non reperiatur mutata.*
4 *Alienatio fraudulοſa an ſit ipſo iure nulla.*

Sed & res. Caſus. Regula & inſtantia datur à regula. Regula eſt, res cuius alienatio prohibetur in feudum dari non poteſt. Fallit regula in duobus caſibus. Primus eſt ſi vaſallus vendit agnato proximo qui ſucceſſurus eſt in rem feudalem, quam licet prohibeatur alienare, ſibi tamen poteſt vendere. Secundò quando vaſallus rem feudalem quam prohibetur alienare dat in feudum alij, quod poteſt etiam cuilibet extraneo dare, niſi dederit in fraudem conſuetudinis, vel legis pretio accepto ſub colore inueſtituræ, tunc reddito pretio ab agnato proximiore ei qui accepit inueſtituram poterit ab eo reuocari, hoc dicit.
a Niſi.[a] † argu. ad eum qui promiſit nulli vendere, niſi tibi. de
1 quo notatur in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caution. Aut iſta verba apponuntur ſuper facultate, & non inducũt obligationem. Aut ſuper obligatione, & tunc inducunt neceſsitatem. hoc not. C. de tranſactio. l. actione. per Cy. & alios. A *communi parente*. Ex hoc patet, quòd fiebat alienatio proximiori agnato ad quem feudum erat reuerſurum. hoc patet ex eo, ſcilicet quòd ſubijcit proximiori. *Pro æquali pretio*. Innuit quòd agnatus non vult emere pro æquali pretio quod poteſt vendere alij, quod intellige domino requiſito. argu. ff. de verbo. obliga. l. qui Romæ. §. cohæredes. *Per feudum*.
2 †Not. quòd vaſallus poteſt infeudare cuilibet extraneo niſi faciat in fraudem domini, vel agnati. De quo gloſſ. ponit tria exempla. Primò de caſtrato. Secundò de ſterili. Tertiò de eo qui infeudat in fraudem agnatorum, tamen in caſibus iſtis puto feudum tenere eo viuente. Vel aliter expone: vt infrà de prohib. feud. alie. per Fede. c. j. §. callidis. & dic vt ibi. Ego fui interrogatus cum quatuor eſſent fratres & vnus caſtratus, vtrum poſsit vendere vni fratrum in præiudicium aliorum. Et dixi ꝙ venditio valebat eo viuo, ſed eo mortuo ſine hærede ſuccedũt omnes agnati qui proximio-
b res ſunt gradu. arg. huius gl.[b] Et idem dico de ſterili. Et no. hoc verbũ gl. ꝙ ratione ſterilitatis præſumitur animi fraus. *Reſciſſa*. Dicit glo. ipſo iure ſeu quatenus de facto proceſsit. ſic in l. j. §. j. ff. de fer. *Reſtituere*. Simile extrà de in integ. reſti. c. conſtitutus. In gl. & verè, Not. in iſta gloſſ. quòd permit
3 titur agnatis, quod non permittitur alijs. †Item not. iſtã gl. & tene menti, quòd conſuetudo in perpetuum viget ſi non
4 reperiatur eſſe mutata. †Quærit hîc gl. de aliquibus quæſtionib⁹. Primò vtrum alienatio fraudulοſa ſit ipſo iure nulla. Secundò an conſuetudo quæ dat prærogatiuam agnatis ſit correcta. Tertiò an cohæredi cum quo facta eſt diuiſio, poſsit poſteà vẽdi pars ſua. Quartò qd de eo qui nõ recipit inueſtituram, an habeat iſtã prærogatiuã. gl. dicit ſe alibi dixiſſe. Pe. de Cer. dicit ꝙ neſcit, vbi Iac. de Bel. dicit nihil referre de diuiſo, vel indiuiſo, ſed bene refert preſtiterit fidelitatem necne. ſi ille qui vult reuoçare *ſed nõ* refert quo ad alienãtẽ: quia ſicut irritũ eſt factũ eius qui fecit fidelitatẽ multò fortius eius qui nõ fecit. ar. ff. de inoff. teſt. l. qui de inofficioſo. & ff. de noxa. l. non ſolum. & ff. quod vi aut clã. l. ſi ſeruus.

ADDITIONES.

a Niſi. Et adde quòd ſi dictio niſi, apponitur ad inducendam faciendi

FACULTÉ DE DROIT CC PARIS BIBLIOTHÈQUE

Source : BIU Cujas

neceſsitatem tunc diſponit: Sed ſi adijcitur ad inducendam neceſsitatem abſtinendi, tunc non diſponit, idem ſi apponatur ad impediendã aliquam habilitatem. Item ſi nihil præcedit dictionem niſi: quia nec tunc aduerſatiuè ponitur. quia non eſt aliquod eius cui aduerſetur. ff. de man. teſt. l. Titia. §. fin. Et vide quod not. in Spe. de ſponſ. in princ. Et dictio niſi, aliquando ponitur in vim conditionis. ff. de conditi. & demon. l. quibus diebus. §. quidam Titio. Quãdoque ponitur in vim diſpoſitionis vt not. in d. l. actione. quandoque ponitur in vim enunciationis, facit ff. de contrah. emp. l. qui fundũ. la picola. & not. ꝙ niſi prolata lege ſemper diſponit. C. quod cum eo. l. fin. Item dictio præter poſita affirmatiuè ampliat ff. de pig. act. l. j. in fi.

b Huius gloſſ. Vide aliam gl. in l. j. C. ne lic. hab. metr. li. xj. tex. ſing. in l. j. ff. de vẽ. in poſ. mit. l. j. §. j. Bal. in l. j. & ij. C. de excu. tut. Vide Bald. in l. j. §. j. de ope. no. nũ. Bal. in l. ob maritorũ. ne vxor pro mar. Vide Bar. in l. verum. §. ſi minor. ff. de minoribus, & ibi remiſi. And. Barb.

1 ☞ *Nuncius non dicitur niſi qui habet mandatum.*
2 *Dubitans an æquiparetur ignoranti.*

a **Perſonam verò** Datur regula, ꝙ regulariter omnis perſona a poteſt accipere feudum nec diſtinguitur an ſit liber, vel ſeruus, niſi ignorantia prætendatur in dante. hoc dicit. Item quæritur ſi in priuilegio cõtinetur: cõceſsimus tali procuratori Titij. an ſit neceſſe producere mandatũ. Rñ. non: quia præſumitur illud vidiſſe: vt eleganter nota. Bernar. in c. nonnulli. in magna glo. Et facit C. de contrahenda, & committen. ſtip.
1 l. optimã. † Extrà no. ꝙ non dicitur nuncius, niſi ille qui habet mandatum & non ille qui nunciat à ſeipſo ſine mandato vt no. ff. de contrahen. emp. l. j. Item no. ꝙ ꝓcurator non appellatur dominus. C. per quas perſo. l. cum per liberam.
a *Ignorantia.* † facit ff. de pac. l. perſonam. §. qui pecuniã. C. de hære. inſtit. l. ſi pater. C. de fidei. l. eam quã. Sed quid in dubitante an æquiparatur ignoranti. Videtur ꝙ ſic. vt C. de cõdi. inde. l. fi. & C. de fur. l. manifeſtiſsimi. §. j. Dic contrà, quia ſi dubitabat, debuit inquirere qualitaté eius cũ quo cõtrahe-
b bat: vt ff. de re. iu. l. q cũ alio. & ſi nõ inqſiuit ſibi imputet. b

Sed vtrum Caſus. Datur regula ꝙ inueſtiturã põt quis facere & accipere p aliũ: ꝙnimò & per ꝓcuratorẽ. h. d No. ꝙ qs per aliũ põt tradere poſſeſsionem & recipere concor. extrà de præben. c. accedẽs. Quædã tamẽ ſũt quę intra nos ſunt ſiue deſcẽdũt: quæ per aliũ explicari non pñt. vt neceſsitates & ſuperfluitates naturæ: vt C. de teſta. lege cũ antiquitas. quare nec adulteriũ per aliũ explicari põt: vt no. ff. de vi & vi ar. l. j. §. quoties.

Fœminam quoque. No. ꝙ fœmina poteſt eſſe dña feudi licẽ: regulariter nõ poſſet eſſe vaſalla feudi paterni. Ité nota ꝙ fœmina poſſet habere vaſallos & fideles, & ꝓinde habebit iuriſdictionẽ tãquã dña feudi: qa iſta ſunt iura cõnexa.

ADDITIONES.

a Omnis perſona. Extrà quæritur ſi legantur cibaria monachis, vtrũ Abbas, & conuentus poſsint agere proprio nomine vel nomine monachorum tantũ. Reſpon. proprio. ff. de conditi. & demonſt. l. filio. vbi tex. not. licet qui facti ſunt non tranſeunt ad dominum ff. de cap. di. l. legatũ. & not. ad Tre. l. Lucius. §. tres hæredes. ff. de cond. & demonſt. l. qui hæredi. & l. Mæuius. quia facta ſeparatione à perſona nõ recipiũt.
b Imputet. An dñs proprio ſeruo poſsit concedere feudũ ſine liberta-te. Reſpon. ꝙ nõ, quia dominus ſeruo nil debere põt: vt ff. de condi. indeb. l. quibus diebus. §. dominus. etiã ſi vocet eũ liberum. C. de ne. ſer. hære. inſtit. l. iij. quia verba enuntiatiua prolata reſpectu intrinſecæ diſpoſitiõis, nõ diſponũt niſi aliud præſumatur ex mẽte loquẽtis. ff. de rei ven. l. emptor. §. ancilla. verba enũtiatiua ſũt quoddam præambulũ enũtiati actus tũc nõ geſti. & ideo nõ diſponũt ſi incidenter ꝓferatur: vt in c. ſi Papa. de priui. in vj.

1 ☞ *Argumentum ſumi poteſt ab interpretatione nominis.*
2 *Fidelitas qualiter debeat promitti.*
3 *Et qualiter uaſallus debeat honorare dominum.*
4 *Vaſallus non tenetur præſtare largam fidelitatem: rationem ponit.*
5 *Fidelitas quando ſit præſtanda domino.*
6 *Vaſallus ſi uult præſtare fidelitatem: & dominus recuſat an noceat uaſallo.*
7 *Pactum appoſitum contra diffinitionem contractus an ualeat.*
8 *Diſueſtitura qualiter & per quos fiat.*
9 *Fiſcus poſsidet feudum in uita uaſalli ob crimen commiſſum.*

Nulla. Caſus, datur regula, exceptio à regula. Regula eſt, dominus non cogitur facere inueſtituram vaſallo ſi fidelitatem ſibi facere recuſet: quia feudum dicitur à fidelitate, ſeu à fide. Fallit regula ſi per pactum contrarium actus eſt. hoc dicit. *Inueſtitura.* Subaudi: ſcilicet realis per quam vaſallus ponitur in poſſeſsionem, cùm iam verbalis præceſſerit: nam illa præcedere debet ſacramentum fidelitatis: vt infrà, titu. proxi. & infrà de no. for. fide. cap. primo. §. fina. quod ſacramentum ſi vaſallus poſt inueſtituram verbalem recuſauerit præſtare. non debet fieri inueſtitura realis cùm feudum dicatur à fide vel à fidelitate. & hoc tenet
1 Pet. de Cer. A *fidelitate.* † Nota. argũ. ſumendum à nominis interpretatione. ſic inſtit. de tute. in prin. ff. de ver. ſig. l. bonorum. & l. malũ. §. pe. C. de defen. ciui. l. defenſores. inſt. de dona. §. eſt & aliud. C. de fer. & l. à nullo. C. de offic. præfec. vrb. l. j. ibi dum dicit. ſciat ex ipſo nomine quid præfecto debeatur annonæ. &c. Adde & not. interpretationem grammaticalem in priuilegijs valere. de verborum ſignifi. in vj. c. Abbate. in nouel. *Niſi eo pacto.* Not. per pactum neceſsitaté
2 contractus poſſe modificari. In glo. not. hic. † Iſta eſt gloſſa multum ſolennis, & ponit practicam & formam quomodo fidelitas ſit pollicenda, & inueſtitura petenda. & quomodo & qualiter vaſallus debeat dominum adire. Ex quo verbo *innuitur* quòd fidelitas ſit perſonaliter facienda. Et adde ꝙ not. *in ſimi.* de ſentent. excõmuni. cap. cum deſideres. in nouel. Vel dic, quòd procurator vel ſyndicus poſſunt iurare fidelitatem dummodo habeant ſpeciale mandatum: vt nota. *in gloſſ.* per Archidiaco. *lxiij. diſtinct. c. tibi domino.* Vel dic quòd ſyndicus ciuitatis gerit perſonam legitimam & ſicut tutor poteſt iurare ſine ſpeciali mandato: Secus *in procuratore priuato*, vt nota. ff. de iureiurando l. iuſiurandum. §. defenſor. & lege prima. C. etiã per procura. cau. in integrũ reſtitu. agi poſ. per Iacob. & Cyn. ſed opi. Archidiaco. tutior
a
3 eſt a † Item ponit qualiter vaſallus honorare debeat dominum præſentibus paribus curtis & alijs magnis & honorabilibus viris. Et an dominus ſi nolit inueſtituram facere priuetur fidelitate, & qualiter fidelitas ſit facienda, & quibus verbis de iure. Vltimò ponit vnum dictum valde notabile, quòd ſtatim dominus perdit famam: puta quia eſt excommunicatus poteſt ei ſubtrahi fidelitas: quia fidelitas pariter cum fama domini finitur. tamen pariter cum fama domini reſtituitur vt infra hîc finitur lex. ca. domino guerram. Et eſt ratio quia quod contumacia abſtulit, obedientia reſtituit, tex. eſt valde nota. extrà de conſtitu. capitulo ex literis.
4 † Item nota. ex gloſſa quod regulariter vaſallus non tenetur largam fidelitatem facere: quia in iuramento excipit priorem dominum & dominum Imperatorem tene menti gloſſam optimam & practicam. Et adde ad pleniorẽ doctri
5 nam ſecundum Iacobum de Bel. † Cũ quæritur quãdo ſit pręſtanda fidelitas. gloſſa non reſpondet. Tu dic, quòd aut præſtita eſt inueſtitura noua vel vetus ipſi vaſallo à domino tunc vaſallus debet domino ſtatim præſtare fidelitatem: vt hîc & infra titu. proxi. & ar. ff. de act. emp. lege in §. offerri. & de ædil. edi. lege etiam §. fin. Aut non eſt præſtita inueſtitura, & dominus vaſallo denunciauit legitimè. quod ſibi præſtet fidelitatem pollicendo inueſtituram, & vaſallus eſt in mora tunc amittit feudum tanquam ingratus: vt infrà quę ſit prim. cau. bene. amit. §. eſt & alia. Si vetus debet fieri inueſtitura, vaſallus habet annũ & menſem ſi miles eſt, ſi priuatus eſt habet annum & diem. ſi ante tempus non petat poſt tempus efficitur in mora, & tanquam ingratus amittit feudum etiam ſine denunciatione domini. quia dies interpellat pro eo vt ſuprà, quo tempore miles inueſtiturã petere debeat. cap. primo. & infrà, de ca. Cor. in princip. & C. de iure emphiteutico. l. ſecunda. Nota ergò quòd in noua inueſtitura dominus nõ debet offerre: vt dicto §. offerri.
6 ſed in veteri vaſallus ſe offert: vt dictum eſt. † Quæritur quid ſi vaſallus vult pręſtare fidelitatem: dominus autem recuſat facere inueſtituram. Reſpondeo quòd non nocet vaſallo, & dñs ſibi tenetur ad intereſſe: vt infrà de noua for. fide. §. vel poteſt præciſè cogi tradere rem & inueſtiturã facere, infrà ſi de feudo fue. cõtro. c. ſi facta. vel dic, quòd dominus

dominus priuabitur proprietate feudi sicut vasallus priuaretur suo iure si recusaret fidelitatē præstare: vt infrà de for. fi. §. dominus. & infrà quali. domi. feud. priue. c. ex literis. Ia.

7 Bel. †Vltimò potest hìc colligi, ꝙ valet pactum appositū cōtra diffinitionem contractus. Circa quod dic, ꝙ aut apponitur ad perimendā substantiam cōtractus: aut ad augendū. Primo casu aut incontinenti, & vitiat: aut ex interuallo: & tunc aut perimere contractū non est in potestate contrahēntium. puta professionem religionis, & non valet pactū. aut perimere est in potestate cōtrahentiū & tūc aut apponitur super toto, & vitiat. Aut super parte, & nō vitiat. l. j. ff. si vsufru. pe. & l. per seruū. de vsu & ha. Secūdo verò casu principali quādo apponitur ad augendū, non vitiat, sed abundat: vt ff. de pecu. le. l. si peculiū. §. j. & ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. j. licet ibi ſm verā lec. pac. teneat: vt ibi no. de hoc no. Cy. C. de sac. san. ecc. authē. ingressi. & ibi videas id qđ ibi dixi post Cy. Ex his apparet ꝙ nō, & quicquid est contra descriptionem contractus est cōtra eius substantiam: vt hic est tex. no.

8 Quæro dicitur hic per quos fiat inuestitura & qualiter. videamus ecōtrariò per quos fiat diſuestitura & qualiter. Et dicendum est ꝙ diſuestitura est duplex. scilicet, Abusiua, & propria. Dic ergo ꝙ verbaliter tantum inuestitus, verbo diſ

b uestiri potest: vt l. nihil tam naturale[b]. de re. iur. & si interuenit chirographum, cogetur vasallus ingratus contrarium facere chirographum &c. C. de non nu. pec. l. generaliter. vel incidere instrumentum inuestiturę. Nam omne ius quod ex chirographo oritur eius abolitiōe resoluitur: vt fin. no. ff. de pact. l. ab emptiōe. & si fuit facta inuestitura per annulū dēā nulabitur, & si per traditionē eijcietur. Nam diſuestitura ſimilis est degradatiōi. & ideo fit per actum retro ſimilē quo ad modum, contrarium tamē quò ad effectum: vt C. quādo li. ab emp. diſc. l. ij. & ff. de infa. l. ij. §. ignominiæ. in ver. exauthorizauerint. & in c. degradatio. de pœ. lib. vj. Si autē quæris per quem fiat ista diſuestitura. Rñ. per ius habentem. Nā interdictum per dominū. & hoc dupliciter. Vel propria authoritate, vt quando vasallus alienādo à possessione sē facit alienum vt l. ij. C. de iu. emphy. Vel per sententiam quando retento vtili dominio vasallus ingratitudinem commisit, agnati verò nunquam, nisi per sententiam, probata & cōiuncta culpa. †Vnum dico ꝙ si vasallus cōmisit talē ingratitudinem ex qua veniunt bona publicanda, & dominus nolit vendicare ꝙ feudum cōfiscabitur: ita ꝙ donec delinquēs decedat sine hærede fiscus possidebit: vt in authē. de alie. & emph. §. j. & ar. ff. de iure fis. l. Statius. §. Cornelio fœlici. &c.

9

ADDITIONES.

a Tutior est. Quāquā & præcedens sit vera: quia istud est iuramentū necessitatis & vtilitatis, quod debet haberi pro rato. l. Pōponius, de neg. gest.

b Naturale. Vide Bal. in l. C. de donati. And. Barba.

Quid præcedere debeat an inuestitura an fidelitas. Rubrica.

Adde, essentiās debet excedere suū essentiatū. h. d. Et ideo queritur hìc quid præcedere debeat inuestitura, an fidelitas. & qui vult agere oportet quòd impleat causam cōtinentiæ. dicit Cy. C. loc. l. aduersus.

1 ☞ *Instrumentum an ordo præposterus uitiet.*
2 *Contractum implere ille primò debet qui est principalis in contrahendo: quando nomen descendit à nomine.*
3 *Actio directa & contraria an oriatur ex contractu feudi.*

VTrum. Diuide capitulū in duas partes. Primò quid præcedere debeat an inuestitura an fidelitas. Secundò quid est fidelitas. Secunda ibi incipit fidelitatem. Casus. Quæritur hìc quid præcedere debeat, an inuestitura an fidelitas. Rñ. detur ꝙ inuestitura. Quæritur etiā quid dicatur fidelitas. Respondeo quòd fidelitas dicitur iuramentū fidelitatis. quod vasallus præstat domino. hoc dicit. *Fidelitatem.* id est iuramētum. *Responsum est inuestituram* subaudi verbalē. Primò enim debet præcedere inuestitura verbalis, postèa sequi sacramentum fidelitatis, & vltimò fit inuestitura realis: vt infrà de no. for. fi. c. j. §. fi. & infrà si de feu. contro. sue. inter do. & ag. c. fi. facta: & infrà quæ fuit pri. cau. bene. amit. c. j. Pe. de Cer. Sic ergo instrumentum concipiatur. Talis comes concessit Bal. tale castrum in feudū, & ipsum per ensem nudum quē tenebat in manu inuestiuit. Qui Bal. postea fidelitatem iurauit secūdum veterē & nouā formam. Ideirco dictus dominꝰ Comes constituit se tenere dictū castrū pro dicto Bal. tanquā feudatario. Et melius est si dominus facit procuratorē ad inducendū eū in corporalē possessionem: vt infrà per

1 quos fi. inue. c. j. §. sed vtrum. †Sed quid si instrumentum præposterat ordinē. videtur nō valere. arg. ff. de vul. substi. l. moribus. §. peius. Ego puto valere, & reduci ad ordinē rōnis intellectus. ar. inst. de leg. §. ante hæredis. & ff. de hæ. inst. l. talē. in prin. quia multū refert an ordo sit de forma, & tūc præposteratio vitiat. aut sit de simplici cōsensu & tūc secus. Vel dic ꝙ in casu nostro videtur seruata forma intellectualis cuius obseruātia sufficit: vt nota. in alia materia magna & ardua, extra de bapti. c. fi. in nouel. Quęro quę est ratio istius capitu. Rñdeo triplex. quia dominus est caput feudi: & ideo debet incipere à capite: vt ff. de neg. ge. l. at qui natura. §. Scęuola. & ff. de edē. l. argētarius. §. edi. Itē quia quod præcedit in essentia debet præcedere in facto, qñ causæ sunt cōuertibiles nulla præcedit alterā in essentia. ff. de ma. l. hæredē. secus si vna est sub alia. vel si vna est actiua, alia passiua: quia actiua semper præcedit in iudicijs per rōnē naturalē: vt hìc: & C. de re. permu. l. ex placito. Secūda quia sicut dñs primò nominatur in cōtractu, ita debet præcedere quò ad actū verbi vel inuestiturę abusiuæ. Tñ sicut ille qui vēdit nō tenetur trāsferre dñium nisi pretio soluto: nec tenetur habere fidē de pretio si nō vult: vt ff. de fo. l. si soluturus. ita cū fidelitas sit loco cuiusdā pretij nō tenetur dñs habere fidem de eo, si tñ haberet & traderet, trāsferret vtile dñium: vt inst. de re. diui.

2 §. vēditæ. Tertia †rō est quia quoties nomē à nomine descēdit, ille qui est principalis in cōtrahendo debet ea quæ sunt obligata primò implere ex parte sua ponēdo ea in substātia obligatiōis: vt patet in cōtractibus innominatis. quia ibi nomē à nomine descēdit propter dictionem vt, quæ significat quendā ordinē cōtractus à quo ordine denominatur. ff. de præscr. ver. l. naturalis. §. quod si faciā. licet Bar. dicat & malè ꝙ cōtractus do vt facias, ex parte faciētis est facio vt des. nā licet ita sit in modo exequēdi nō tñ cōtractꝰ debet sic deno-

3 minari. †Iuxta quod quęro vtrum ex cōtractu feudi oriatur actio directa & contraria. Et videtur quòd sic, quia nomen à nomine descendit: vt no. ff. de act. & obli. l. cōsensu. Tu dic quòd hincinde est directa, quia directa & cōtraria nō habēt locū nisi in casibus expressis in iure: vt no. ff. de impen. in re. do. l. omnino. quæ doctrina non ponitur alibi. &c.

Qualiter debeat iurare vasallus domino fidelitatem. Rubrica.

1 ☞ *Clausula sicut iurari debeat intelligitur in omni iuramento.*
2 *Iuramentum quod uasallus præstare debet quotuplex sit.*
3 *Personæ domesticæ quæ dicantur.*
4 *Domini duo eiusdem castri an iurabunt fidelitatem inuicem.*
5 *Dominus an possit priuare alium dominū qui crimen commisit.*

QVaLiter. Diuide capitulum in duas partes. Primò traditur forma iuramēti quod præstat vasallus domino. Secundò iuramenti quod præstat domesticus, vel subditus domino. secunda ibi si verò domesticus. Casus. Vasallus domino iurare debet quòd sibi erit fidelis & quòd credentiam sibi commissam non manifestabit. Domesticus autem subditus adijcere debet nominatim vitam, membrū, mortem & eius rectum honorem. h. d. Iacob. *Sicut uasallus*

Source : BIU Cujas

1 *debet esse domino.* †No. verbū aureum quod in omni iuramē-
to fidelitatis intelligitur clausula sicut debet iurari. Et ideo
contra antiquam consuetudinem noua iuramenta extorta
præsumuntur impressiua. & ita respondi cuidā magnifico
2 me consulenti super hoc in facto valde arduo. †No. hic de
triplici iuramento, scilicet de iuramento vasalli qui est va-
sallus propriè ratione feudi. & quod hic deest in isto iura-
mento supplebitur infrà de no. for. fi. Secundò de iuramē
to domestici pone, sum de cōcilio illustris principis dñi Co
mitis virtutū. vel aliàs sum eius familiaris, certè teneor ei prę
stare iuramentum fidelitatis dū in tali actu seu habitu ero.
Pone, quòd sum attinens vasalli qui habet castrum in feu-
dum & secum habito, teneor ei iurare capitula hîc cōtenta:
præsertim si sum de eius genere, ita quòd sperē eius succes
sionem. Nam domesticæ personæ successionem dominorū
sperantes, suspectæ sunt ne vitæ eius insidientur. quæ su-
spicio purgatur per iuramentum. ita no. gl. hîc posita. non ta
men puto quòd vxor debeat iurare, vel econtrariò: vt ff. de
condi. & demon. l. cum tale. in principio. licet meretrices
optent mortem maritorum, vt Digestis de conditionibus
& demōstratiōibus lege. pater Seuerinam. §. Socrus. Et for
tè familiaris vel domesticus ideo iurat, quia videtur domi-
a nus iurisdictionē habere a in suos ministrales & in suos a-
gricolas: vt infrà de pa. te. c. si qui. §. si ministrales. & in au-
then. de quęstio. §. si verò forsan, colla. vj. coarctionem quā-
dā tēperatam in eos habēt. ar. ff. de iurisd. om. iud. l. magistra-
tibus. ff. de pœ. l. si quis fortè. §. si quos comitum. ff. de fur. l.
serui & filij. in princ. C. de agr. & censi. l. fi li. xj. in authentic.
de nup. §. ascriptitios. coll. iiij. in Lombar. qualiter mūdual-
dus. l. fina. ff. de iniur. l. item apud. §. adijcitur aduersus. &
l. prętor. §. prętereà. & l. non solum. §. quanquàm. & §. leuis.
secundum Ia. de Are. in sua summa sub rub. qualiter debeat
iurare vasallus. quod verum est in his qui sunt de familia
perpetua: vt C. de episco. & cleri. l. j. Tertium est iuramen-
tum quod præstant subditi ratione iurisdictionis. vnde, cū
Papa veniret Perusinam omnes Perusini tenētur ei iurare
fidelitatem, & nomine Perusinorum non solum originarij
continentur, sed quicunque habent ibi domicilium: quia
per hoc de districtu Papæ sunt. Et istud capitulum quo ad
iuramenta domesticorum nescio alibi. & credo quòd con-
tineat vsum dominorum potius quàm sit fundatum in iure
3 ciuili Romanorum. † Quærit glossa quæ dicantur perso-
næ domesticæ. & responsionem habes. C. de testib. l. etiam.
& institu. de testamen. §. in testibus. & C. de quæsto. l. qui-
dem. l. placuit. de his qui ad ecclesiam confugi. lege prima. §.
finali. & ff. de pœ. l. respiciendum. §. furta. & C. de re milit. l.
quicunque. li. xij. & omnes personas ad quas peruentura sit
hæreditas. Petrus de Ceruia. & ff. de iurisdictione omniū iu
dicum. lege qui iurisdictioni. C. de latina libertate tollenda.
4 lege prima. §. illud etiam. Iacobus Belu. †Sed pone ꝙ sunt
frātres domini eiusdem ciuitatis. nunquid inuicem iurabūt
& videtur quòd non, mutata compensatione obstante ar-
gumento ff. soluto matrimonio. l. cum mulier. In contrariū
videtur. ff. de in ius vocan. l. sed si hac. §. liberta. & ff. si certū
petatur. lege eius qui in prouincia. in fine. Nec obstat argu-
mentum de compensatione, quia mutua delicta non com-
pensarentur, quia sicut speciei ad speciem non admittitur
compensatio, ita feloniæ ad feloniam pręsertim si essent di-
uersarum specierum. Alibi dicimus quòd fornicatio spiri-
tualis & corporalis non cōpensantur ea ratione: quia sunt
diuersarum specierum vt nota. extrà de conuer. coniuga. ca
pitu. vlti. in nouel. Et adde quod nota. ff. ne quis eum qui in
ius vocatus est. lege tertia. Et licet ista iuramenta non exigā
tur nisi vnus sit sub altero, tamen hîc dico quò ad fidelitatē
5 vnus est subaltero & alter sub illo. † Quærit enim Guliel-
mus de Cu. si duo sunt domini in eodem castro & vnus cō-
mittit delictum aduersus alterum vtrum possit ab illo pu-
niri. Et determinatur quòd non: nisi eo casu quo non reco-
gnoscunt superiorem. Ego dico idem, si periculū sit in mo
ra. Itē si vnus sit maior administratiōe quā alter. aliàs par in
b parem[b] non habet imperium secundū Guiliel. de Cun. qui
ita nota. in le. vltima. ff. de re. diui.

ADDITIONES.

a Habere. Vide, Bal in l. imperialem. §. prætereà ducatus. de prohi. ali. feu. per Fed. habetur in. l. inter tres tutores. ff. de admi. tu. Andre. Barbatia.

b Par in parē. Et de omni iurisdictione maioritatis attēditur quò ad administrationem vt no. in c. de liberalibus. in gl. aduerte. in fi. de offi. dele. lib. vj. &c.

De forma fidelitatis. Rubri.

IN epistola. Diuide capitulum in duas partes. primò datur forma iuramenti quod vasallus præstat domino. Secundò dominus vasal lo ad eādem vicem astringitur. prima vsque ad §. dominus. secunda, vsque ad finem.

a Casus a forma iurisiurandi præstandi à vasallo domino tra-
ditur in decretis. in qua sex memoriæ habere debet vasallus
incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile. quæ ver-
ba quem intellectum sapiant exponit litera, quinimò debet
etiam suo domino auxilium & consilium præstare. debet &
etiam dominus vasallo vice mutua sibi præstare quod &
vasallus domino. hoc dicit Iacob. Belu. *In memoria.* Nota ꝙ
non licet obliuisci de eo quod quis tenetur aliis facere præ
sertim sub vinculo iuramenti: consonat C. de contrahen. &
commit. stipul. l. magnam. *In colume.* Nota ista plucherrima
verba & quia textus ea exponit ideò non est necessaria alia
glossa. *Saluus esse.* Nota quòd periurus non potest esse saluus
de suo feudo. Sed an Papa posset dispensare, videtur ꝙ nō.
vt not. in capitulo secundo. de remiss. in nouel.

ADDITIO.

a Casus. Vide Ludo. Ro. in consi. lxviij. inci. viso themate.

1 ☞ *Domini terrarū an possint expellere mercatores forenses de ter
ris suis sine causa.*
2 *Quid de uenturis ad patriam an possit interdici ingressus.*
3 *Repræsaliæ concessæ Pisano ciui contra Perusinos non extenduntur
ad Perusinos tunc temporis Pisis habitantes.*
4 *Fides hincinde debetur.*

Dominus vero. Iste versiculus pro §. alle-
gatur quia notabilissimus est, & sanctum ius continet. Dicit enim quòd in quibuscun-
que vasallus debet esse fidelis dño: in eisdem dominus de-
bet fidē vasallo, alioquin dominus iudicabitur malefidus. a

a Item vasallus potest diffidere b quia debet perdere proprie
b tatem feudi, & hoc est mirum. Nam tale est quale si dicere
mus quòd proprietas consolidetur vsufructui. Notant ergo
1 valde hunc §. domini, quia terribilis est eis. †Extrà quæro
nunquid domini terrarum possint sine causa expellere mer
catores forenses de suis territorijs, & non recedentibus bo-
na auferre. Respondeo quòd mundus est omnibus com
c munis patria & ideo non possunt expelli nisi ex causa c ex
qua possent foris banniri. Nam expellere interdicere est:
quæ pœna sine causa non debet imponi: vt ff. de interdict. &
2 releg. l. relegatorum. † Venturis autem ad patriam alienam
bene potest interdici ingressus. ar. ff. de ser. rusti. prædio. l.
diuus. ff. de vsufruct. leg. l. hæres. ff. si ser. vin. sicuti. §. Aristo.
postquam autem venerunt & ingressi sunt sicut reliquus
populus sunt. & tam contra naturalem æquitatem, quàm
contra bonum publicum est si expellantur. facit in authen.
de quæsto. dum dicit ciuitas nostra populosa &c. vbi est tex.
d singu. quòd nomine populariū continentur aduenæ d ha-
bentes incolatum. quod alibi non reperitur: & facit ad mul
ta statuta terrarū. †Itē prædicta faciūt ad materiā repsaliarū
videlicet ꝙ repsaliæ cōcessę cōtra Perusinos cuidā ciui Pi-
sano nō intelligātur cōcessæ contra Perusinos tunc tēporis
incolatum Pisis habentes, quia intelliguntur de Pisano po-
pulo, vnde sunt de alio ouili. argu. insti. de re. di. §. pauonum.
Item quia cum participat duas qualitates inspicitur ea quæ
prodest

Source : BIU Cujas

prodeſt præſertim contra repræſalias quæ ſunt odioſæ.vt not.ff.quod metus cau.l.extra.de iniur.& de dam.da.c.j. lib.vj.Et licet aliquando ſint promiſſæ nunquam tamen fauorabiles ſunt,ſed reſtringendæ quantum eſt poſsibile abſque earũ ſubuerſione.*Reddere debet.*Dicit Seneca in vij. declamationum.non eſt beneficium à ſcelere abſtinere.

4 *Malefidus.*† Nota quòd fides debetur hincinde,& qui fidẽ non præſtat eam ſperare non debet:vt ff.lo.l.quæro.§.inter.Et no.ſimile de Abbate verſus monachum:vt not.in c. vlti.de condi.app.in nouella.

ADDITIONES.

a Malefidus.no.ſi dominus non eſt fidelis vaſalloquòd non tenetur eſſe fidelis domino vaſallus,pondera.Ian.in c.cæterum.de iud.vbi dicit quòd dominus agit interdicto vnde *vi* contra vaſallum,ſed iſte tex. poteſt induci contra eum .And.Bar.

b Diffidere.vide c.conquerente.de reſt.ſpo.vbi inhoneſtè facit epiſcopus ſpoliare clericum beneficio.And Barb,

c Ex cauſa.Vide Bal.in c.j.§.ſi.ſuprà qui. mod.feu.amit.And. Barb.

d Aduenæ.not.ſingu.quòd appellatione popularium continẽtur aduenæ habentes incolatum.& idem tenet Bald.in l.iij.§.hæc verba.ff.de negot.geſtis.Sed contrarium tenet ipſe in rubr.C.qui accuſ.non poſſ. & reſpondet ad text.d.authen. de quæſtore,quod eſt caſus ſpecialis. An autem appellatione popularium veniant clerici,dic quòd non: vt in c.ſi ſententia.de ſentent. excommunicatio. Vide text.pro dicto Bal. in c.quoniam de offi.ordin.& in c.Rodulphus.de reſcr.per Bal.dixi in rubr.de reb.eccl.non alien.Bald.in c.j.de offi.ord. Vide cap.petitio.de homic.vbi appellatione habitatorum veniunt clerici, & laici, quod eſt bene notab.Vide quod habetur in l.Spadonem.§.iam autem.ff.de exc. tuto.vbi Bald.dicit quòd veniunt Iudæi.And.Barbat.

De noua forma fidelitatis. Rub.

1 ☞ *Forma facilius tollitur quàm ſubſtantia.*
2 *Iuramentum an poſsit præſtari ſuper ueteri teſtamento.*
3 *Iuramentum fidelitatis an aſtringat contra fratrem aut filium.*
4 *Homines groſſi non debent interrogari ſuper ſignificatione uocabulorum.*
5 *Membrum quod dicatur.*
6 *Iniuſtitia & caſus fortuitus æquiparantur.*
7 *Iuuare alium ſi quis promiſit non tenetur.*

EST & alia. Caſus. traditur noua forma iuriſiurandi fidelitatis quod præſtat vaſallus domino. plana eſt, vide per te *De nouo*.Noua forma dicitur,quia ſpecificat capitula ſubi generali forma incluſa.Et eſt noua quò ad dictatum ſed non quò ad intrinſecum ſenſum & virtutem verborum. Nam qui ſpicam excutit nihil noui facit ſed velatam rem extollit:vt ff.de acqui,re.do.l.adeò.§.cum
1 quis. † Nota quòd circunſtantiæ quandoque appellãtur forma. Et q facilius tollitur forma quàm ſubſtantia,vt no.de ſen.excom.cap.ſuper eo.in nouella.Quando dubitatur de forma,vtrum ſit dubium iuris vel facti.not.in c. ij.de bap.in nouella:& nota.quòd triplex eſt forma ſcilicet verborum,intellectualis & legis forma.not.eodem titulo cap.fina.in nouella.Forma nõ aliud eſt niſi ordinata ſeries rem ad ſubſtantiam adducens.ff.de verborum obligatione.l. q Romæ.§. Faulus Hermes.Dicitur nouũ quod per ſingula eſt expreſſum quod olim erat verbis generalibus clauſum.ergo ſpecificatam inducit nouitatem,vt notat Accur.in l.prima ff.de lega.primo.*In omni ferè curia*.Nota illud quod in pluribus curijs obſeruatur pro generali cõſuetudine reputandum eſt.*Ego Titius*.Nota inſtrumentum formari in prima perſona,ſed in hoc non eſt vis.nam
a in tertia formari poteſt:a vt extrà de conuerſatione coniugatorum.capit.dudum.& ibi eſt text.ſing.quòd non dicitur tabellio variare nec in ſtilo nec in facto ſi vnus inſtrumentum ſcribat in prima perſona,alius in tertia.*Euangelia*.
2 Quid† ſi iuretur ſuper veteri teſtamento:vt ſuper Geneſi. Reſpondeo quòd tota diuina pagina eſt per euangelia approbata.Et ideò non eſt vis ſuper quo textu diuinæ ſcripturæ iuretur.Poteſt etiam iurari ſuper altare,vel ſuper ſacrum lignum crucis, vel reliquias ſanctorũ: vt C.de rebus
cre.l.generaliter.in fin.*Contra omnem hominem*.Nomine hominis etiam vniuerſitates & ciuitates continentur excepta propria patria.ff.quod metus cauſa.l. metum.§.animaduertendum.ff. de cap.l.poſtliminium.§. filijs.ff.de iuſtitia & iur.l.veluti.Nã propriæ patriæ debetur fidelitas:vt ſuprà titu.ij. cap.primo.§.ſi verò.& eſt prior tempore ſi-
3 cut natura eſt poſterior accidente. † Sed nunquid iſtud iuramentum aſtringit contra fratrem & filium dicit gloſſ.
b quòd ſic:b quod intelligo verum niſi læderet fratrem vel filium in his quæ ſunt de iure naturali,quia naturalia ſunt immutabilia vt inſtitutio.de iure naturali.§.ſed naturalia quidem.*Si rectè*.ideſt ſanè & perfectè vt extrà de ſponſa. capitu.ex literis.& capitu, ex parte. *Perfectam in ſe continet*. Nota q generalis locutio dicitur eſſe quid prefectũ: quia continet omnes ſuas ſpecies.*Ignaros*. Simile.C.de ind.vid.
4 l.fina.† Nota q ſimplices homines neſciunt ſignificationem vocabulorum & ideò ruſtici non debẽt interrogari quid eſt poſſeſsio ,ſed debent interrogari groſſo modo & vulgari.argu.dicti capituli ex literis.& nota.de verborũ obligatione l.ſtipulatio iſta.§. hi quoque.*Interpretatione*. Nota quòd diſtinguere genus per ſpecies vocatur interpretatio & adiectio.*In conſilio uel in facto*.Innuit quòd aliud eſt conſulere,aliud eſt facere,dic quòd vtrunque eſt facti, ſed non eſt eodẽ modo.ff.de verborũ ſignificatione.l.ſæpe.
5 *Membrum aliquod.*† Not. de mẽbro & dicitur mẽbrũ qđ in corpore humano gerit aliquem principalem actum corporis: ſed id quod in membro habet minimum officium vt digitus non dicitur membrum. Et ideò ſi ſtatuto caue tur quòd propter furtum alicui deberet amputari mem brum non ſufficeret ei amputari digitum, ſecus ſi diceret debere debilitari membrum.ff.de ſtatu hominum.l. non ſunt liberi.per Cynum & alios.*Vel in antea*.id eſt in futurum. Et nota iuramentum præſtari ſuper futuris,& hoc quando iuratur ſuper rebus ſed ſi ſuper ſtatutis refertur ad præterita:vt extrà de iureiurando. capit.clericus quod capit.eſt not.*Quam citius*.Hoc intellige cum quodam moderamento temporis non ad vnguẽ.vt not.ff.de mi.l.Aemilius,nam omnis interpellatio legis,vel hominis,ſpatium quoddam continere debet, ſaltem tacitum vel dicit illa gloſſ.quæ non reperitur alibi ſuper interpellatione ex-
6 preſſa. & ideò tene menti.*In iure uel fortuito*. †Nota iniuſtitiam & caſum fortuitum æquiparari,ff.pro ſocio.l.cum duobus.§.fina.*Iuuabo*.Vide quod not.ff.de arb. l.inter Caſtellianum. Not.quòd vaſallus poteſt expectare quòd requiratur.quia vbi eſt dies incertus ex arbitrio creditoris declarandus exigitur requiſitio.Sed ſi aliàs declaratur requiritur ſcientia vera & certa l.magnam.& ibi per Cyn.C.
7 de contrahen.& cõmitten. ſtipulati.*Requiſitus*.† Nota q maximè ad offerendum non tenetur quis iuuare alium ex promiſsione vel cõfœderatione,niſi fuerit requiſitus.tenementi ad ligas terrarum,*Sicut potero*.No.verbum,q impotentia excuſat à cõtrario ſenſu literæ.de hoc alibi dixi.No. q in ſacramẽto intelligitur poſsibilitas iurantis ſic ſ.ti.j.in ver.poſsibili.Item honeſtas ſecundũ mores ciuitatis noſtrę vt C.de nuptijs.l.imperialis.Idẽ dicit Iacob.Bel. *Licentia*. No. q illi qui iurant credentiã poſſunt ea pandere habita licentia:gl.aliter non expono quia claræ ſunt.

ADDITIONES.

a Poteſt.Vide Baldum in capitu. primo.§. finali.ſ. qui feudum dare poſſunt.& in l.in cauſis.C.de accuſat.& gloſſ. ſcrib.de verborũ obligation.Baldus in authent.ſi quando.C.de cõſtituta pecunia.d. Ioannes in l.Caius.ff.ſoluto matrimonio, Vide Baldum in l. Imperator. ff.de ſtatu hominum.Vide textum & doctores in cap.tua nos.de ſponſalib. capit.cum autem.de iurepatronatus.Ioan.de *Imola* in l.ſi ſic.§.j.aliàs §.finali.ff.de legatis j.glo.& ibi Ludouicus Roman.in l.lecta.ff.ſi certum petatur, Vide gloſ.in l.j.ff.de teſt,quæ dicit quòd illa lex facit trãſitum de prima perſona ad tertiam,& ibi dicit Bald.quòd non vitiatur inſtrumentum allegatum dicto cap.dudum,Vide quæ dixi in rubr. de teſt.Vide d.Car.in cap,examinata.de iudic.Andr.Barbat.

b Quòd ſic, Vide de hoc Baldum in l.imperialem,ad finem de prohibita feudi alienatione.per Federicum.& in l.cum acutiſsimi.C.de fidei commiſ.& in l.petitionem.C.de aduocatis diuerſorum iudicum.dixi in clement.j.de iureiurando.poſt Ioan.de Imola,& in repe.l.cum acutiſsimi,& ibi *Salic*.Andr.Barbat.

Source : BIU Cujas

1 Feudum quando dicatur acquisitum.
2 Princeps transfert ius ex solo titulo absque traditione.
3 Princeps vel Papa si concedat feudum motu proprio an ius transferatur absque corporali inuestitione.
4 Priuilegia surreptitia non ualent.
5 Contumax in tradenda possessione tenetur ad interesse.

Inuestitura Casus. dominus vasallum per anulum inuestiuit, domino præstitit iuramentum quæritur an dominus debeat cogi mittere vasallum in possessionem beneficij. Respon. quòd sic. & si
1 differat tenebitur sibi ad omne interesse. hoc dicit. †Et not. quòd quidam dicunt inuestitura feudum acquiri: scilicet propriè sumendo inuestituram per perfectam inuestituram, scilicet possessione tradita. Sed dominus Iacobus de Raue. in summa sua titu. quib⁹ mod. feud. acqui. & qui sic ait. Sed certè ego puto etiam per inuestituram verbalem, & baculi porrectionẽ quę abusiua inuestitura dicitur vt præmissum est feudum esse acquisitum, etiam ante traditionem possessionis, cum inuestito dominus præcisè cogatur tradere possessionem: vt infrà de no. for. fideli. c. j. in fi. licet enim ante traditam sibi possessionem inuestitus ius non habeat in re, habet tamen ius ad rem. nam minus est inuestituram facere quàm eam possessionis traditione perficere: extrà de his quæ fi. à ma. par. capit. cap. ex ore. de do. cap. per tuas. xvj. quæstione ij. dist. vnde etiam minus est habere actionem quàm rem. ff. de regulis iuris. l. minus. Iaco. de Rauen. Dicit Odof. in summa sua sub rubrica quõ acquir. feud. not. quòd feudũ acquiritur per inuestituram legitimè factam à domino in vasallum: vt in capi. primo. de inuestitu. feud. & cognitione feudi. capit. primo. Sine inuestitura verò non acquiritur feudum: vt in capitulo primo quibus modis feudum constit. potest. Et ideo non dico quòd per solam inuestituram habeat vasallus ius in re, sed demum secuta traditione vt in alijs contractibus: vt C. de rei vendicatio. l. quoties. ff. de contrahen. empti. l. si ex
2 stipulatione. Odoff. † Hoc verum regulariter fallit in prícipe, si intẽdit transferre ius in re ex ipso priuilegio, quod ex verbis ipsius priuilegij liquere potest secundũ Andreã de Iserma. Quid enim si princeps dicit do, vel efficaciter assigno, & dat executores solum super facti executione non super collatione: nam certum est quòd hîc excedit notissimam feudi naturam, & transit in priuilegium quod est lex priuata: præsertim si feudum est vacans & consistit in sola principis voluntate. Nam si ex delicto & vltima voluntate transfertur dominium, ergo fortius in priuilegio: vt ff. de pu. l. commissa. & ff. pro so. l. cum duobus. § idem respondit. Et ideò eleganter dicit dictus dominus Antonius, quòd quando priuilegium est annexum feudo. quòd sola voluntate principis transfertur dominium. melius dic vt statim dicam. Quòd autem in vltima voluntate posit feudum constitui patet de feud. cog §. sciendum. & de gradi. succes. in feud. ca. j. Vnde dicit Ioann. Fab. in summa sua sub rubrica quibus modis constitu. feud. in vltima voluntate constituitur, quando legatur à domino res in feudum, vel quando quis instituitur hæres in bonis, vt teneat iure feudi vel à Rege vel à Comite vel à dño cui subest dominium rerum feudalium, vel vt à cohęrede teneat iure feudi. Si dominus plures facit heredes, potest enim vnum grauare vt partem hęreditatis in feudum teneat à cohærede. & sic dicitur feudum ad nos pertinere quò ad succesionẽ: vt in cap. sciendum. de. feu. & de gradi. succe. in feu. c. j. Ioã. Fab. nobis doctor Pisanus. Per testamentum autem vasalli non potest feudũ successione acquiri: vt §. de succes. feud. cap. j. Iacob. de Are. dicit in summa sua, sub rubricella qualiter acquiritur feudum per inuestituram. quòd post iuramentum fidelitatis dominus cogitur præcisè tradere possessionem & si nõ plenam quo ad iuris efficaciam, tamen talem quòd vasallus sit in plena possessione facti. Posset etiã vasallus agere ad interesse dupliciter, vel vt solueretur in pecunia, vel vt daretur feudum equiualens: vt ff. de constit. l. pe. l. qui autem. § quòd si antè. & ff. loca. l. si quis domũ, in princ. & de ar. l. Labeo. & infrà, ti. j. c. j. vbi est expressum.
3 † Si ergo Papa concesit tibi feudũ siue proprio motu, siue ad tuam postulationem, & non sit tibi obreptio nec vitiũ quæro nũquid oporteat quòd te corporaliter inuestiat vel recompenset, videtur quòd sic: nam princeps est subiectus consuetudinibus feudorum tanquam sit ius naturale istius posterioris inuentionis: quia ius naturale quotidie nascitur: vt ff. de iust. & iu. l. manumissiones. Id enim quod est bonum & æquum apud omnes peræquè seruatur, natura est quia communis est. ar. ff. de accu. l. hos accusare. §. omnibus in ratione sui. Et ex quo mutua relatione dominus & vasallus sibi debent æqualem affectionem & fidem ergo vt sequatur æqualitas in contractu sicut vasallus precisè obligatur sic dominus. Nam claudicatio appellatur iniquitas, vt no. C. de fruc. & li. expen. l. fi. sed contrarium dico: nam multum refert vtrũ cum principe contrahatur & in tali contractu seruandum est ius commune: vt videlicet post fidelitetatem princeps sit obligatus ad tradendũ & ante traditionem non acquiritur dominiũ & possesio. Vnde l. oẽs. & l. bene à Zenone. C. de quad. præscri. debẽt intelligi interueniente traditione. Aut verò princeps gratiã facit, non per viam contractus, sed supplicationis, & tunc ipsa gratia transfert dominium: quia hoc est natura collectionis gratiosæ: vt in c. si tibi absenti. de præben. lib. vj. nõ tamen est obligatus princeps ex hoc quia non est hæc intentio principis. sed debet impetrans prosequi gratiam suã coram executore, vel alio iudice dato à principe: vt in c. duobus. de rescrip. lib. vj. bene tamen concedo quòd princeps debet se fauorabilem exhibere: quia licet gratiosum feudum tamen est & ideò debet prębere se facilem, nec id quod facile est vel esse debet facere difficile: vt supra c. proxi. ibi facile &c. Et propterea bene facit committere
a causam summariè & de pleno sola veritate inspecta a arg. ff. mand. l. si fideiussor. §. quædam. & ff. de neg. gest. l. at qui natura. § cum me absente. Et si ipse princeps scit veritatẽ non debet ire per ambages. argu ẽ §. proxi. in ver. scienter. Nam quicquid princeps facit, vt Deus facit. vt no. in auth. de hære. & fal. in prin. Deus aũt est ipsa veritas. vt no. extrà de test. c. cũ esses. in nouel. & ideo non fallit nec fallitur vt l. vlti. C. de ponderato. auri. lib. x. quòd princeps sola veritate inspecta causam decidere debeat etiam si iudiciarius ordo esset omissus, est tex. not. extrà de acc. c. ad petitionẽ. Et not. quòd quælibet gratia principis potest appellari
4 priuilegium: vt no. in c. olim. de verb sig. in nouella. † Adde quòd priuilegia surreptitia non valent, & quòd quantum possunt priuilegia, ne alium lædãt ad ius commune redi-
5 genda sunt. de priuilegijs. c. dudum. in nouella. † In gloss. quæ sit circa rem glo. hoc intendit quòd contumax in traditione possessionis nõ tenetur ad interesse qđ nõ descendit ex re sed extrinsecus, puta ex negatione. qđ dic vt plenè not. in l. j. C. de sen. quæ pro eo quod interest. per Innocen. de senten. excommu. c. sacro. Item dicit ista gloss. q⁹ iuramentum non est obligatorium si iuranti non seruatur fi-
b des. tene menti. b

ADDITIONES.

a Inspecta. Facit quod volunt domini de Ro. deci. xxiiij. vbi dicunt q⁹ quando proceditur sola veritate facti inspecta potest iudex incipere ab articulis, quibus probatis potest statim venire ad sententiam. dixit & dominus Dionysius de Peru, in l. vinum. ff. si cert. pet. quòd potest iudex non seruare aliquam solennitatem iudicij. Et vide Bart. in l. Aemilius. ff. de minorib. quid si causam committat de veritate, vide Bald. in l. nemo. C. de. sẽ. & interlo. om. iu. & Bal. in l. iustitia. ff. de iusti. & iur. Vide quæ dixi in c. cũ dilecto. de iud. & in c. ad petitionẽ. de acc. And. Barb.

b Tene menti. An emens rem alienam præsumatur errare, vel scire, dic quòd presumitur bonam fidem habere, nisi per indicia probetur mala fides: vt C. de euic. l. non ex eo & ibi no. quod in vendente. Respondeo, idem est si est in possessione. facit quod not. C. de le. l. cum rẽ alienam. & est multiplex error: vt. C. de le. l. si fortidianum. §. subst ãtiæ vel corporis. l. in venditione. de contrahen. emp. finalis causæ. C. de hęredi. instit. si pater. Item est error amissionis formæ substantialis. C. de test. l. ambiguitatem. Item error, in domino vel iure suo vt in hoc ti. extrà no. quòd licet quis permutat, dum aliquo presumatur illũ credere dominum, tamen in suum præiudicium confiteri. extrà de exce. c. cum venerabilis. argu. contrà supra de contro. inue. c. j. §. cum aũt. quia quia videntur esse in vicem respectiua. & quia contractus permutatio-

nis

nis eſt bonę fidei & d.c.cum venerabilis.non dicit contrarium ſi appareret de permutatione.Sed ſi inueſtitura eſt facta de re aliena,domino præſente & tacente,ſi quidem dominus ad hoc fuit adhibitus præiudicat ſibi.Secus ſi fortuitò interfuit,licet hoc non diſtinguat,de le.ij.l. Titia.§. Lucia.per Acc.C.ſi res ali.pi.da.ſit.l.ſi probaueris.per Accur.

De inueſtitura de re aliena. Rub.

1 ☞ *Denuntiare an poſsit emptor emptori.*
2 *De euictione nullus tenetur niſi fuerit condemnatus.*
3 *An autem euictione pendente uaſallus teneatur ad ſeruitia.*



Vm de re. Diuide capitulum in quinque partes. Primò quo caſu detur actio vaſallo de euicto contra dominũ re feudali euicta. Secundò an poſsit dominus rem feudi à poſsidente vendicare & defendere ſi cõueniatur.Tertiò an poſsit ſeruitutem imponere rei feudadali. Quartò ad quem pertinet additamentum obueniens in re feudali.Quintò an tertia vel quarta quæ debetur vxori in bonis viri decedente marito ſibi debeatur in reb⁹ feudalibus.ſecunda incipit ibi in §.rei autem.tertia in §.quid ergo.quarta in §.ex contrario.quinta in §.quamuis. Caſus vſque ad §.rei autem.Comes militem de re aliena vel alij obligata inueſtiuit in feudum res inueſtita euicta eſt à vaſallo:quęritur an habeat actionẽ pro euictione contra dominum & in quem.Et reſpondet quòd aut vaſallus fuit ſciẽs, & non agitur de euictione niſi ſtipulatus vel pactus. Si ignorãs agere poteſt vt aliud eiuſdem æſtimationis ſibi præſtetur.*Sed in domino non diſtinguitur ſcientia vel ignoran*tia.h d. *Reſpondit.* † Intellige ſi denuntiauit domino per modum requiſitionis:vt ff.de proc.l.qui abſentem.& ibi vide formã:Itẽ ſcias,ꝙ emptor emptori non poteſt denũtiare ſine ceſsione,vt ff.de euic.l.ſi res quam à Titio. † Item no. quòd ille qui tenetur de euictione non tenetur niſi ſit cõdemnatus,nec tenetur quando nõ fuit traditus de iure:vt ff. de euic.l.ſi ſeruum. † Et an euictione pendente vaſallus teneatur ad ſeruitia.Reſpondeo,quòd ſic:quia percipit commodum arg.contra.ff.de excep.do.l.vl.§.ex quadrante.vbi videas.Et adde l.vlt.ff.de reſcind.vend.*Vt aliquid* No.mirabilem tex.quòd petitur ſpecies pro ſpecie dari. dixi ſuprà, proxi.§.j.*Differentia*.No.ſcientiam vel ignorantiam in venditore non attendi:ſed in emptore.

1 ☞ *Quaſi proprietas reperitur ſicut quaſi dominium.*
2 *Vaſallus an habeat utile dominium.*
3 *An autem habens utile dominium dicatur principalis perſona.*
4 *Rei uendicatio utilis an poſsit competere ſine titulo.*

Rei autem. Caſus.quęritur hîc nũquid vaſallus rem feudi poſsit vendicare à poſsidente.vel ſi conueniatur poſsit ſe defendere domino etiã abſente.Reſpondetur quòd bene poteſt:quinimò etiã ſeruitutes rei debitas petere poteſt & remittere.h.d. *Quaſi uẽ*1 *dicare.* †No.quaſi rei vendicatione.i.vtili in rem actione: ſicut ergo eſt reperire poſſeſsionem & quaſi,ita eſt reperire proprietatem & quaſi.de hoc no.ff.de interdic.l.ij.§.quædam interdicta.& ibi gloſ.ſingularis.vnde poteſt ſaluari qđ gl.alibi dicunt,ꝙ ille qui dicit ſe quaſi dominũ, etiam vtilẽ in rem intentaſſe videatur.quanquam alij ſtrictius hoc vocabulum accipientes dicant quòd ſignificat publicianam: vt inſti. de act §.aliæ.Adde quòd ſignificatio ꝓprietatis eſt magis nuda,quã ſignificatio dominij.ff.de vſufr.le.l.ſi alij. ff.de ver.ſig.l.rectè dicimus.per Acc.vbi omnino vide. Sed 2 opponi põt.ff.vſusfruc.quemad.caue.l.j.in fin. † Quærit gl. vtrùm vaſallus habeat vtile dominium,& dicendum eſt ꝙ 3 ſic.Adde qđ no.C.de hęre.vend.l.emptor hęreditatis. †Et an habẽs vtile,dicatur principalis ꝑſona, dicitur ibi ꝙ ſic.Et 4 adde ff.de ꝓcu.l.actor mali.& l.ꝓcurator ẽ in rẽ.† Et an vtilis rei vẽdicatio poſsit cõpetere ſine vtili dñio.gl.dicit ꝙ nõ. in l.j.in prin.ff.de eden.& verum dicit quando competit ſi ne ceſsiõe,ſed ex iure ceſſo poteſt cõpetere ſine vtili dominio: vt no.C.de hære.vend.l.fin. Et an vtile dñiũ poſsit cedi dic ꝙ nõ ſine traditione,ſed actio vtilis bene poteſt cedi vt ff.ad Treb.l.ex aſſe.

1 ☞ *Vaſallus an poſsit imponere ſeruitutem in præiudicium domini.*
2 *Præſcriptio longa non currit contra dominum.*
3 *Emphyteuta non poteſt imponere ſeruitutem prædio emphy.in præiudicium domini.*
4 *Præſcriptio an interrumpatur per petitionem partis rei.*

Quid ergo. Caſus.Vaſallus dolo vel culpa vꝫ negligentia impoſuit ſeruitutẽ rẽ feudali poſteà feudũ eſt reuerſum ad dominum:quæritur an ſibi præiudiciũ generetur.Reſpõdetur ꝙ non.licet lon1 go tẽpore duraverit ſeruitus.h.d. *Non noceat.* † No.hîc ꝙ vſallus non põt ponere ſeruitutem in præiudiciũ domini,ſia2 cut nec vſufructuarius ff.de vſuf.l.ſed ſi quid.§.fi.† Item no. ꝙ longa præſcriptio non currit contra dominũ hoc caſu dicit glo.& bene,nec longiſsima ſi dominus non poſsideat. nihil allegat glo.ſed facit pro ea.ĵ.de cap.Cor.§.prętereà.& de prohi.feu.ali.per Fede.§.j.Iac.Bel. Item no.ꝙ cuius nõ nocet pactio eius non nocet cõtra ſe lapſa præſcriptio.tenementi. Item no.ꝙ longa temporis mora conſenſum non *inducit*, dubium erat:quia dominus per directum ſuum do*minũ* poterat *prę*ſcriptionẽ interrumpere ergo videbatur *ſibi obeſſe* præſcriptio. † Et no.ꝙ cum iſte §.contineat ius 3 *commune idẽ dicã in prædio emphy.*& eſt tex.*iſte* multum ſingularis.Et eſt ratio,*quia interdicta* eſt alienatio in prę*iudiciũ* domini & nomine alienationis continetur *libertas* rei,tamen valet in præiudicium vaſalli quod eſt notabile. a

Sed nunquid exceptio ceſſarum actionum poſsit opponi per debitorem dic ꝙ ſic,ſi ceſſæ ſunt titulo vniuerſali.ff. de tranſ.l.fi. arg.ff.cõmu.præd.l.ſi ei.in ratione literæ.Si autem titulo ſingulari dic vt no.ff.de pac.in l.ſi cum emptor. Extrà no.ꝙ proprietatis dominus ſecurus debet eſſe de proprietate.ff.de vſufru.l.ſi cuius.Vnde dominus poteſt cuſtodire caſtrum inuito vaſallo tempore neceſsitatis.de vſu & habi.l.ſi ita dominus.& ibi Cy.& quidẽ ſimul cũ vaſallo:vt ff.de vſufr.quẽad.ca.l.pe.& ſine vllo modo ingenio:vt infrà 4 de prohibi.feud.alie.per *Lotha.c.quoniã*. † Extrà quæro vtrũ ille qui petit rei partẽ,totã prę*ſcriptionẽ interrũpat.*dic ꝙ ſic,ſi eo nomine agatur q̃.mo.vſuſtru.amit.l.is qui.de cẽſi. c.olim.Sicut ſi non agitur ex eadẽ cauſa. Extrà no.ꝙ directa & vtilis quæ ambæ ſunt in rerum natura non oriuntur ex eadem forma,ſed ex eadem potentia. Si vtilis deſcendit ex directa,ꝙ forma ſit eadẽ oſtenditur in iudicio:quia põt agi vna ineptè altera exiſtẽte.C. de legat.l.ex legato nominis,Quod autẽ ex eadem potẽtia illa lex docet Nam ſi vtilis eſſet aliunde quàm ex prima materia ꝙ non cõpetiſſet teſtatori,non competeret legatario ſine ceſsione:quia non fuiſſet in bonis defuncti,quod eſt falſum:vt d.l.ex legato.

ADDITIO.

a Notabile.Extrà quæro vtrum vaſallus dicatur ceſsionarius perſonalium actionum competentium domino dico quòd non, ſed oportet cedi.ff.de actio. empti.l.Iulianus.§.ſi fructibus. niſi in caſu.l.vlti.ff.de iure fiſci.

1 ☞ *Res empta à uaſallo iuxta rem feudalem non cenſetur feudalis.*
2 *Res non poteſt meliorari inuito domino.*
3 *Vaſallus ſi emit ſeruitutem prædio feudali,accreſcit ipſi prædio.*
4 *Et quid ſi emit iuriſdictionem in caſtro.*
5 *Vaſallus non poteſt facere condittonem feudi deteriorem in præiudicium agnatorum.*

Ecõtrario. Caſus.Vaſallus additamentum fecit feudo:quæritur an accreſcat feudo. Reſpondetur ꝙ aut ad qđ additũ qđ per ſe ſubſiſtere poteſt vt eſt prædiũ,& nõ accreſcit feudo. Aut non eſt per ſe ſubſiſtens,vt eſt ſeruitus:& accedit feudo. Et datur regula ꝙ vaſallus põt feudi conditionem facere meliorem,non de-

Source : BIU Cujas

1 teriorē in alterius prēiudiciū.h.d. † No.istū §.q̄ si vasallus iuxta rē feudalē emit alienā ei coniunctā talis res empta nō censetur iure feudi,qa per se stat.Nec ob.ff.de leg.ij.l.cū fundū.& de fun.instru.l.sæpe.§.tyránus.qa ibi erat dominium
2 vniforme:hîc non tenementi hunc casum. † Adde qđ ibi dicitur q̄ res non pōt meliorari inuito domino de verb.sig. l.mulieres.per Acc.Sed aliud in vasallo:qa est quasi dñs. Et
3 adde qđ no.ff.de rei ven.l.si in rem agat.† Item no.q̄ si vasallus emit seruitutē prædio feudali q̄ ipsi feudo accrescit,
4 quia ei inest. † Nunquid ergo est idem si iurisdictionē in castro sibi concesso emerit.videtur q̄ idē,quia iurisdictio non stat per se.sed ipsi territorio cohæret. Contrariū videtur q̄ mœnia castri possunt esse vnius,& iurisdictio potest esse alterius:ergo sunt adinuicē non solū separabilia, sed etiā separata.qđ est verū.ar.eorū quæ no.Inn.extrà de ap.c.dilecto.Itē no.de inseparabilib⁹ inseparabile esse iudiciū qđ dic, vt ff.de don.inter virū & vxor.l.si spōsus.§.generaliter.*Vel*
5 *eorum agnatorū.*† No.tex.hic rotundū q̄ vasallus in prætiudiciū agnatorū nō pōt facere conditionem feudi deteriorem quod tenementi.

1 *Statutū circa lucrum dotis quod inspiciatur,an viri an mulieris.*
2 *Maritus amittit dotem si expellat uxorem sine causa.*

Quamuis Miles quidā vasallus habēs feudū am plū decessit superstite coniuge inope. quæritur an vxor tertiā vel quartā quæ sibi debetur de iure in bonis viri prætmortui possit accipere de feudo. Respondeo q̄ nō: qa feudū alienari non pōt in aliū:qui nimò nec pignori obligari.hoc dicit. *Adalium.*Et sic not.hîc apertè q̄ directū dñium feudi spectat ad dominū in re feudi. dixi ſ. eod.§.rei autem.Sed quæ erat dubitatio istius §. Respond. quia lucrum dotis est alienatio legalis, & ideò videbatur habere locum in feudis.Sed contrariū est verū,quia alienatio legis non intelligitur a fieri cū prēiudicio tertij,nec in rebus sui natura prohibitis alienari.text. est hîc valde notabilis. Et adde quod plenè no.C.vnde vir & vxor.authenti. prætereà.in lect.Et princeps etiam non intelligitur alij velle prætiudicare,imò cessat factū propriū ne ius alterius au-
1 feart.de ele.c.innotuit.in nouella.† Extrà quæro in dote lucrāda vtrū *inspiciatur* statutū viri vel mulieris.doctores dicunt q̄ statutū viri.per l.exigere dotē.ff.de iudi.Alij distinguunt: Aut est contractus celebratus in foro mulieris,& lo-
b cus ille inspicitur.b Aut in foro viri,& inspicitur forum viri xij.di.capi.illa. Aut in quodam tertio loco,& inspicitur cōsuetudo viri, quia est caput mulieris: vt in capitulo primo de sponsi.in nouel.quod dictum est paucis notum. Sed cōmuniter videmus q̄ inspiciatur domicilium viri, quia tacitè videtur actū q̄ ibi dos restituatur.& sic ille est locus contractus:vt ff.de solut.l.quęro.Et ita tenet ar.in d.c.illa.vbi videas qđ mihi plus placet nisi interuenerit error,qa mulier ignorat statutū qđ erat ibi,& iuris cōmunis fiducia simpliciter cōtraxit.ar.ff.de iur.& fa.igno.l.regula.& l.cū de indebito.ff.de proba.Alij doc.vt dixi,simpliciter transeunt cum opin.prima,ita q̄ vbi est forū solutionis ibi est forū legis municipalis,nisi in his in quibus inspicitur origo & initiū cō-
2 tractus †Quartò hæc iure Romano debetur duobus casib⁹ vxori.s.si maritus repellat eā sine causa,vel præmoriatur locuples & vxor remanet inops.& hoc si habeat tres liberos, vel pauciores:aliàs deberet habere virilē,& hæc quarta non debet excedere centū libras auri.vt in authenti. quibus modis natur.effi.legi.§.vt autē.& C.de diuor.l.fi.& in authen. de nup.§.sic itaque.& in authen.vt licet ma.& auiæ.§.qa verò dudū legē posuimus.Pet.de Cer.Et no.bene hunc casū de viro expellente mulierē sine causa.& tene menti.

ADDITIONES.

a Nō intelligitur. Vide glos.in.l.si ita quis.§.ea lege.ff.de ver.ob. quòd prohibitus alienare,non potest dare occasionē:vt l.alienæ. Vide Bar.in l.imperator .ff.de fide.lib. Bal.in l.quoties C.de fide.& l.ea lege C.de condi.ob cau.Andre Barba.

b Inspicitur. No.incognitum dictū, an in contractu dotali attēdatur forū viri an vxoris. Vide Bal.in l.fi. C.si à nō cōpet.iudi.And.Barba.

Qualiter feudum alienari possit. Rub.

1 *Consuetudo an præscribatur xxx.annis.*
2 *Vasallus an possit vendere partem feudi inscio domino propter victus necessitatem.*

Est autem optima. Diuide in quinque.Primò in iure nouissimo prohibetur omnis alienatio. Secundò casuum enumeratio in quibus permittebatur alienatio de iure antiquo. Tertiò enumeratio quorundā casuū qbus de iure antiquo erat ꝓhibita. Quartò quæ personæ poterant prohibere alienationē in rē alienatā redimere.Quintò quādo domin⁹ possit ꝓprietatē rei feudalis alienare &c.Secūda incipit in §.si verò.Tertia in § donare.Quarta in §.porrò.Quinta in §.de illa. Casus vsque ad §.si verò. olim ex optima cōsuetudine prohibebatur.sed non simpliciter feudi alienatio diuersimodè tamen secūdū varietatē locorū donec imperator Loth.omnē inter dixit alienationē,& quidē antiquo tempore regulariter permittebatur venditio pro parte dimidia feudi.h.d. Optima.in quantum prohibitoria.qa cū feudū cōcederetur ob singularē industriā,& fidē vasalli non debebat hoc posse in alū trāsferre argu.ff.de offi. præfec.præto l.j.ff.de offi.eius cui mā.est iur.l.j.in principio.Nam animæ passiones non possūt separari à ꝓprio & determinato subiecto,sicut naturaliter patet.vt ff. de solutionibus.l.inter artifices.ff.de condictio.indebi.l.si non sortem.§.libertus.Dicit gl.q̄ consuetudo aliquando dicitur optima,& aliquādo pessima.xvij.di. c.militis.Interdum dicitur bona cōsuetudo.& illa præscribitur spatio x.annorū:multo magis xx.& xxx.qđ dic vt not. in rubri.C.quæ sit lon.cōsuetu.Sed in alia consuetudo nō præscribitur x.& xx.annorū spatio vt in authē.vt nulli iud.
1 §.j.†Sed an præscribatur spatio xxx.annorū,quædā gl.videtur innuere q̄ sic:vt no.C.de agri.& cēsi.l.domini prędiorū. li.xj.Pe.de Cer.Si consuetudo est à iure cōmuni reprobata nūquā præscribitur contra ius: quia cōtra authoritatē superioris non pōt præscribi vt in authen.nauigia.C.de furt.& ideò aut consuetudo est contra statuentē, aut contra rē statutam à superiore.Primo casu non valet nec præscribi pōt sicut pactū ipso iure nullū tempore nō cōualescit Secundo casu præscribitur spatio xxx.annorū.Sed si cōsuetudo loqtur de casibus indecisis sufficiunt x.anni vel xxx.vt ff.de legi.l.de quibus.Et not.q̄ cōsuetudo quæ est contraria iuri cōmuni respectu rei statutæ similis est ei qui præscribit mala fi-
a de:a vel saltē non bona,sicut est titubans. vnde requirūtur xxx.anni.ar. C de præsciptione xxx.anno.l.si qs emptionis. *Super qua*,ſ. alienatione feudi.pa. *Diuersæ*.no.q̄ in diuersis ciuitatibus diuersæ possunt esse consuetudines.Item no. q̄ diuersitas est causa legis promulgandæ.in ti.quidā dicunt in Lombardia de beneficijs. Tu dic q̄ loquitur de c. imperialis beneuolentiæ.infrà,de feu. & beneficijs.secūdū quosdā.
2 *Necessitate.*†Quod hîc dicitur de statutis antiquis q̄ ꝓpter necessitatem rei familiaris vel victus .talis in necessitate positus non habens fortè aliquid ad comedendū posset vendere inscio domino dimidiā partē feudi alia retēta,satis videbatur procedere ex humanitatis & discretionis fonte,cū certè nec domino afferebat magnum prætiudicium:quia poterat redimere intra annum:vt infrà,eodem capit.porrò. Nam nos videmus quòd alienationes quædam propter necessitatem permittuntur quæ aliàs prohibentur.C.de manu.testa.l.qui non potuerunt.ff.de fideicom.liber.l.cū fidei. Item propter necessitatem æris alieni possunt capi pignora & distrahi per iudicem:vt ff.de damno infecto.l.si finita. §.si qua sunt iura.& certum est quòd iudex repræsentat personam partis:vt C.de euic.l.si ob causam.Sed contrarium statuitur in princip. Et est ratio quia feudi proprietas est domini,& sic dominus habet superius dominium: & ideò sine eius consensu alienari non potest: quia aliquid fieri in rebus alienis.&c.C.de pac.l.fina.in fine.Non ob.contraria:

qui

Source : BIU Cujas

quia loquuntur in eo qui in iure de quo quæritur non habet actum ſuperiorem. Nam vbi eſt ſuperioritas ibi debet eſſe authoritas. Sed certè mirum eſt hoc. Nam vaſallus non intromittit ſe de proprietate domini ſed ſolum de ſuo vtili dominio. arg. ff de rei vendi. l. neceſſariò. §. fina. Sed reſpondeo ſuum vtile dominium non eſt francum, ſed ſuppoſitum ſeruituti & obſequio domini. Et ideò ne per alienationes iura dominorum minuantur ſtatutum eſt quòd non poſſunt alienari. Hanc rationem reddit text. infrà de prohibi. feud. alie. per Lotha. c. imperialis beneuolentiæ. ibi attentaras &c. Item legibus contrarijs ille qui alienabat, habebat rectum dominium rerum non dico filij vt inſtitu. de noxa. § fina. Non obſtat quod dixi de ſecundo decreto: quia illud ſic debet intelligi quòad commoditates non quò ad ius inſeparabile.

ADDITIO.

2 Mala fide. Not. quòd preſcriptio contra ius commune æquiparatur preſcribenti mala fide, & ſic in foro conſcientiæ retineri non poteſt. c. ij. de reiu. And. Barba.

1 ☞ *Vaſallus alienans partem feudi an totum amittat.*
2 *Vaſallus an amittat feudum propter maximam capitis diminutionem.*
3 *Alienatio tenet durante illo qui alienauit.*
4 *Vaſallus ſi mereatur ammittere feudum Imperator vel Rex non debet ſibi retinere ſed Baroni alteri conferre.*

Si vero vel in totum. Caſus. Permittebatur alienatio de iure antiquo ſi vaſallus feudum vel in totum vel partem volebat in feudum dare bona fide, non in fraudem etiam domino inuito, vel ignorante. Si vaſallus domino diſſentiẽte vendebat vel in feudum dabat: ſi decedebat ſine hærede vel feudum refutabat vel culpa ſua amittebat, alienatio reſcindebatur & reuertebatur feudum ad dominum, niſi acipiens à priore domino volebat feudum recognoſcere. &
1 ſibi ſeruire. hoc dicit. *Vel in partem.* † Et ſi vltra alienabat, iure medio, per Lotha. introducto, totum quod alienabat perdebat, id eſt etiam quod infra dimidiam erat. & hoc ratione exceſſus quem committebat contra dominum: illud verò quod non alienabat non perdebat. infrà de vaſal. qui contra conſtitu. Lotha. c. j. hodie verò perdit totum etiam ſi vnum ceſpitem alienauerit: vt infrà, de prohi. feu. alie. per Fede. c. j. in princ. & dic quòd perdebat & perdit ipſo iure feudum. Pe. de Cer. & quanquam ita ſit de rigore iuris ciuilis, tamen de æquitate canonica quę ſeruanda eſt in terris
2 eccleſiæ & in eccleſiaſticis feudis, dicimus [a] quòd non perdit id quod alienauit: vt no. in c. ex parte. extrà de feud. in
2 nouel. & quod hic dico teneas *Sine fraude.* † Nota quòd in omni permiſsione fraus intelligitur excepta. ff. de priuile. cred. l. ſi pater. ff. man. l. creditor. §. Lucius. ibi dum dicit plenè quidem mandaſſe. ſed quatenus ex fide res agenda eſſet, & eſt elegans verbum Scæuolæ. *Quod & ipſum hodie.* Nota optimum textum quòd licet hodie omnis alienatio ſit prohibita vaſallo: Secus tamen in infeudatione: quia in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus. *Aut alia fortè ratione.*
3 † Not. verbum quod eſt argu. quòd propter maximam capitis diminutionem vaſallus quaſi videatur decedere ſine hærede & feudum reuertatur ad dominum. Ego credo ꝙ reſeruetur liberis per authen. bona damnatorum. & non exiſtentibus liberis agnatis, ſi eſt feudum paternum. aliàs reuertitur ad dominum. vel dic vt dixi ſuprà, per quos fiat inueſti. §. fin. in fine. *Ad irritum reuocabatur.* Simile in re quæ ſubiacet reſtitutioni. nam ſi nõ veniat caſus reſtitutionis tenet alienatio, poſteà reſoluitur ipſo iure. & hæc eſt natura iſtius dictionis irritum: vt in authen. de reſtitu. & ea quæ parit. §. quamobrem. *Eo excepto.* adhuc recitat ius antiquum quo cauebatur quòd ſi alienatio tenebat: ſi erat poſteà facta caduca poterat is cui facta erat alienatio rẽ retinere ſi vole
4 bat eã in feudũ recognoſcere, & domino ſeruire. † Et no. quòd ſi Baro aliquis mereatur amittere feudum quod Imperator vel Rex cuius erat Baro nõ debet ſibi appropriare,
b ſed alteri Baroni b qui eadem munera debeat per ſucceſsionem ſubire. ff. de aqua quo. & æſti. l. j §. permittitur. C. de decur. l. quidam ignauiæ. lib. decimo. C. de murileg. l. murileguli. lib. xj.

ADDITIONES.

a Dicimus. Vide Lud. Ro. l. iiij. §. Cato. ff. de verb. oblig. vbi *dicit* quòd Bal. infideliter recitat. Io. And. quòd imò dicit, quòd non perdit niſi partem alienatam, non ſolum de iure canonico ſed etiam de cõmuni opi. legiſtarum. Vide ſcribentes in dicto cap. ex parte. And. Barba.
b Baroni. Facit ſimile quod habetur in c. relatum. de prębendis. vbi epiſcopus conferendo dicitur donare: quia non videtur poſſe retinere apud ſe. Vide gloſſ. in cap. conquerente. de reſti. ſpo. quæ dicit ꝙ epiſcopus priuauit clericũ beneficio, & illud retinuit apud ſe. And. Barb.

1 ☞ *Pater licet teneatur dotare filiam, non tamen tenetur eam dotare de feudo.*
2 *Dominus ſi approbat teſtamentum vaſalli quid iuris dicitur.*
3 *Feudum ſi ſit relictum pro anima an debeatur æſtimatio.* ☞ *nu. 4.*
5 *Eccleſia dicitur filius anomalus, non legitimus & naturalis.*
6 *Filius an poſsit donare feudum in donatione propter nuptias.*
7 *Quid in emphyteuſi eccleſiæ.*
8 *Fraus probatur ex paruitate pretij.*

Donare. Caſus enumerantur in quibus etiam de antiquo iure alienatio fuerat prohibita videlicet donare pro anima, iudicare: in doten. pro filia dare: locatio tamen permittebatur niſi fiat in fraudem. hoc di
1 cit. † Nota quòd licet pater teneatur dotare filiam, non tamen tenetur dotare eam de feudo, ſed de fructibus feudi tenetur, & poteſt cum ſit ipſe eorum dominus. pater autem naturalis tantum non tenetur dotare filiam etiam de proprio. de lega. iij. l. vxorem. §. pater. Non dicitur ergo alienare rem qui fructus alienat. argu. ff. de dona. l. in ædibus. §. ex
2 rebus. Quid ſi dominus mortuo vaſallo approbat eius teſtamentum, nunquid confirmatur: & videtur quòd ſic. nam iſtud teſtamentum eſt præter legem: & ſic ſtat in eo ſtatu in quo ſtant teſtamenta de iuregentium. vt notat Iacobus de Aretio. C. de legi. l. non dubium. ſecus ſi eſſet contra legẽ quare non poſſet confirmari. Oppo. de authẽti. res quæ. C. communia de lega. Solu. illa authen. locum in iure feudali, nec in alio quæ ſui natura prohibet alienari: vel expreſſa di
a ſpoſitione teſtatoris vel cõtrahentis eſt prohibita alienari: a ſed ſolum in caſu proprio illius authenti. eſt illa authenti. ſeruanda & non trahenda ad conſequentiam: quia cum ſit ibi ſpeciale ergo in contrarium eſt ius cõe. vt ff. de leg. l. ius ſingulare. Nota hîc de ver. iudicare, quod eſt verbum commune. Itẽ not. ꝙ id qđ relinquitur pro anima, videtur relictũ ad
b pios vſus, id eſt ad vſus pauperũ: vt nota. ff. de leg. ij.
3 l. ſi quis Titio. † Sed ego quæro quando feudum relinquitur pro anima vtrum debeatur æſtimatio. Et videtur quòd non. extra de teſt. c. filius. ſed certè ibi non prohibet æſtimationem peti ſecũdum Hoſtien. vel ibi erat legata res aliena: ſcilicet cuiuſdam eccleſiæ quæ ſine magna difficultate non poteſt alienari ſicut prædia Cæſaris: vt ff. de lega. j. apud Iulianum. §. conſtat. ſecundum alios. vt ibi nota. in nouel. vel dic Aut teſtator ſciuit vel errauit. vt C. de leg. l. eũ alienam. Tu dic nil deberi quia quoties teſtator legat ius ſuum qđ morte finitur inutile eſt legatum: vt C. de lega. l. vxor patrui. Et nota hîc quòd quidam antiqui doctores vt dominus Henricus Archiepiſcopus Ebredunen. *in* ſua ſumma titulo iiij. dicit multi credebant hũc text. *eſſe falſum.* & quòd imperator non poterat ſtatuere vt *eccleſiæ* vel in pios vſus non poſsint legari: quia priuilegium quod conceſſum eſt eccleſijs per Imperatorem cum ſit *effectum* eccleſiaſtici iuris non poſsit reuocari per Imperatorem ſecundum eum. vel debet exponi quòd non *poſsit legari* pro anima, ſcilicet laico: ſed eccleſiæ ſic ſecundum eum, quem videas ſi habes: & ſi non habes non cures ſuper hoc puncto, quia recitaui tibi. Sed certè iſtud quòd non poſsit alienare non eſt contra priuilegium eccleſiæ ſi eſt ipſius feudi natura. & vt ita dixe-

Source : BIU Cujas

tim vitium quod rem comitatur: vt C. de acquirenda poſſeſsione. lege. vitia. vnde non poteſt alienari plus quàm ratio iuris permittat. argumen. ff. de ſtipulatio. leg. ſi ſeruus cõmunis Mæuj §. fina. ſicut dicimus in vſufructu & alijs iuribus inſeparabilibus à perſona: vt ff. de noua. ſi vſusfructus. Item iſtud eſſet teſtari de beneficio & bonis domini, non de re propria, quod eſt impoſsibile. ff. ado. l. ſi arrogator. §. ſed an impuberi. extrà de teſta. c. filius. & in noſtro §. Et ideò mirandum de dicto Archiepiſcopo qui dicit quòd ſuper hoc recurrẽdum eſt ad Papam qui medebitur læſionem domini temporalis. fortè poſſet ſaluari ſi intelligeret quòd exiſtentibus liberis ipſi liberi non ratione feudi, ſed ratione alterius hæreditatis poſſent grauari in præſtatione fructuum feudi fienda pro anima. Nam per tale legatum non conſtituitur ius in re vt ff. de vſufruct. l. ſi quis ita. ff. de cõtrah. empt. l. fina. §. fi. de vſufruct. lega. l. fundi Trebatiani. Hoſtien. dicit in ſumma de immuni. eccleſiæ. quòd feudum paternum vel proprium poteſt eccleſiæ legari niſi conſuetudo ſemper repugnet. Sed hoc dictũ non videtur procedere: quia conſuetudo ſemper repugnat. Nam nulla ordinatio teſtamenti valet in feudis ſecundum conſuetudinem feudorum: vt ſupra, de ſucceſsione feudi. capit. j. niſi domino conſentiente: quia qui poſſunt præſtare conſenſum in contractu poſſunt & in vltima voluntate: vt ff. quibus modis pign. vel hypothec. ſolu. l. ſicut. §. venditionis. vbi eſt textus ſingularis etiam ſi eccleſiia haberetur loco ſi lij, tamen non valet teſtamentum domino non conſentiente. † Sed dubitari poteſt ſi feudum eſt ita conceſſum pro te & hæredibus tuis quibuſcunque. Nam tunc videtur poſſe teſtari & legari: quia legatarius in re legata quodammodo hæres eſt vt ff. de vſuca. l. id tempus. l. j. Sed contrarium videtur ſcilicet quòd intelligatur ſolum de ſuccedẽtib⁹ ab inteſtato. ar. C. de inoffic. teſt. l. ſi quãdo. in princi. Vnde etiam vxor quæ venit ab inteſtato his verbis continetur quod non placet: quia eſſet impropriare feudum dupliciter vno modo ratione hæredum qui non ſunt agnationis cõmunis. alio modo ratione fœminæ. ar. C. de dotis promiſ. l. j. & ſic dictio quibuſcũque, reſtringitur. vt C. de ſacroſan. eccle. l. j. & quod nota per Iaco. de Arena in l. j. §. item renuntiatio. ff. de ope. nou. nũ. † Extrà nota quòd eccleſia dicitur filius anomalus, nõ naturalis & legitimus. de quo vide per Accur. Cynum, & alios. C. de ſacroſanc. eccleſijs. authen. ſiqua mulier. ſuper verbo liberos. † Sed nunquid filius poteſt dare feudum in donatione propter nuptias. quidam dicunt quòd non. ego dico quòd ſic pro ſeipſo, ſaluo iure domini: ſicut poteſt filia feudum pro ſeipſa dare in dotem. nam dos & donatio propter nuptias æquiparantur, vt in authentica dos data. C. de dona. ante nuptias. ſed Iacob. Belui. dicit quòd ſine volũtate domini nec pro ſeipſa poteſt in dotem dare vt ipſe not. infrà de inueſtitu. quam Titius acce. à Sempro. ca. j. dic vt ibi. † Quæro qd in emphyteuſi eccleſiæ vtrum poſsit donari ſaluo iure eccleſiæ. gloſſ. dicit quòd ſic per l. j. C. de fun. patri. lib. vndecimo. ita not. in l. prima in fine. C. de iure emphiteutico. alij dicunt quòd illa lex j. ponit duos caſus ſpeciales: ſcilicet in fiſco & principe: ergo in contrarium eſt ius commune ſecundùm Pet. de Cer. hanc opinionem tenet Barto. & ita conſuluit per l. vniuerſas. C. ne rei domi. vel templorũ. ſed ibi loquitur quando alienat in fraudem hîc ſimpliciter ſaluo iure eccleſiæ: oportet ergo quòd in inſtrumento dicatur ſaluo iure eccleſiæ: aliàs caderet à iure ſuo: & ita teneo. Nam qui aliter contrahit eccleſiæ perdidit & quãtum eſt in ſe poſſeſsionem ſubuertere videtur iuxta not. C. de acquirẽd. poſſeſsione. le. ex liberis. *Locare.* Nota quòd locatio nõ eſt alienatio niſi ſit perpetua. *Sub uiliſſima penſione.* puta duorum denariorum quolibet anno, aliquo tamen dato à principio cum res ſit digna maiori penſione: vt ff. da acquirenda poſſeſsione. lege ſi quis ante. alij dicũt etiam nullo dato à principio: vt nota. extrà de locato. capitulo potuit. in nouella. *In fraudem eſſe.* † No. optimũ text. ꝙ ex paruitate pẽſionis vel pretij fraus argutè ꝓbatur. Eſt autẽ argu. ratio rei dubię faciẽs fidẽ. & facit ff. de de trã ſactio. l. cũ hi. §. in cauſa. & extrà de empt. & vendi. capi. ad noſtrã, & de pigno. illo vos. In gloſſa in hoc in fine, ipſa autẽ mulier habens feudum pro ſe põt in dotẽ dare, dummodo non det æſtimatum nec aliquod pactum de lucrando faciat: quia apud maritum non poteſt remanere: vt infrà de inueſtitu. quam Titius. capitulo vnico. & infrà de eo qui ſibi & ſuis hære. capitulo primo. ſecundum Iaco. de Ardi. in ſumma ſub rubrica an vaſallus poſsit feudum pro filia ſua in dotem dare.

ADDITIONES.

a Alienari. Pondera quia aliqui dicunt ſe noua dicere in d. authen. & dicũt quod non habet locum quando teſtator expreſſè prohibuit rem alienari. Andre. Barba.

b Vſus. Vide ibi gl. ſing. licet videatur dicere contrarium cum dicit in piam cauſam, vel pro anima, & pondera iſtum tex. quia dicit quod pater nõ põt donare feudũ filiæ in dotẽ qđ ſi ſtatuto cauetur qđ ſubditus nõ poſsit alienare in nõ ſubditũ vt eſt Mediolani & Tuderti. an ſubditus poterit dare in dotẽ filiæ bona immobilia ſtatuto ꝓhibẽte itageneraliter. nam hic eſt caſus ſpecialis quòd pater non poſsit dare in dotem feudum: ergo in contrarium erit ius commune ſed ſtatutum non loquitur de dote, ergo ſtabimus in diſpoſitione iuris cõis. Vide conſiliũ Nicolai Ale. generi Bart. Vide quæ dixi in conſilio pridiè reddito. Et vide Lud. Ro. in authen. ſimiliter. C. ad l. Fal. vbi allegat hunc §. contra dicta Baldi in l. generali. C. de ſacroſan. eccle. dixi in cap. relatum. de teſt. Vide Lu. conſi. cxcviij. vbi dicit iſtum §. non habere locum de benignitate canonica. alle. d. An. in cap. quę in eccleſiarum. de conſtit. Andreas Barba.

c Videtur. Sed cõtrarium tenet idem Bal. in l. imperialem. in princ. de ꝓhi. feud. alie. per Fede. Vide tex. in c. j. infrà de feu. nõ ha. propriã na. feu. pondera ſi dici poſsit quòd attendatur materia ſuper qua illa verba proferuntur, quaſi in materia feudi. Vide text. in l. j. §. permittitur. in verbo hæredem vel qualemcunque ſucceſſorem. de aqua quoti. Vide Bald. in l. cum virum. C. de fideicom. & ff. de re. diui. modernio. in l. id tẽpus. §. j. de vſu. & in l. etiam. ff. ſoluto matrimo. do. Abb. in conſi. xcix. al legat Bald. in d. l. imperialem. & tranſit cum iſto dicto. Andr. Barba.

d Glo. dicit. Vide Bald. in l. ſi. C. de iure emphy. Andre. Barba.

1 ☞ *Renuntians perdit ius ſuum: qualiter hoc intelligatur.*
2 *Tempus ex quo inducitur tacita renuntiatio non currit ignoranti.*
3 *An autem tempus currat pupillo.*
4 *Agnati in redimendo feudo ab agnato uaſallo alienato an præferantur domino.*
5 *Feudi alienatio ſi ſit permiſſa per ſtatutũ an agnati poterũt redimere.*

Porro. Olim antiquo iure ſi vaſallus alienabat partem feudi etiam licitè ſine conſenſu domini, dominus poterat colligere ab emptore pro æquali pretio niſi dominus ſciens renuntiauerit ſuo iuri expreſſè vel tacitè per annum: ſed præſcriptione xxx. annorum repellitur ſciens & ignorans: Agnati autem vaſalli proximiores præferebantur domino in probando & redimendo. hoc dicit *Præua.* ſcilicet alienationem permittendo. *Pro æquali pretio.* Nota verbum ſi de fraude dubitabatur debebat inquiri veritas. multi enim pretia cõfingunt in fraudem aliorum

1 *Refutatione.* † Nota quod qui refutat perdit ius ſuum: hoc verum in iure ſuo proprio. Secus in iure vniuerſitatis vel populi vt extrà de foro competenti. cap. ſi diligenti. Iteu non tenet renuntiatio ſi quis ex hoc perderet vitam vel ſtatum: vt eſt gloſſa notabilis in l. pactum, inter hæredem. ff. de pactis. & probatur expreſſè ff. de appel. non tantum. & in l. ij. & iij. ff. de lib. cau. *Annali ſilentio.* Nota quòd annale ſilentium habet vim refutationis. facit ff. ad Trebellia. l. facta. §. ſi quis bonorum. & quod not. ff. de negotijs geſtis. l. ſi ego. *Ex quo ſciuerit.* † Nota tempus ex quo inducitur tacita renuntiatio non currere ignoranti. & eſt argu. ad ſtatutum Peruſinum de inſinuationibus teſtamentorum. Item potes notare quòd præſcriptio annalis vel minoris temporis nunquam currit ignoranti. *Triginta annis.* Nota hic expreſſum quòd iuri offerendi quod habet dominus præ-

a ſcribitur ſpatio xxx. annorũ qđ ignorãti currit. a Adde C. de præſcriptio. long. tẽpo. l. fi. & in authen. ꝙ ſi quis qui-

3 buſdã. Quæro vtrũ tẽpus currat pupillo. gl. hic notabiliter ſentit, ꝙ nõ. vnde nota ꝙ licet præſcriptio xx. an. induatur à conſuetudine vel ſtatuto, tamẽ in ea habet locũ lex ſicut. §. ſexto. C. de præſcriptione xxx. annorũ. vbi cõtinetur diffinitio generalis, ꝙ preſcriptiones longiſsimi tẽporis

Source : BIU Cujas

ris: quia ſunt omnino odioſæ non currunt pupillis:quod tene menti. [b] & ſic ratio legis id eſt iuris communis interpretatur ſtatutum municipale & conſuetudines locorum, dūtamē verba ſtatuti & cōſuetudinis formaliter nō repugnēt:vt no.C.de iure deli.l.fi.§.in cōputatione.& extrà de conſue.c.cum dilectus.C.de noxa.l.ſi ſerui noſtri.cū ſimilibus.& idē dico in præſcriptione ſtatutaria.puta x.annorū ſurrogata loco preſcriptionis xxx.an.vt ſicut illa currit adultis, & non pupillis ſit iſta ſurrogata per ſtatutum: ꝙ
c eſt nota.cEt no.ꝙ dicunt quidam, ꝙ hodie nulla currit preſcriptio contra dominum, quod intellige domino ignorāte:vt infra de capit.Cor.§.preterea.& de prohi.feu.alie.per Fede.§.j.vel ibi loquitur quando contra ius alienauit:hic quādo cōſuetudine permittente.& hęc vera.*Proximi agnati.* Not.ꝙ in alienatione prohibenda & in redimendo agnati præferuntur domino. Sed quomodo poteſt prohiberi ꝙ conſuetudo permittebat.Reſpondeo offerendo ante factū
4 æquale pretium.† Et no.ꝙ hic videtur caſus, ꝙ facta alienatione agnati præferuntur domino ſecundū Iac.de Bel.ſed ego dico ꝙ hoc nō dicit lra,quia loquitur tantū in duobus caſib⁹,ſ. quādo alienatio erat facta de bona conſuetudine, itē qñ de mala quę tñ alienationē ꝓmittebat irrequiſito dño & irrequiſitis agnatis.Si aūt alienatio eſt ꝓhibita feudum aperitur domino & præfertur agnatis:vt infra de ꝓhi.feu. alie.per Fede.c j.in prin.& ſic priuantur agnati cum vaſallus alienando feudum cōmittat offenſam in perſonam domini:vt infrà quę fuit prima cauſa be ne.amittē.c.j.§.pen. & fi.dixi ſ.de ſuc.feu. capi.primo.hoc quoque.ſecundum Petrum de Cer.conſidera ergo poterit vaſallus cum domino in ſecreto colludere:ita quòd de colluſione non poſſunt haberi teſtes & ſic fraudare agnatos,quæſtio eſt mul-
d tum inconueniens. [d] vt ff.ſol.mat.l.filiæ meæ.Ad hoc ita reſpōdeo : dominus qui ex tali delicto lucratur habet cauſam lucratiuā:vt no.in ſimili.ff.de exceptio.do.l.apud Celſum.§.authoris.vnde ne dū eo colludēte,ſed etiā eo ignorāte.agnati ſi feudū eſt paternum poſſunt agere reuocatoria. ar.inſtit.de act.§.item ſi quis in fraudem.& ff.de leg.j.l.plane.la ſecunda.hoc ꝙ dico eſt nouum, & ſi diceretur ꝙ contra dñm nullū cōpeteret remediū teneretur iſte q vendidit in ꝓiudiciū agnatorū actiōe de dolo,& criminaliē crimine ſtellionat⁹ ,ſi cōſtaret ꝙ fecit principaliē vt eis obeſſet,puta donādo extraneo,ſed Ia.Bel.inclinat ſimpliciē ꝙ agnatis&habeo hic talē poſtillā ſuper ver.redimendo.ſ.eo caſu quādo alienatio erat cōceſſa vel ꝓhibita.D y.ego verioré puto opi.dñi Pe.de Cer.cū eo ꝙ nūc addidi,& aliàs dixi.
5 Quæro qd ſi per formā ſtatuti eſt permiſſa alienatio feudi, & non eſt dictū ꝙ dñs vel agnati poſsint redimere:nūquid hoc tacitè intelligitur cautum. Et videtur quod non:quia hoc non dictat ſtatutum.Tu dic ꝙ tacitè videtur cautum: qa cū hoc ſtet in finibus permiſsionis &nihil diſponat in preiudicium domini vel agnatorum ſuper iure redimendi, tacitè videtur ſibi ius ſiue priuilegiū redimendi reſeruatum ex quo nō reperitur adēptū:vt C.de ap.l.præcipimus.in fi. ſecundū gl.& Iac. Bel.quod eſt no.Extrà quærit gl.vtrum valeat ſtatutū ciuitatis Vincētiæ quo cauetur ꝙ ſi ſecundus creditor diſtulit per annū & diē ius ſuū proſequi, ꝙ poſtea non audiatur niſi tempus interruperit & de interruptione doceat per publicum inſtrumētum tabelliōis bonæ opinionis.Et dicit gl.ꝙ iſte tex.eſt arg.ꝙ valeat ſtatutum:quia eſt ſecūdū ſimile cōſuetudinis hoc approbantis,licet alij dicāt cōtrariū,teneas ꝙ ſtatutū valeat.& facit extrà de in integ. reſti.&c.cōſtitutus.quod no.in l,fi.C.de iure do.impe,tene
e menti hanc gl.e

De illa. Caſus. quæritur an domin⁹ poſsit proprietatem feudi alienare. Reſpondetur ꝙ ſeruandū eſt ꝙ ſtatutū eſt per legē Cor.h.d.Et ſic no.ꝙ vnū ſtatutum remittit ſe ad aliud ſtatutum.Et quando ſtatutum remittens non dat aliam formam certam,oportet videri ſtatutum ad quod fit remiſsio. Sed ſi per ſe dat certam formam non oportet videre ſeu perſcrutari aliam ſcripturam,vt patet in omnibus ll.quæ faciunt mentionem de editis quæ non reperiuntur,id eſt,vbicunque gl.dicit quod non habemus.ff.ex quib.cau. ma.l.ab hoſtib⁹.§.ſed quod ſimpliciter.

ADDITIONES.

a Currit.In §.porrò.ibi no.ꝙ iuri offerēdi præſcriptio currit ignorāti ſed dic ꝙ reſtituitur per tex.aureum & ibi Bar.in l.j.§.fin autē propter. ff.de itinere actúque priuato.And.Bar.

b Menti. Vide Bal.in c.j.quo tempore miles.And.Barbacia.

c Nota. Vide Bar.& quæ ibi notaui ad Bar.in l.etiam. ff.de minorib. Andr.Barba.

d Inconueniēs. Vide Bald.in d.l.filiæ.vbi dicit quòd ex ea fuit aſſumptū.c.ij.de renū.lib.vj.facit quod dicit Pe.de Anch.in c.ſicut nobis.de reg.de eo qui in extremis aſſumit habitum religionis vt faciat expirare fideicommiſſum.facit quod dicit And.in l.nuper C.de nat.lib.de eo qui in morte deſponſat concubinam ad legitimationem filiorum vt non præiudicetur filijs primi matrimonij nec faciat expirare fideicommiſſum.facit c. audiuimus. de colu.vbi fingitur quæſtio vt fiat tranſactio in præiudicium epiſcopi.Vide Bal.in c.in præſentia.de probat. de eo qui in infirmitate mortis intrat monaſterium vt priuet ſubſtitutum allegat d.l.filiæ.& in Authen.niſi rogati.C.ad Tre.vbi dicit in ſene nimis grandæuo intrāte religionem.allegat d.l.filiæ.Vide gloſſ.in cle.dudum.de ſepulc.vide Pe.de Anch.pro d.l.filiæ.in conſi.cccxiij.& in conſilio cccxciij.Vide etiā quod vgluit gl.in l.ab hoſtibus.§.ſi vir.ff. ſo.mat.& ibi Lud.Ro.de eo qui præſtitit cauſam mortis vxoris ad hoc vel lucretur dotem ex pacto allegat d.l.filiæ.& ꝙ habetur in c.poſtulaſti.de conceſ.prēben.vbi ſi aliquis debet lucrari propter negligētiā alterius quod nō lucrabitur ſi ipſe fuit cā negligētiæ.Andr.Barb.

e Gl.Et ſic no.quod ꝓ ſtatutum poteſt abbreuiari ius offerēdi. Adde quod ſecundus creditor pōt offerre litis æſtimationem priori in poſſeſsionem miſſo & petere à competēti iura ſibi cedi.l.creditor.§.quoniā.ff.qui pot.in pign.habe.ſecundum Alberi.

Quis dicatur dux, marchio, comes ſiue capitaneus vel vaſallus Rubri.

1 ☞ *Dignitates omnes à principe deſcendunt.*
2 *Comes quis proprie dicatur.*

1 QVi à principe. Diuide † in duas ptes. Primò quę perſonæ nobilitantur per feudum & declaratio graduū nobilitatis feudi.Secundò quæ ſunt perſonæ quæ non nobilitantur.Secunda *in §.cæteri.Caſus.*Dux dicitur qui à principe de ducatu eſt inueſtitus. Marchio qui de Marchia.Comes qui de comitatu.Qui aūt eſt à Principe vel à poteſtate aliqua de plebe vel de plebis parte Capitaneus appellatur.Qui à Capitaneis eſt inueſtitus antiquo iure valuaſor dicitur.Qui autem à maioribus valuaſoribus ſunt inueſtiti valuaſini.i. minores valuaſores appellantur:& hoc feudum propriam non habet naturam:ſed hodiè eſt exęquata cauſa & natura quantū ad retentionē feudi.quia ſine culpa à nemine poteſt offerri.hodiè aūt qui à valuaſoribus quibuſcunque feudum accipiunt plebeij ſunt,nec nobilitantur per feudum.nam qui ſoldata accipiunt non nobilitantur per hoc feudum.Vltimò declara quid dicatur ſoldata.h.d. Ia. *A principe.* Not.oēs dignitates à Principe profluere tanquā à fonte.vnde in eo ſūt omnes dignitates.Et ſicut dicitur de Papa quod tanquā pater patrum cum omni prælato in iurisdictione & poteſtate concurrit: vt not.in ea.ſi eo tempore.de elec.lib. vj. per Ioan. Monach.ita in principe Romano ſunt omnes theſauri dignitatum reconditi.nam quod pluris eſt vtique tanti eſt, ideò dicit lex quòd ſi debet appellari ad præſidem & appellatur ad principem videtur ad præſidem appellatum. nam & ipſe princeps cuiuſque prouinciæ præſes eſt : vt ff. de appellationib⁹.leg.j.§.ij.ſic Papa dicitur ſacerdos, licet
2 ſit ſummus ſacerdos. *Comes appellatur.* † Nota quòd ꝓprie ille dicitur Comes qui eſt inueſtitus de comitatu: ergo ſine comitatu nō dicitur propriè comes ſed abuſiuè:ſicut ſunt comites ſacri palatij qui creant tabelliones, dāt tutores & alia faciunt quę in eorū priuilegijs continentur: vt not.in l. j.ff.de tuto.& cur.dat.*ab his. Aut plebis parte.* ſ.quota. ſed ſi de re certa nō diceretur capitaneus.ar. C.de hære.iſti.quoties. *Valuaſini.* nomē diminutiuū eſt. *Reuerteretur.* ita hodie

Source : BIU Cujas

reuertitur.quia reſoluto iure datoris &c.niſi à domino velit recognoſcere:vt ſupra tit.j.la. *Eodem iure*.vt minores valuaſores dicãtur habere feudi conſuetudinẽ ſicut maiores valuaſores,vt ſicut maioribus valuaſoribꝰ nõ poterat feudũ auferri mortuo ſuo iueſtitore ſine liberis,ſi volebat ſeruire primo dño,ſic in minore,ſ.vt à maiore valuaſore qui inueſtiuit eum ſine liberis non poſsit ipſi minori feudum auferri ſi velit ſeruire priori dño.Pet.de Cer.& ſic finito iure maioris valuaſoris incipit ius minoris per nouam recognitionem.quod eſt not.

1 ☞ *Nobilitas quæ dicatur.*
2 *Iudex qui præeſt cognitioni uillæ uel caſtri dicitur habere dignitatẽ.*

1 **Cæteri verò.** Not.† ver.qui pro §.põt allegari quia no.eſt & videtur hic §.nobilitatẽ attribuere antiquitati:ita ꝙ omne antiquũ feudum poſſet dici nobile.Qui autem nouum feudum acquirũt plebeij,nihilominus ſunt de nobilitate naturali,Vide Accur. ff.de gradibus.l.ſtemmata.extrà de præben.c.venerabilem. in nouella.de accidentali loquor hîc.Et nota ꝙ accidentia denominãt ſubiectum.Et no.ſecundum Ia.de Bel.ꝙ hodie ſicut nobiles ſunt q ab Imperatore vel à Rege feudũ habẽt & etiam qui feudum accipiunt ab his qui propriè dicuntur regni capitanei.minores ergo valuaſores & minimi ſunt hodiè plebeij niſi ab antiquo feudum habent.vt in hoc c.patet euidẽter.Iac.Bel per iſtum tex.cognoſce differentiam inter feudum nobile,& vt ita dixerim pedagogum.Pedagogũ vulgariſsimè loquitur id eſt nullam nobilitatem ſeu dignitatẽ acquirũt.Simõ.† Adde ꝙ omnis qui præeſt cognitioni
2 villæ vel caſtri dicitur habere dignitatem.ar.no.extrà de prẽbend.c.cum olim.in nouella.Iſte fuit quidam antiquus doctor in materia feudorum nominatus. *Feudi uſum*.ſcilicet rectum.

1 ☞ *Soldata quid ſit.*
2 *Quid ſit de ſalario ſi uterque uel alter moritur.*

1 **Soldata autem.** Pro §.poteſt allegari.† Et no.quòd ſoldata eſt prẽſtatio quædam annua & gratuita quæ à neutra parte tranſit in hæredem.morte enim dantis vel. accipientis finitur.ſed nunquid ſalaria magiſtrorum quæ percipiuntur de camera regis appellãtur ſoldata.dic ꝙ nõ.qa prẽſtati talis nõ eſt gra
2 tuita.ff.de do.Aquiliꝰ Reguluꝰ.& l.ſi pater.† Quid ergo iuris eſt de ſalario ſi vterq; vel alter moritur.dic vt leg.& no.ff.de va.& extraor.cog.l.j.§.diuus.vbi etiã no.qd iuris eſt de ſala
3 rio Poteſtatum.Vide etiam quod not.per Cy.a & alios.ff.de offi.aſſeſ.l.diem fructus.dominꝰ Cy.dicit ibi ꝙ ſi mortuꝰ eſt Poteſtas hæredes eius nõ debent habere ſalarium niſi pro rata temporis quo Poteſtas exercuit officium.per l.j C.de re mili.li.xij.hoc patet:quia in qbuſdam eſt ſpeciale:ergo in contrarium eſt ius commune ſecundum Pe. Item labor, & pecunia diuiſionẽ recipiunt.vt l.Seio.in prin.de an.leg. ſed glo.dicit indiſtinctè ꝙ publica ſalaria debentur pro toto illo tempore quo debebat ſtare in officio,ſi eſt annus,vel anno minus,non vltra:vt no.in l.ſi vno.§.item cum quidã. ff.loca.& probat ꝙ aſſeſſoribus debet dari ſalarium integrum per hęredes magiſtratus,ergo & ipſi debent percipere ſalarium integrum:aliàs contrarium dicerẽ eſſet iniuſtũ. ar.ff.de condi.& demõn.l.Plautius.§.idem ſciendum. & ff. de condi.ob cau.ſi pecuniam.in prin.Bar.tenet in poteſtate ꝙ debeatur hæredibus ſalarium totius temporis, ꝙ non credo:quia vt videmus hodiè Poteſtates non tam eligũtur quàm conduntur.vel eſt contractus innominatus facio vt des.Et ideò ſi per caſum fortuitum impeditur factum non poteſt agi ad mercedem.hoc conſidera ꝙ iſtud eſt tale factum ꝙ propriè non loquatur:& ideò eſt contractus innominatus inter Comitem & Poteſtatem.potes etiam aliter cõſiderare tali exemplo poſito.Pone ꝙ quolibet mẽſe debetur ſalariũ ꝓrata vt dicamus ꝙ pro primo mẽſe ſit purũ: pro ſequentibus verò cõditionale.vel ob finalẽ cauſam quę habet vim conditionis.Et ideo ſi inchoato primo menſe decedit pro illo tranſmittet.ſi inchoato ſecundo idem.Sed ꝙ non inchoatis nihil debetur.arg.ff.de ſtipu.ſeruo.l.ſi ſeruus cõmunis Mæuij & caſtrenſis peculij.§.vlti.Et ideo ſi in ciuitate Peruſiæ moreretur Poteſtas durãte officio pro toto eo tempore pro quo ceſsit & venit dies ſolennis:vt quia debet habere primã pagã in princ.officij pro iſto tempore debeatur hæredi etiã ſi nõ fuit in officio niſi per vnũ momẽtũ.ar. ff.de leg.iij.qui concubinam.§.vxori.Sed quid ſi deceſsit in itinere antequã ingrederetur officiũ.reſpõdeo nil habere, qa cõmoda officij poſt adminiſtrationem incipiunt deberi & non ante:vt C.de primipillo.l.j.h.xij.Soldata præſtatio eſt annua ex promiſsione patris. *Soldata uerò*.Nota quare di-
b citur ſoldata b.

ADDITIONES.

2 Per Cy.Vide gl.& tex.in l.legatus.ad finem.ff.de le.vbi ego notau. plura dicta in tex.quẽ habui ab Ant.in quæſti.incipiente exorta guerra,quibus adde hic Bal.quia notanter loquitur.Andre.Barbacia.

b Soldata. Et no.ꝙ non dicitur feudum ſoldatæ:quia non iuratur fidelitas,ſed ſoldata quę non cõſueuit dari,& ideo nec data intelligitur niſi ſtatibus in ſeruitio domini,quia non præſumitur dominus ſuũ iactare niſi contrarium ſit actum,& hæc innuit ꝙ ſequitur hic de vino & ãnona.

De ſucceſsione fratrum vel de gradibus ſuccedendi in feudo. Rubrica.

1 ☞ *Proles dicitur omnis deſcendens uſque in infinitum.*

Per ſucceſsionem. Diuidecapitulum in quatuor partes.Primò qualiter feudũ acquiratur. Secundò de ſucceſsione lineæ deſcendentis maſculinæ & fœmininę. Tertiò de ſucceſsione lineæ tranſuerſalis permiſſa vel prohibita.Quartò de cõtentione orta occaſione ſucceſsionis.ſecunda incipit in ver.mortuo enim.tertia in §.his verò.quarta in § dominus.Caſus vſq; ad §.ſi enim Titij.Feudum acquiritur inueſtitura & ſucceſsione.nam mortuo vaſallo prima cauſa eſt liberorum maſculorum,nepotum & aliorum deſcendentium:ſed filiæ neptes & proneptes non ſuccedunt ipſi,nec nati ex eis niſi feudum ſit fœmininum,vel eo pacto acquiſitum:non extantibus aũt liberis ſuccedunt fratres primò & filij fratrũ:deinde agnati vlteriores ſi feudum ſit paternum.h.d. *Prima cauſa*.Nota ꝙ ordo traditꝰ de iure Romano in ſuccedẽdo ab inteſtato ſola prærogatiua gradus attẽta,non dico ad qualitates ſuccedentium,debet ſeruari in feudis:a ita dicit iſte text.& glo.
a eſt hic notabilis *Cæteri*.id eſt tranſuerſales eius qui deceſsit cum hærede.

1 **Ad filios.** Iſte ver.pro §.allegatur.Dicitur †proles omnis deſcendens in infinitum. *Niſi eius conditionis ſit feudum*.id eſt fœminnũ:vt infrà,de na.ſuc.feu. circa prin.Iac Bel.quia ſic datum ad certum ſeruitium.& id poteſt non minus decẽter præſtare fœmina quæ ſola ſupereſt quàm maſculus:vt infrà,de quibuſdam aliis capitulis extraor.ca.ſi cui militi.ſecundum Ia.de Are.ſed vt aliàs dixi illa capitula ſunt apocripha.

ADDITIO.

2 In feudis.No.ꝙ conſuetudo feudorum regulatur ſecundũ ius cõmune.quod eſt not.dignum valde. Vide tex. quẽ moderniores dicunt meliorem de iure in c.cum dilectus.de conſue. Et vide quæ addidi ad Bal.in fi.§.in computatione de iure deli.Andreas Barb.

1 ☞ *Frater ex utroque parente in ſucceßione an excludat alium fratrem ex uno latere tantum.*
2 *Nepotes ex diuerſis fratribus an ſuccedãt patruo in ſtirpes an in capita.*
3 *Probationis onus incumbit ei qui nouum dicit.*

His verò. Suprà dixi de ſucceſsione liberorũ.hic. de ſucceſsione trãſuerſaliũ agnatorum.

Primò fratres.Not. ꝙ hæc litera nõfacit differẽtiã inter fra-
1 tres ex vtroq; parẽte,& cõſanguineos.† Quęro ergo nũquid

frater

Source : BIU Cujas

frater ex vtroque parente excludat fratrem ex parte tantum feudi ſucceſsione.& videtur quòd ſic in Authent.de hære. ab inteſt.§.reliquum.coll.ix.quia ad illum gradum defertur feudum ad quem vniuerſa hæreditas vaſalli pertinet: vt infrà hic incipiũt conſuetudines regni.§.ſi contigerit.in prin. Sed ego puto non per iſtum text.Nam in feudo non ſuccedunt aliqui quia cognati,ſed quia agnati nec propriè iure hæreditario ſed beneficio domini.arg.C.de proximis ſacro. ſcrinior.l.ſi quis.ſecundum Iacobum in de Ardiſo ſub rubrica de ſucceſsione feudi.Et ſequitur rubricella an frater ex vtroque parente excludat fratrem ex parte tantum: licet enim duæ partes concurrunt tamen cùm altera earum eſt impertinẽs ex ea nõ augetur effectus. *Deinde agnati ulteriores.* Nota valdè hũc caſum.Nam poſt fratres & fratrum filios quos prætulit cæteros agnatos vocat & non declarat

2 vtrum in capita vel in ſtirpes. †Quæro ergo ſecundum Iac. de Ard.vtrum nepotes ex diuerſis fratribus ſuccedant pa-

a truo in ſtirpes,an in capita,dicit ipſe a quod cũ inter eos ſit ſeruanda paritas,ꝙ ſuccedũt in capita & nõ in ſtirpes.& dicit quod eſt caſus iſtius §.ad filias.Quando enim cum patruo ſuccedunt in ſtirpes quia ingrediuntur gradum paternum,ſed quando per ſeipſos cuilibet per ſe decernitur:nec minus eſt nepos licet cum multis ſit nepos.Conſidera tex. iſte non dicit aliquid in capita vel in ſtirpes & ideò debet intelligi ſecundum ius cõmune:vt ſuprà,de feu.cog.c.Obertus.§.Itrenuus. De iure autem communi ſũt opiniones.Sed quia ſtatutum eſt vt poſt fratrum filios vlteriores ſuccedant in capita,tacitè videtur ſtatutum vt fratrum filij ſuccedant in ſtirpes.arg.ff.de iud.l.cum prætor.& ita conſului vt aliàs dixi, tamen tex.iſte multum pugnatiuus eo quod cum per ſe diſpoſuerit de fratre & fratris filijs ſimul venientibus cæteros agnatos vlteriores exęquare videtur.Sed tamen non eſt nouum quod leges poſteriores diſtingantur per priores: vt ff.de legibus.l.ſed & poſteriores.Et ſic tota quæſtio ſtat in iure communi ſuppoſita opinione gloſſæ pro vera à qua cõſulẽdo nõ recedo.dixi & dico quod fratrũ carnaliũ filij in ſtirpes ſuccedunt ſalua ſemper ſubſtantia veritatis agnatio nis communis.id eſt ille qui intendit ſuccedere in feudum originem trahit ab illo vaſallo qui ſuccedere vult:aliàs ſecꝰ vt ſubijcit hîc.ſi cm̃ *Titij* &c.Pe.de Cer.Et not.hic melius quàm alibi quod feudum dicatur paternum. quia illud feudum dicitur paternum quod fuit illius parẽtis qui fuit genitor agnationis cõmunis.tex.eſt hic notabilis. *Magnum.* Quia ad eum nunquam pertinuit feudum.Et not.quod in feudis ſucceſsio ſuum aſpicit ſtipitem,& non alium qui nõ eſt ſtipes agnationis communis.tex.eſt hic notabilis. *Nouum*

3 *dicit.* †No.mirabilem tex.ꝙ onus probationis incũbit ei qui nouum dicit.& hoc ideo:quia inũicia erãt ſuper veteri. *Diligenter.* No.verbum quod ad delationem iuramenti in

b defectum probationis non eſt procedendum ex abruptob. Sed cauſa cognita & in tali delatione iudex debet habere æquitatem præ oculis quia iſta delatio magis innititur equi rati quàm rigori:vt dicit hic gloſſ.multum no.Item Pe.de Cer. *Deficiente.* Subaudi quod poteſt intelligi ſecundum quod habetur ſuprà,de contro.inueſti.circa princ.& ſuprà, de conten.inter dominum & vaſal.de inueſti.feu.ca.j.circa prin.& ſupra de cõtẽ.inter me & do.de por.feu.fratris mei. c.vnico.ſupra ſi de inueſt.inter.do.& vaſal.lis oria.capitu.ij. & infra de conſue.rec.feu.c.ij.§.fina.cum ſimi.Pe.de Cer.

ADDITIONES.

a Dicit ipſe. Vide Bal.c.j.ỹ.de natura ſucceſ.feud.And.Bar.

b Abrupto. Vide quod dicit no.Bal.in l.captatorias.C.de teſtam.mi. And.Bar.

De duobus fratribus de nouo feudo inueſtitis. Rub-

1 ☞ *Ius accreſcendi an habeat locum in contractibus, in ultima uolun tate in donatione cauſa mortis.*

2 *Quid ſi portio fieri non poteſt.*

I SI duo fratres. †In feudo nõ habet locum ius accreſcendi inter eos qui prætendunt primã ſeu primordialẽ inueſtiturã.h.d.de hoc in l.j.C.quãdo nõ petentium partes.per Cy.in cõtractibus qui contrahũtur

a verbis non habet locũ ius accreſcẽdi:aquia verba deficiũt. ff.de verb. obl.l.ſi mihi & Titio.Idem in re duorum tamen ſi ſtipulator decederet duobus hæredibus relictis bene haberet locum inter eos ius accreſcendi:ſi vnus eorum ius ſuũ repudiaret. de legatis primo. Legatarius in vltima voluntate plenius eſt ius accreſcẽdi.lege in teſtamẽtis. ff.de

b re iur.Idem in donatione cauſa mortis:b quia fauorabilis eſt.l.j.in fi.C.de cad.tol. Caſus.datur regula quòd frater fratri in feudo nouo non ſuccedit niſi aliud actum fuerit.h.d.

2 †Quærit gl.quid ſi fieri portio nõ valet eo quòd res cõceſſa indiuiſibilis eſt.videtur ꝙ accreſcat vaſallo.arg.ff.de cõtrah. emptio.l.fundus ille.& ff.quẽadmo.ſer.amit.l.aquã.& ff.de euic.l.quod ad ſeruitutes.& ff.de liber.leg.l.ſi is qui duos. ff.loca.l.ſed addes.§.ſi quis mulierẽ.& C.cõmu.vtriuſq; iudi.l.poſſeſsionum.In contrarium videtur quod præferatur

c dominus ratione maioritatis. earg.C.de dona.l.ſi quis argẽtũ.vel ſaltẽ offerẽdo vaſallo æſtimationẽ partis.ar.ff.de leg, ij.cũ filius.in prin.& ff.ad.l. Falc.lege Falcidia interueniẽte. Sed quod erit exemplum de indiuiſibili.gloſſ.dici in ſeruitute & ſtatua.quod dicit in ſeruitute dic ſcilicet vſus:quia quando vſus debetur ſecundum neceſsitatẽ perſonæ non diuiditur ſecundum Pe.ſed certè hic non cadit ius accreſcẽdi:vt ff.de vſufr.dominus.quia eſt quid taxatum à natura. Item ponit gloſ.exemplum de natura quod poteſt intelligi ſi ſit affixa id eſt in certo loco poſita, ita quod inde nõ amoueatur. nam iſtæ ſtatuæ plerunque vtilitatem afferunt: vt ff.de vſufruc.l.ſtatuæ.poteſt etiam poni exemplum in iure piſcandi.nam in ſe eſt indiuiſibile cum nõ diuidatur in partes certas ratione loci & quotæ.Item in iure colligendi pedagia quia hoc ius eſt quædam ſeruitus tñ ſi conſideretur à Rege vel principe haberet ius accreſcendi,quò ad integrã commoditatem:vt C.ſi ſocius liberali.imperialis.l.j.libr.x. vel põt poni exẽplũ in dño q cõcedit in feudũ vnũ de ſuis perpetuis vaſallis cũ partibus ciuilibus,nã cũ ſit ſimilis aſcriptitio cẽſetur res immobilis.tamẽ ſicut de cõſuetudine donari põt,ita etiã infeudari.glo. *ibi dicit* ꝙ quodlibet corpus ꝙ vno ſpiritu cõtinetur eſt indiuiſibile:vt no.in l.iij.ff. de cõdi.ob tur.cauſam.tamen illa gl.hîc nõ approbatur:qa nõ loquitur de corruptione ſubiecti,ſed reſpectu cõmercij: ſed certũ eſt ꝙ in Sticho & boue cadũt partes cõmerciales ſeu promerciales.Quid ergo tenẽdũ eſt finaliter in quęſtione ꝓpoſita.dico ꝙ in diuiduis habet locũ ius nõ decreſcẽdi per dictã l.aquã.& ſic latius vtetur vaſallꝰ quã prius.In ſubſtãtia autẽ ſui omne indiuiſibile integrũ eſt nec ſcindi põt. & facit ff.quẽad.ſer.amit.l.nã ſatis.§.ſi ego.ff.cõmo.l.ſi vt certo.§.ſi duobꝰ vehiculũ.dabit tamẽ vaſallꝰ dño eſtimationẽ illiꝰ cõmoditatis accreſcẽtis:vt d.l.cũ filiꝰ.& in hac cõtinuatione reſidet Ia.Bel.prefertur ergo dño in iure offerẽdi: nec mirũ quia poſsidet ar.ff.qui po.in pig.hab.l.mulier &c.

ADDITIONES.

a Accreſcẽdi. Vide plenè Bal.in l.j.quãdo nõ petẽ.partes.& *ibi Lu.* And.Barba.

b Cauſa mortis. Vide notabilem caſum in l.vnica.C.ſi ſoc.libera.imperia.libro x.And.Barba.

c Maioritatis. Vide notabilem caſum in l.ſancimus.§.cum authẽ.C donat.And.Barba.

1 ☞ *Frater quilibet acqrit ſibi inſolidũ res quas ſuo nomine acquirit.*

2 *Viuentes ad unum panem, & unum uinum, debent inuicem communicare reditus & prouentus proprios.*

3 *Quid in fructibus rerũ paraferna liũ uxoris. caſtra quæ ſũt ultra & circa mõtes ſi ſunt in feudũ cõceſſa, an mõtes ueniant in conceſsione.*

4 *Feudum an ſit peculium quaſi caſtrenſe.*

5 *Fructus bonorum aduentitiorum non ſunt communes.*

7 *Galli & Britones poſſunt de bonis aduentitiis teſtari.*

Si duo fratres. Diuide in duas partes primò frater acquiſiuit feudũ gratis

redimẽdò vel ſua pecunia. Secũdò cũ equis & armis cõmunibus dño ignorãte. ſecunda incipit ibi, quòd ſicut. Caſus. duo fratres mortuo patre remanſerunt in domo communi vel ſimul habitãdo, alter ex eis acquiſiuit feudũ poſtea gratis, vel ſua pecunia: quæritur an mortuo acquirẽte ſine hærede ſibi ſuccedat frater: Reſpondeo quòd non: ſed ſi de communibus bonis eſſet emptum tunc fructus ex feudo prouenientes eſſent communes. Deinde dicitur frater cum equis communibus vel pecunia communi feudum acquiſiuit: quæritur an frater ſibi ſuccedat eo defuncto ſine hærede. Reſpondet quòd non: ſed poteſt frater ab eo partem eius petere quod de communi pecunia eſt impenſum, hoc dicit. *In communi caſa.* Loquitur iuxta vulgare italicum. ſed nunquid capana dicitur caſa ſiue domus. Reſpondeo recurrendũ eſt ad vulgare. nam illud quod communiter homines dicunt in vulgari illud inſpiciendum eſt propriè: tamen
2 non dicitur domus a. quia non conſiſtit ex parietibus & tecto: vt ff. de vſuca. l. eũ qui ędes. De capana no. inſtit. de rerum diui. §. appellatione autem. Et eſt vtile ſcire ad ſtatuta quæ dicunt: ſi quis fecit inſultum ad domum. de hoc no. in Spe. de iniurijs. vel ſi quis fuerit percuſſus in domo & fuerit inſultatus, vel percuſſus in capana. nõ loquor de illa quæ eſt ad vſum beſtiarum: quia illa ſine dubio non dicitur domus. *Simul habitauerint.* No. quòd habitare non inducit ſocietarem. ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. ſi frater.
1 & C. de dec. l. licet. lib. x. *Vnus.* † Nota quòd vnuſquiſque fratrum acquirit ſibi inſolidum res quas *nomine ſuo* acquirit: & iſte tex. cõtinet ius cõmune *in hoc. Fructus tamen.*
2 †Nota ℔ q viuũt ad *vnum panẽ & vinũ debent inuicem communicare reditus & prouentus proprios*: quod intelligo vſque ad *neceſsitatem victus*: nam quod ſupereſt domi
3 ni eſt. †Idem dico in fructibus rerum parafernalium vxoris ℔ ſi quid ſupereſt non ſit conſumptum circa perſonas pertinet ad ipſam vxorem: vt no. C. de iure do. l. vbi adhuc, & C. de pact. conuen. l. fi. & ita conſuluit Bartolus. *Inuiſus.* Nota neminem vaſallum inuitum acquirere. Item collige
4 voluntatem dominorum inſpiciendam. †Et ex hoc notabili extẽdẽdo illud collige ar. ad quæſtionem. Comes Sabaudiæ conceſsit cuidam militi omnes poſſeſsiones quas habet vltra montes verſus quoddam caſtrum, & cuidam alij militi conceſsit *omnes poſſeſsiones* quas habet circa montes verſus tale flumen. modò ita eſt quod montes ſunt in medio: quæritur vtrum vaſalli & loca huius mediæ regionis veniant in conceſsione, & videtur quod ſic: vt ff. commu. diui. l. arbor. & de his qui deie. vel effu. l. ſi verò. §. quod ſi ex mediano. ſed dici poteſt contrarium: quia qui in montibus habitant nõ dicuntur propriè vltramõtani nec citramontani. Item vltra & citra ſignificant ſeparationẽ vt no. Io. Mo. in c. j. de tẽp. ordi. lib. vj. vbi omnino videas. Et not. quòd Ia. Bel. in hoc c. ſic ait ſuper verbo erit communis. Si de communibus bonis eſſet acquiſitum aliter nõ. vt C. de bo. quæ lib. cum oportet. ſed mirum eſt hic quòd propterea fructus debeat eſſe communis: vt C. communia vtriuſque iudicij. l. ſi patru⁹. ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. Pompo. niſi eſſent ſocij omnium bonorum, vel communi nomine eſſet acquiſitum, vt dictis legib⁹. ſed dic vt puto ℔ cõſuetudo ſic habebat quòd fructus eſſet communis, aliàs ſecus. vt dicit Ia. Bel. tu dic quòd fructus nõ ſunt communes ratione fraternitatis, vel ratione communis habita
5 tionis, ſed ratione communis menſæ. † Opp. ſupra de beneficio fra. cap. j. ſo. vt notauit ibi Io. Et no. hic quòd glo. quę incipit intelligo, videtur dicere quòd feudum eſt peculium quaſi caſtrenſe, & probare videtur ea ratione: quia fructus feudi non eſt communis niſi feudum ſit acquiſitum de communibus bonis, ſed hæc ratio non videtur bona: quòd ideò feudum debeat appellari quaſi caſtrenſe peculium, quia vt dixi in litera fructus de iure communi non debet eſſe communis, ideo quia feudum ſit acquiſitum de
6 communi pecunia nomine acquirentis. † Prætereà etiam in aduentitijs bonis fructus non ſunt communes. vt dicta lege cum oportet. Sed quæro vtrum feudum ſit caſtrenſe peculium quaſi caſtrenſe vel aduentitium. Reſpondeo ſi dominus dedit feudum militi in bello: quia ſe geſsit probè ſicut plerunque fit, tunc feudum eſt caſtrenſe peculium. argu. ff. de caſtren. pecul. l. ſi caſtrenſe. & l. ſi fortè. Si verò alij & non per illam notitiam. ſi quidem dominus habet diſtrictum & iuriſdictionem. & ſic poteſt dici dominus publica perſona ſicut & magiſtratus: tunc ſi dominus det feudum vaſallo poteſt dici quaſi caſtrenſe, cum de peculio acquiſierit vaſallus. ar. C. de inoffic. teſta. l. fina. de offic. aſſ. l. velut. & de aduo. diuer. iudi. l. fori. Si verò filiꝰ alibi, & ab alia perſona feudum acquiſiuit non erit peculium caſtrenſe vel quaſi ſed aduentitium, vt puto pater, tamen in eo non habebit vſumfructum cum ſub ea conditione videatur conceſſum ne alius habeat vſumfructum ſed ipſe filius tantum vt poſsit inde feudo ſeruire. arg. infra, in qui. cau. bene. amit. §. beneficium. & in authentica vt lice. mat. & auiæ. §. j. col. ix. & ff. ſi certum petatur. l. cum quid. & de ſerui. l. ſi cui. Et ſic no. ℔ pater nullo modo debet habere vſumfructum feudi. arg. tamen contra eſt in hoc ca. ver. fructus. Iac. Bel. & quòd patri nihil acquiratur, patet ff. de minor. lege tertia. §. ſi quid filio. & argu. ff. de verborum obligatio. l. quod dicitur patrem. Arg. contra. C. de vſufru. l. fi. & facit c. vltimũ extra de iud. li. vj. ff. de le. iij. l. his verbis. in fi. Et in ſumma peculiũ aliud caſtrẽſe: Aliud paganicũ. Et paganicũ eſt duplex: Aliud ſolẽne vt ℔ ex publica cã quęritur, aliud vulgare & hoc eſt triplex: Quoddã ex laboribꝰ, quoddam ex beneficio fortunæ, vt theſaurus, & quoddã profectitiũ C. de inof. teſt. l. fi. & C. de aduoc. diuer. iud. l. fori. & dic vt *ibi no.* Et *no.* ℔ *filijfamil. poſſunt teſtari de equis* & armis etiam à patre conceſsis ſed *non poſſunt teſtari* de rebus *mobilibus* à patre conceſsis. vt C. fa. erciſcund. *lege ſi filius.*
7 † Item not. quod Galli & Britones poſſunt teſtari etiam de aduentitijs: quia ſecundum legem eorum non ſunt in ea poteſtate patris quæ inuenta eſt de iure Romano: ita quod iuregentium teſtari poſſunt quod eſt notandum: quia in Italia quæ eſt ſepultura eorum ſæpe moriuntur. iuxta nota. inſtitu. de patria poteſtate. ſuper verſiculo Romanorum. quæ gloſſa non eſt alibi. Neſcio tamen ſi dicit verum ℔ ſit ita de iure Francorum. Econtrario in ſclauis pro filijs qui ſeruis vtuntur. vt nota. in dicta gloſſa. &c.

ADDITIO.

a Domus. Not. ℔ appellatione domus non venit capana, ſic facit ad ſtatutum: nec etiam venit breuis caſa quam quis facit in aliquo loco cauſa lucrãdi: nec ſtabulũ. Vide elegantem tex. in l. lege Cornelia. §. domum. verſ. ad meritoria vel ſtabula. & ibi per Bar. Et vide tex. notabilẽ in l. ſenatus. §. j. ff. de legatis primo. vbi appellatione domus non venit domuncula. & ſic non continetur in ſtatuto loquẽte de domo. facit ℔ dicit notabiliter Bald. in l. non ſimpliciter. C. de ædil. actio. quod ſi ſtatutum loquitur de vulnere non habet locum in vulnuſculo quod nota perpetuò. Sed vide Bal. in l. j. §. de exercita. ff. nant. caupo. vbi appellatione nauis venit nauicula quòd ſi ſtatutum punit cõburentem domum habet locum in comburẽte domumculam. facit l. ſi ſcapham. ff. de euic. quod eſt notandum, an aũt appellatione domus veniat nauis. Vide tex. no. quod ſic. in l. pe. vel antepen. ff. de his qui deie. vel effu. quod eſt ſpeciale in illo edicto. & Bal. Vide in l. ea quæ. C. qũo & quando iudex. vbi dicit ℔ appellatione domus habitationis non venit hoſpitium. Et vide Bal. in l. j. C. qui teſta. fa. poſ. Et adde notabilem tex. in l. qui ſepulchra. C. de ſepul. vio. vbi ſepulchrũ appellatur domus mortuorum. & ſic appellatione domus venit ſepulchrum. Vide quæ dixi in rubrica de religioſis do. Et vide quod no. Angel. in l. j. ff. de tigno iniũc. vbi dicit quod illud quod diſponitur in illa l. habet locũ in ca. panis. Vide c. ſuſpectũ. de homici. coniuncto dicto domini Cardi. ℔ appellatione domus monachorum venit grãgia. in c. c. circa finem. ibi: Item not. quod Galli & Britones. nota ſingulariter quòd filij Gallorum & Britonum poſſunt teſtari. & ſic limita l. qui in poteſtate. ff. de teſta. Andre. Barba.

De inueſtitura quam Titius recepit à Sempro. Rub.

TItius à Sempronio. Caſus. marit⁹ nõ ſuccedit in beneficio vxori ea mortua ſine hærede h. d. ℔ habet vir habet vxor. & ecõtrario nõ propriè ſed ĩproprię. C. de fur. l. aduerſus. in gl. & ita ſumitur in illo legato &c. dominã & dominatricẽ. *In dotẽ.* domino cõſentiẽte aliàs non põt: vt ſ. qualiter olim feu.

alie$_{R}$.

Source : BIU Cujas

alie.pot.§.donare.& facit ſ.an ma.ſucced.vxo.in beneficio.cap.j.ſed videtur q̃ quando ſeipſam dotat præſertim ſi non habet alium de vnde n ubat q̃ poſsit:quia dos eſt ꝑ prium patrimonium eius:vt ff.de mino.l.iij.§.ſed vtrum & C.de iure do.l.in rebus.q̃ eſt verius.vt extra de foro cõ pe.capitu.ex parte b.niſi localis conſuetudo prohibeat ſe cundum Iacob.de Are.ar.ad hoc .ff.ad munici.l.Lucius. §.pe.& q̃ no.in l.ſecunda.C.de mulie.& in quo loco.libro decimo. Vltimò not.in iſto capitulo q̃ deficere dicuntur liberi etiã ſi non naſcantur.

De vaſallo decrepitæ ætatis. Rub.

An poſsit renuntiari in manibus non domini, puta filij ſui cum pater viuit vel vxoris ſuæ.dicit Ioan.And. de his quæ fiunt à maio.par.ca.in c.ex ore.quòd non valet renũ
a tiatio[a] facta in manu nõ ſui iudicis in nouel.ergo à ſimili. Item hîc:quia mutua obligatio adhuc ſupereſt cum vaſallum abſoluere non poſsit.C.de acquiren. poſ.l.ex liberis. & vide infrà,qualiter feu.olim po.alie.c.j. Et in hoc titulo devaſallo decrepitę ętatis.c.j.dic q̃ valet renũtiatio ſi domi nus ratificat.ar.C.de pact.l.poſtquã liti & ar.C.qui admit. ad bono.poſ.l.j,ij.reſponſo.& C.de repu. hęre.l.ſicut.&.ff.
b de acquiren.hæred.in.l.plurimum.per Accurſium.[b]

ADDITIONES.

a Renũtiatio. An renuntiatio facta in manibus nõ domini valeat. Vide c.q̃ in dubijs.& c.dilecti filij.de renun.And.Barb.

b Per Acc.ar.q̃ non valeat.ff.de acqui.poſ.l.peregrè.§.ſi.quia nuda volũtate non perditur dominium,quod eſt verius,ſed poſſeſsio etiam corporalis perditur ſolo animo,nã qui dicit ſe tradere alteri vacuã poſ ſeſsionẽ ſolo verbo deſinit habere veram poſſeſsionẽ aſinina ſua de tentio.C.de acquir.poſ.l.licet.

1 ☞ *Renuntiatio ſimplex eſt alia,& alia cauſa permutandi.*
2 *Surrogatum aſſumit aliquando priſtinam qualitatem.*

QVidam vaſallus Si vaſal l[o] decre pitæ ætatis feudũ refutauerit vt filij inue ſtiãtur & inueſtiti ſunt poſteà altero filio rum decendente poſt inueſtituram fratre ſuperſtite & ſine hærede frater ſibi ſucce dit.& non reuertitur ad dominum:quia feudum adhuc pa ternum dicitur & nouum.De *eodem beneficio*.ſcilicet tanquam de paterno & non tanquam de nouo.& dic vt nota. in vltima gloſſa,in ſolutione cõtrarij.Pet.de Cer.*Inueſtiret*. Vigor iſtius pacti operatur vt videtur feudum paternum & hoc patet ex verbo eodem. Nam ſi eſt idem ergo adhuc remanet paternum:quia dictio idem,adhuc eandem ſub ſtantiam ſignificat,licet ſit adiecta noua qualitas.*Paternum eſſe*.Et ideò frater fratri ſuccedit tanquam agnatus. Oppo nitur infrà,de eo qui finem fecit agnatis. Solu. vt hîc. & ibi aduerbium tanquam,ſoluit contrarium.ff. de adopti. l.ſi pater.§.qui duos.Nam hîc vt tanquam de paterno ibi
1 vt tanquam de nouo.† Et nota ſimile de renuntiatione beneficiorum:quia aliud eſt renuntiare ſimpliciter,& aliud eſt renuntiare animo permutandi.Prætereà hic eſt virtus ſurrogationis:vt ff.de donationibus inter virum & vxo.ſi donare.§.ſi ſpõſus.& ff.de cõdi.& demõ.l.filiæ.§.à Titia. Nã ſurrogatum aſſumit ſibi priſtinam qualitatẽ.ar.ff.de lega.ij.l.idem ſeruandum.& ff.ſi quis cau.l.ſi eum.§.qui in iuriarum.& facit iſtud c.ad not.ff.de pecu.l.peculium.§.ſi creditor. & ff.de impen.in reb.do.factis.l. quod dicitur. ſecundum Iacob.Bel.impropriè allegat:qa ibi res in eodẽ ſtatu manet.hic autem non põt negari quin per renuntia tionem interueniat quædam alteratio.ar.ff.loca.l.cum in plures.§.lege dicta.& ff.de prœto.ſtipu.l.Valerian[o].ff.iudi. ſolu.l.apud Sempronium.quæ leges in ratione ſui facie bant dubium in iſto capitulo tum propter nouitatem in
2 ueſtituræ,tum propter nouitatem perſonarum. † In gloſſa paternum.nota quòd exiſta gloſſa renuntiatio non nocet agnatis. Et ſcias quòd in quibuſdã libris antiquis hîc erat tale capitulum ſi aliquis feudum habuerit & aliquod con uentum aut refutationem fecerit domino aut alteri perſo næ,quod vel quæ nocere videatur ei qui in feudum ſucce dere debeat,tale cõuentum aut refutatio ei qui in feudum ſuccedere debet nõ nocet. Excipimus patrem qui feudum acquiſiuerat,niſi in odium filiſ vel nepotis fecerit. Ita ha beo in libro meo:ſed quia communiter non habetur,apo criphum eſt,tamen notabile eſt.

De inueſtitura in maritum facta. Rub.

1 ☞ *Dominus an poſsit eſſe iudex in cauſa feudi.*
2 *Iuriſdictio alia eſt ordinaria ſpecialis,alia generalis.*
3 *Quid autem in poſſeſsorio.& nu.4.*
5 *Poſteà ſubdit quandam diſtinctionem ſuper materia iuriſdictionis feudorum quæ eſt utilis.*
6 *Iuriſdictio domini an poſsit prorogari in alium per uaſallos.*
8 *Arbitri ad quid eligantur cum eorum ſententia non teneat.*
9 *Sententia ſucceſſoris quando ueniat ſi litigatores elegerint præceſſorem qui mortuus eſt.*
10 *Compromiſſum ſi factum ſit in duos,an iudex poſsit eligere tertiũ.*
11 *An autem commiſſarij poſsint ſe inuicem requirere.*

VAſallus. Diuide capitulũ in tres partes. Primò corã quibus dirimitur contentio orta inter maritum filiæ vaſalli & agnatum vaſalli. Secundò à quo,& qualiter fieri debet probatio orta controuerſia inter dominum & agnatos defuncti. Tertiò orta controuerſia inter vaſallos corã quib[9] ſit dirimenda. Secunda in §.Itẽ placet. Tertia in §.illud.caſus vſque ad §.item placet. Si contentio eſt inter maritum filiæ vaſalli & agnatum de beneficio an ſit paternum vel nouum quomodo dirimi debet coram iudice ordinario vel arbitro, non coram domino vel eius curia.hoc dicit.Caſus. Moriẽte vaſallo ſuperſtite filia tantùm quæ non ſuccedit in feudo,& illa maritum accipiente dominus feudi inueſtiuit maritum illius filiæ de feudo prædicto,vel parte eius,agnati proximiores dicunt inueſtiturã non tenere:maritus dicit tenere quia nouum: quis erit iudex. Reſpondetur quòd ordinarius loci vel arbiter de commnni concordia partium electi, & non dominus
1 feudi.hoc dicit.not.caſum Sed videtur mirum quia† quęſtio feudi debet decidi per dominum feudi tam de iure ciuili: vt infrà de prohibita feud. alienatio. per Federicum.capitulo primo.§.penultimo, quàm de iure canonico vt extrà de iudicijs.capitu.cæterum.& capit.nouit. Solu.ibi conſtabat illos litigantes aliàs eſſe vaſallos:hîc non conſtabat de aliquo q̃ eſſet vaſallus,ſed de hoc lis erat:& ideo ſub iudice eſſe debet:quia vbicũq; dubitatur an alius præter ordinariũ ſit iudex ibi ad ordinariũ recurrendũ eſt: vt C.de iur.om.iud.l.nemo.& ita tenet Pet.de Cer.ſed con trà ſtatim opponit,nã citat[9] ſtatim debet cõparere vt ſum matim inquiratur de iuriſdictione:vt ff.ſi qs in ius voc.nõ ier.l.ex quocũq;.quod & not.Inn.extrà de reſcri.c.ſup literis.gl.hoc mirabiliter ſoluit & dicit q̃ illa iura debẽt in
a telligi[a] qñ qs citatur corã ordinario gñali.Sed qñ eſt ordi narius ſingularis vel inter paucos,ſicut eſt dñs feudi vel curia dñi nõ tenetur citatus cõparere niſi verè ſit iuriſdictio citãtis.& hoc dictũ nõ reperitur alibi.ſed Pet.de Cer. dicit q̃ hic cõſtabat de nõ iuriſdictione qa erat dubiũ an eſſent vaſalli & erat poſsibile q̃ neuter erat vaſall[9].& no.etiã aliquid addẽdo gloſſam q̃ aut loq̃mur *in delegato*: & dic vt not.in d.l.ex quacũq;.Aut in ordinario gñali & ſimiliter dic vt ibi.Aut in ordinario ſpeciali:vel in certas pſonas,&
2 tũc dic vt no.† Et ſic not.q̃ eſt reperire iuriſdictionẽ ordinariã gñalẽ & ſpecialẽ inter *aliquas* pſonas, ergo ſi appellabitur erit appellãdũ tanquã à ſnĩa lata per ordinarium.
3 † Sed nũquid in poſſeſſorio dñs feudi ſit iudex ita vt de neceſsitate ſit adeũdus ſicut in petitorio.dic q̃ nõ,ſi nõ comeditur de fundo:ſed ſimplici poſſeſsiõe:vt no.Ber.in d.c.cę

Source : BIU Cujas

terum.allegatur.c.ex parte b.de foro cõpe.& ſimile ℔ no. in c.diſpẽdioſam.de iudic.Inde ar.cõtra.C.de iudi.l.nulli. & C.ſi à nõ cõpe.iudi.l.ſi de proprietate.ff de quibus reb⁹ ad eũdẽ iudi.ea.l.prima.Sed aliud eſt in feudis propter naturam anomalam iuriſdictionis feudorũ que ſuis finibus eſt cõtenta.Adde dicit Innocentius quòd ſi vaſallus neget feudum,hæc quæſtio tanquam præiudicialis eſt coram iudice terminanda.Idem ait ℔ ſi dominus ſpoliauit vaſallũ conuenietur dominus coram paribus.Tu dic coram ordinario iudice: quia non agitur conditione ex lege feudi,ſed conditione ex lege ſi quis tantam.Nam vt ipſe Inno.elegãter ait quoties agitur alia via quàm ex lege feudorum, vel ad alium effectum quàm ſimplicis feudi,ordinarius eſt adeundus vt ipſe notat in dicto capitulo cæterum.Et ad quem appelletur à ſententia lata in cauſis feudalibus dic vt
4 ibi notat.per Innocentium, in nouel. †Idem ait quòd ille ℞
b qui eſt dominus non ſolum ratione feudi ſed ratione iuriſ-
5 dictionis cognoſcit tanquã inter ſuos ſubditos,bſiue conſtet quòd ſint vaſalli,ſiue non,quod verum eſt.†de'propria autem cauſa non cognoſcit.puta an ipſe dominus vim intulerit necne:vt ff.de iuriſ.om.iu.l.qui iuriſdictioni.& ff. de arb.lege penultima.& C.ne quis in ſua cau lege prima. niſi eſſet imperator vel Rex Francorum qui non recognoſcunt ſuperiorem.vt C.de his quę in teſt.delen.l.proximè. Certè & ſi quis recognoſcatur ſuperiorem tamen poteſt in ſuis cauſis cõſtituere iudicem ordinarium.verbi gratia, Statutum eſt in ciuitate Perufiæ quòd iudex portæ Suſannę ſit iudex ordinarius in quibuſcunque cauſis vertẽtibus inter commune & fiſcum & priuatas perſonas.hoc dicit gloſſa ordinaria.C.de ſententijs quæ ſine certa quan-
6 titate.lege ſecunda per Accur.† Et nota quòd circa iſtam materiam iuriſdictionis in cauſis feudorum ad ſolutionẽ multorum contrariorum Ia.Bel.ſic diſtinguit.Aut eſt cõtentio inter eos qui propriè dicuntur capitanei vt Duces, Comites,& ſimiles,& tunc Imperator eſt iudex.vt ſuprà, apud quem vel quos.capitul.primo.vt infrà de le.Cor.cap. primo.Aut eſt contentio inter alios vaſallos,tunc aut conſtat vtrumque vaſallum eiuſdem domini fore.quia ipſi & domini⁹ cõfitentur:ſed eſt contentio de aliqua parte feudi vel de aliquo feudo,ſed non de toto feudo alicuius,vel eſt fortè de finibus feudi,tunc dominus eſt iudex.vt cap.imperialem.§.prętereà.de prohibita feudi alienatione.per Federicum.aut conſtat vnum eſſe vaſallum de feudo aliquo de quo non eſt quæſtio:& quęſtio non eſt alio feudo tunc pares erunt iudices:vt ſuprà,apud quem vel quos.c.j.ij.reſpõſo.vt infrà de le.Cor.c.j.ij.reſpõſo.aut dubium eſt qs eorũ ſit vaſallus,& prętẽdũt ambo inueſtiturã ab eodẽ dño:tũc aut cõtentio eſt inter eos quorũ vterq; ſuũ propriũ feudũ eſſe dicit,tunc iudex vel arbiter cognoſcit.vt infrà de le. Cor.c.ij.aut inter eos quorũ vterq; dicit ãtiquũ tũc cognoſcit dñs cũ curia vt hic. Aut cõtẽtio eſt iter eos quorũ alter dicit antiquũ alter nouũ & ℔priũ.tũc iure antiquo iudex ordinarius,vel arbiter cognoſcit vt hìc c.ij.in prin.hodie verò pares curiæ,vt infrà,an apud iudicem,vel curiã.c.j. Aut contentio eſt inter ſecũdos qui producũt diuerſos inueſtitores:tũc iudex,vel arbiter cognoſcit.vt infrà,de leg. Cor.c.ij.in prin.Aut cõtentio inter vaſallũ & aliũ quẽ cõſtat nõ eſſe vaſallũ,tũc iudex ordinari⁹ recognoſcit,vi infrà de cõtro.inter vaſal.& aliũ de bene.c.j.Aut eſt cõtẽtio inter vaſallũ & domi.tũc pares cognoſcũt.vt infrà tit.j.&
7 hoc etiã notaui apud quem vel quos.c.j.Ia.Bel.†Quęro qñ iuriſdictio cõpetit dño,vtrũ vaſalli poſſint ℔progare iuriſdictionẽ in aliũ.gl. format iſtã quęſtionẽ infrà,de ℔phi.feu. alie.per Fed.in c.j.§ prętereà ſuper feudo.& finaliter dicit poſſe,ſi ſcienter prorogant ſicut in alijs cauſis.ff.de iudi.l. j.Bar.dicit cõtrariũ.ff.de no.ope.nũtia.l.j.§.& poſt operis. & hoc videtur probari apertè:qa talis iuriſdictio videtur atributa fauore ipſius iudicis,nõ fauore publico,vel partirs rgo partes nõ poſſũt renũtiare quinimò certa ſciẽtia arguit dolũ.ſed pro gl.facit qa poſſunt cõpromittere, ergo ℔progare:tu dic dño ℔phibẽte nõ poſſe,idẽ ſi ignorãte.ar.ff. de procur.l.filius.§.inuitus.ſed eo ſciẽte,& tacẽte ualet prę rogatiua.ar.ff.de vſufr.lega.l.heres.Sed hæc diſtinctio videtur nulla qa iuriſdictio quã habet dñs nõ reddit iudiciũ ordinarij nullum niſi obijciatur exceptio declinatoria fori.vt extrà de fo.cõpe.c.ex parte b.ergo opi.gl.vera.dic
8 vt dicã in d.§.prætereà.†Quæro ad quid eliguntur arbitri cũ eorũ ſententia non teneat vt C.de arbi.l.j.Reſpondeo, credo ſnĩam nõ tenere:quia eligũtur ex diſpoſitione cõſuetudinis.†Sed pone duo dñi magni litigãtes de quibuſdã caſtris poſuerunt ſe in manibus Regis Francorũ ſub nomine
9 appellatiuo deceſſit Rex Francorũ,ſucceſſor tulit ſentẽtiã quærebatur an eius ſentẽtia valeret.dicebatur ℔ ſic:qa vi debatur ei⁹ iuriſdictio prorogata.no.ff.de iud.l.j.Itẽ ſub nomine appellatiuo,& ſic etiã ſi eſſet arbiter trãſibat ad ſucceſſores.In contrariũ allegabatur ℔ no.Bar.de vul.ſubſti. l,qui liberis.§. hæc verba.& Io.An.in c.vno delegatorum. de offi.deleg.in nouel.Hoſt.dicit ℔ preſumitur potius elect⁹ vt arbitrator:quẽ ſequitur Ioa.And.in c. innotuit.de arbi.in nouel.℔.veri⁹ credo cõſiderata qualitate ꝑſonę in quã factũ fuit cõpromiſſum:qa nõ eſt veriſimile ℔ partes voluerint eũ arctare ad aliquẽ ordinẽ iudiciarium,ſed ſolũ vt de pleno ſola veritate inſpecta faceret ℔ decet tãtã coronã, ℞ nec puto ad ſucceſſorẽ tranſmitti:qa in nomine appellatiuo nõ conſiſtit finalis ratio cõpromiſſi,ſed in explorata eius induſtria,fide ac grauitate non aliter ſe cõpromiſſurũ in eum niſi pro ſapientia,ac luce dignitatis ſuæ.vt ff.de offic. præfec.præto,l.j.§.his cunabulis.& ideò videbatur mihi commiſſionem morte expiraſſe.ar.ff.de leg.ij.l.ſi au-
10 guſtè.Sed hìc ab extrà dubitatur ſi compromiſſum eſt in duos tanquãm arbitratores,& diſcordãt,vtrùm iudex debeat eligere tertium.Et pridie de facto reſponſum fuit per quoſdam ſapientes quòd non:quia arbitratores redigũtur ad inſtar proxenetarum.vt ff.de arbi.l.ſi de meis.§.recepiſſe.Et certum eſt ℔ in proxenetis non eſt tractãdũ de ele-
c ctione tertij:& credo eos prudenter dixiſſe.c& ſicut proxenetæ tenentur alloqui partes & habere tractatum in eis,ſic in arbitratoribus dicẽdũ videtur.vnde licet propriè non citent tamen extra iudicium ſe debent cum partibus informare.& dicit Inn.quòd nõ ſolum in iudicio,ſed etiam extra iudiciũ debet citari is cuius intereſt:vt refert Io.An.extrà de appel.c.ex ratione.in nouella.& de hoc no.Bar.poſt
d Pe.ff.de verb.obliga.l.ſi quis arbitrator.d Et quia quidam arbitrator laudauit ex abrupto parte non requiſita,nec audita in contrario iudicio.ideò fuit pronuntiatum laudum eſſe nullum.facit ff.de ædil.edicto.lege quòd ſi nolit. §.ſi quid ita.imò dicit Bartolus quòd ibi eſt caſus.alij dicunt quod non eſt neceſſaria citatio nec aliquis ordo. iuxta notata per Innocentium extra de iureiurando. in
11 capitulo quintauallis. † Vtrum autem compromiſſarij poſſint ſe inuicem requirere. Vide quod notat Bartolus ff.ad Trebellia.lege hæredes mei.§.finali. *Examen declinare.* ſcilicet ratione ſuſpicionis:ſed bene poteſt declinare ratione nõ iuriſdictionis,ſiue iudicis in cõpetentis,ſed nec hoc debet facere de honeſtate:vt not.hìc & infrà,de proh.feu. alie.per Fed.capit.primo.§.prętereà ſi inter duos.& ideò refert ſub qua forma declinatur,quia forma ſuſpicionis non eſt permiſſa,ſed forma nõ reddendæ iuriſdictionis in inuitũ eſt ℔miſſa poſt ſuprà dicta in præcedenti reſpõſo. Vel dic,℔ prorogare põt iuriſdictionem curiæ.hoc intendit.Adde ſimile quod curia decurionũ cognoſcit an quis deſit decurio.C.de decu.l.quoties.lib.decimo & in aut.de quæſti.§.ſi verò forſan.& dicitur ibi ℔ nõ põt declinare.

ADDITIONES.

a Intelligi.No.peregrinam ac ſingularẽ limitationẽ ad l.ex quacũqi: ff.ſi quis in ius vocatus non ierit.Et vide textum mirabilem ſecundùm Anton.in l.non tantam.§. Senatuſconſulto,ff.de fideicõmiſsis libert. vbi ſi non agitur de incommodo citati ſemper poteſt citari & à iudice non ſuo,& tenetur coram eo comparere,quod eſt ſingulariter notandũ.Et vide eundem in l.j.§.hæc ſtipulatio.ff.ſi cui plus quàm per legẽ Falcidiam.vbi ſi citatur clericus creditor in confectione inuentarij debitoris coram iudice laico tenetur comparere,quod eſt not.dignum vltra ea quę tanguntur in cap.ſub literis.de reſcripti.& cap.prætereà. de dilationibus.& in dicta lege ex quacunque. Et tene menti quod ſi pronuntiatur quod quis eſt iudex,licet non ſit tamẽ tenetur cõparere citatus

Source : BIU Cujas

citatus.ita singulariter tenet Lap.in cap.j.de rescript.libro vj.& not.in prælleg.ca.super literis.de rescrip.Et Innocen.dixit singulariter in dicto cap.præterea.quòd si proceditur contra cõtumacem tunc licet habeat aliquam exceptionem declinatoriam fori cui poterat renuntiari non auditur postea illam obijciens:quia contumacia repræsentat eum præsentem consentientem.quod est not.dignum. Et vide gloss.ca. accusatus.§.sanus.de hære.in vj.quæ dicit quòd l.si quis ex aliena.loquitur in ordinario & pro intellectu huius glossæ vide dominum Cardi. in cap.super literis.

b Subditos. Not.quia istud videtur verum quo ad subditum, sed quo ad non subditum mihi videtur quòd non procedat,imò debet adiri superior ipsius per id quod voluit Cyn. in l.si procurator.C.de edend. & quod not.in c.Imperialem.in §.præterea.eo.l.iij.de prohi.alie.feu. dixi in c.nouit.de iudic.Andr.Barba.

c Dixisse. Vide do.Abb.in c.suspicionis.de offi.deleg. vbi allegat istud dictum ego non teneo ibi. And.Barba.

d Arbitratu. Vide do.meum in d.l.si quis arbitratu. & ibi nihil dixit: sed dixit in ca.quintauallis.de iure.And.Barba.

De controuersia feudi apud pares terminanda. Rubr.

1 ☞ *Scholaris non debet haberi pro scholari si non uult iurare rectori.*
2 *Iuramentum an ualidet renuntiationem generalem quæ de iure non tenet.*
3 *Pares curtis an possint recognoscere per uiam reconuentionis.*
4 *Quid si uasallus sit clericus.*
5 *Reconuenirian possint pauperes si per statutum sint eis certi iudices dati.*
6 *Reconuentio autem quando habeat locum.*
7 *Remitti si petat percussor accusatus coram capitaneo ad potestatem quid iuris.*
8 *Exceptio litis pendentiæ est dilatoria.*

SI inter dominum. Casus. Si contentio est inter dominum & vasallum de feudo,pares curtis cognoscunt.Et aut consentiunt dominus & vasallus in eligendis paribus:tunc hi quos elegerint erunt iudices.Aut dissentiunt, & tũc dominus primò eliget vnum vel plures ex paribus quos voluerit.secundò vasallus eligere poterit secundum nnmerum à domino approbatum Vltimò est sciendum quòd qui fidelitatem dño nõ iurauerit nõ est eligẽdus pro pari altero dissentiẽte.h.d. *Contentio.* hoc est litigiosa dubitatio.*Per pares.* id est,alios vasallos.*Illius dominus.* id est,domini.Iacob.*Dirimetur.* sub hoc versi.totus processus includitur.vt C.si contra ius vel vtilitat. publi.l.si non cognitio.Econtrariò habes.ff.de procurator.l.qui procuratorem dat.& ratio est,quia continentia iudicij non debet diuidi.vt C.de iudi.l.nulli.*Consentiant.* Not.quòd inter cõsentientes nullæ sunt partes iudicis in disceptando.ff.qui satisdare cogantur.l.de die.in principio.ff.de no.ope.nunc. l.j.§.& post operis.ff.famil.erciscund.l.fi.*Prius.* Not.quòd ille debet prius votũ suum deponere qui dignior est,vnde in ecclesiastico legitur loquere maior natu.te ergo decet pri-
1 mum verbum.*Secundum †numerum.* No.de proportione numeri.*Non iurauit.* No.optimum arg.quòd scholaris qui non
a vult iurare rectori non debet haberi pro scholari a facit extrà de consti.ca.ex literis.& quod not.ff.de eden.l.quædam. §.nummularios.& C.de of.magi.mil.l.eos.& l.penul.ff.ex quibus cau.maio.Not.in isto ca.electionem iudicis partib⁹ committi.sed dominum in eligendo numerum vasallo præferri:quia potest eligere vnum vel plures.Oppo.ff.de iudi.l. obseruandum.Sol.hic loquitur in iudicibus taxatis à iure & habentibus ordinariam iurisdictionem.vt no.suprà,titu. j.in vlti.gloss.Item not.hic qualitatem seruandam in numero iudicũ.facit de temp.in integ.resti.petendę.& C.de fruct. & lit.expen.l.fina.Item not.quòd dominus & vasallus possunt eligere iudices sibi fauorabiles,& propitios simile.C.ne filius pro patre.authentica habita.gloss.hic tangit tria.primò iudicem quem postulauerit aduersarius dandum non esse.secundò quod licitum est ex consensu quod aliàs non licet.& ista est via brocardica.quædam enim sunt fauorabiliora quædam odiosa,quædam neutra.& dic vt no.in auth. vt sine prohi.ma.debi.& credi.§. quia verò.cum similibus.
2 † Et an iuramentum validet renuntiationes generales quæ de iuri communi non valent.dic vt no.in c.fi.de commoda to.in nouella dicas quod nõ:quia renuntiatio generalis nõ
b inducit consensum.bff.de transac.l.cum aliena.† Tertiò tan
3 git hîc gl.vnam notabilem quæstionem,videlicet vtrum pares curtis possint cognoscere per viam reconuentionis de causis non feudalibus.& videtur quod non,quia iurisdictio eorum habet fines limitatos:& de iure specialitatis iurisdictio est concessa,quod quidem non videtur prorogabile:qa priuilegia taxata non recipiunt extensionem.Sed cõtrariũ determinat gloss. per regulam generalem,cum Papi.& aut. & cõsequẽter.C.de sen.& interlo.om.iud.Sed sup hoc dic, quod aut reconuentio continet aliquid quod dependet à feudo,& tunc non est dubium:quia ad eundem iudicem remitti debet,vt ff.de quibus rebus ad eundem iudi.ca.l.prima.Aut aliquid omninò extraneum:& tunc non fit remissio ad eundem iudicem ex illo titulo de quibus rebus de cuius tituli intellectu ponit Inn.extrà de cõsti.c.cũm M.Ferra. sed ex natura conuentionis,& reconuentionis.Iure enim antiquo erat permissa tantum coram iudice partium,qui aliquam habebat iurisdictionem sed non tantum ascensiuè, vel descẽsiuè vt ff.de iurisd.om.iud.l.si idem.cum eodem §. sed si mutuè.Sed de iure nouissimo est ampliatũ,quinimò etiam coram delegato ad vnam causam habet locum.vt ex-
4 trà de rescrip.c.*dispendia.*§.rens.lib.vj.† Extrà quæro de aliquibus nunquid si vasallus est clericus pares erunt eius iudices.Respondeo sic propter naturam causę.Nam natura trahit ad se personam non persona naturam:& potest consuetudo generalis cõferre istam iurisdictionem etiam in clericos, secus esset in consuetudine speciali vt extrà de consti. capitulo ecclesia sanctæ Mar.ad hoc facit quod no. Guli.de Cuneo C.de episc.& clericus.lege aut clericus. Ad hoc facit ꝙ not.in c.ꝙ clericis.de fo.cõpe.in nouel.Et probatur tali ratione,quia consuetudo generalis feudorum potest disponere:& disponit de iure feudorum ergo & de iudicio,& iurisdictione.Alij dicunt contrà per c.si diligenti.de fo. com
5 pe.† Secundò quæro:pone quod pauperibus per statutum ciuitatis sunt deputati certi iudices qui habebant cognoscere de causis ipsorum pauperum agentium.modò quæro vtrum si pauperes agunt coram ipsis iudicibus possunt reconueniri.& gl.ista potest induci quod sic.nam iniquum esset quòd non seruaretur ęqualitas:vt C. de fructibus & litium expensis.lege fina. & C.de proximis sacrorum scriniorum. l.in sacris.lib.xij.Item est ista gl.in argumen.ꝙ clericus ciuiliter agens coram iudice seculari posit ibidem reconueniri,sicut econtrariò laicus agens coram Episcopo potest reconueniri ibidẽ.Ad idem inducitur talis ratio:clericus agẽs corã iudicẽ seculari cõtra laicũ in ipsa causa cõuentionis,facit iudicẽ laicum iudicẽ suum. ergo quod põt actio,potest reconuentio.hæc ratio est Io.And.in c.at si clerici.in nouel. Hæc quæstio nõ est dubia in iure ciuili quia est tex.in auth. de sanc.Epi.§.reuerendissimi.colla.ix.& hoc si agatur de testamẽto,vel cõtractu,vel de dominio alicuius rei,sec⁹ si agatur de iniuria.nam nullus priuilegiatus agens de iniuria potest reconueniri coram alio non suo iudice.vt est tex.no ff. de iudi.l.ij.§.sed si agant.Idem si de furto,vel alio maleficio vt ibi patet.In ista quæstione sunt variæ opiniones quas exa
6 minaui in auth.& cõsequenter dic vt ibi in lect.mea. † Ad de quòd reconuentio habet locum solum in *his*,quæ requirunt disceptationem iudicij.Sed vbi propriè non est iudicium vt cum petitur testamentum aperiri *vel* insinuari & similia:quia petens insinuationem *non dicitur* agere,sed intimare.vt C.de testamentis.l.omnium.Item vbi periculum est in mora.vt ff.de iudi.l.sed si restituatur.& facit ad id qđ dixi de insinuatione quod notat Cyn C.qui admit.ad bon. poss.l.fi.non habet locum reconuentio.Item non habet locum post sententiam:*quia ibi* non est cognoscere,sed cogni
7 tum esse vt dixi in *dicta* authen. † Vltimò extrà quæritur de tali quæstione, accusaui percussorem coram potestate

Source : BIU Cujas

auxiliatorem coram capitaneo: petit auxiliator remitti ad poteſtatem propter cauſæ connexitatem, vel econtrà reus petit remitti ad capitaneum vt cognoſcat pariter de vtraq;. quæritur quid iuris, videlicet an titulus ille de quibus cauſis ad eundem iudicem eatur. habeat locum in cauſa criminali quo ad remiſsionem perſonarum. Item in alio exẽplo intuli alicui duo vulnera eodem loco & tempore, & in eadẽ rixa accuſor de vno coram poteſtate, de alio coram capitaneo peto me remitti ad eundem iudicem: quæritur quid iuris, & an ſit electio rei vel actoris ad quem remittatur: an autem debeat remitti præciſè ad eundem iudicem qui prius incepit cognoſcere. quod vltimum puto verũ ne iudiciũ diuerſitatis perplexitatem inducat. arg. C. de ac. l. qui de crimine. & C. de aſſer. tol. l. j. in fi. vel dic exceptio proceſſus pẽdẽtis non obſtat iuriſdictioni, niſi vbi obſtat exceptio rei iudi. ipſi actioni. vt ff. de exceptio. l. fundi. & l. fundum. Et adde quod notatur ff. de accuſa. l. ſicui. §. fin. Et no. hãc regulam ꝙ exceptio perplexitatis impedit proceſſum iudicum. quod
8 no. in c. per hoc. de hæret. lib. vj. †Et exceptio proceſſus pendentis, & ſuſpendentis eſt exceptio interim pluſquam dilatoria minus per empto. & impedit proceſſum cuius ſuſpẽſionem inducit. & facit ff. de inoffi. teſta. l. pater filium.

ADDITIONES.

a Scholari. Vide tex. in c. cũ in eccleſijs. de maio. & obe. vbi monachus qui non vult obedire priori poteſt priuari conſortio fratrũ. And. Bar.

b Conſenſum. No. iuramentum non validare renunciationes generales quæ aliàs erant inualidæ de iure communi, ſed mirum eſt hoc cum iuramentum habet virtutem clauſulæ ſpecificatæ. vt l. cum pater. §. filijs matrem. de leg. ij. qui tex. eſt ſingu. Item habet virtutem ſi non valet vt ago valet vt valere poteſt. l. ſi quis maior. C. de tranſac. quem tex. teneas meati: quia eſt ſingularis ſecundum Bar. And. Barba.

De eo qui ſibi & hæredibus ſuis maſculis, & fœminis inueſtituram accepit. Rubri.

1 ☞ *Feudum acceptum pro ſe & pro hæredibus ſuis, uel pro ſe uel hæredibus ſuis non refert.*
2 *Deſcendere ex proprio corpore qui dicantur.*
3 *Feudum quando tranſeat ad omnes hæredes.*
4 *Maſculus in feudis excludit germanam ſuam.*
5 *Maſculus ſicut excludit in feudis cõſobrinas, an etiã excludat amitã.*
6 *Feudum ſi ſemel ad fœminam tranſiuit non poteſt ab ea amoueri propter caſum ſuperuenientem.*
7 *Hæres duobus modis dicitur hæreditatis & hæres ſanguinis.*

QVi ſibi. Diuide in duas partes. Primò an fœmina ſuccedat in feudo facta inueſtitura accipienti pro ſe & hæredibus ſuis maſculis, & fœminis ſuperſtite maſculo. Secundò an vaſallus debeat recognoſcere feudum per fœminam maſculo exiſtente. ſecunda pars incipit in §. nam & illud. Caſus Si vaſallus pro ſe & hæredibus ſuis maſculis, & his deficientibus fœminis inueſtituram accepit, fœmina non ſuccedit beneficio, quãdiu maſculus ſupereſt: quinimò nec debet vaſallus qui feudum à vaſallo recipit per fœminã recognoſcere ſi maſculus ſupereſt. h. d. vſque ad fi. Caſus. Titius accepit feudum pro ſe & hæredibus ſuis, ac pro fœminis in defectũ maſculorũ: deceſsit iſte Titius ſine hærede maſculo vna fœmina ſuperſtite quæ nupſit Seio, cui hoc feudũ in dotẽ dedit, & ex duob⁹ maſculis procreatis obijt vn⁹: demũ deceſsit iſtorũ maſculorũ, ſuperſtitibus duabus filiab⁹: alter verò deceſsit ſuperſtite vno filio maſculo, quæritur an maſculus ſuccedat in dicto feudo excluſis iſtis duabus fœminis. & videtur ꝙ nõ: quia fœminæ ingrediuntur gradũ paternũ. Cõtrarium fuit poſt magnam diſpoſitionem determinatum vnica ratione, quia non patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primò fuit de hoc feudo inueſtitutus, hoc dicit vſque ad §. nam illud. *Sibi uel*
1 *hæredibus.* †Not. quòd non refert vtrum iſta verba concipiantur pro ſe, vel ſuis hæredibus: quia dictio vel, quando ponitur inter hæredem contrahentem ponitur pro & ordine iuris ſeruato. tex. eſt hîc no. Adde alium caſum. ff. ſol. ma.
2 l. cuius. †Sed immediatè oppono. Nam ratio literæ videtur falſa: quia Titius non habet aliquem filium maſculum deſcendentẽ ex ſe, ſed filio filiæ, vt patet ex themate. Sed reſpondeo ſiue per maſculos, ſiue per fœminas naſcantur poſteri, dicuntur deſcendere ex corpore primi parentis. tex. eſt hîc notabilis. Sed ſtatim oppono, & fortius iſtud eſt feudũ fœmineum quod transfuſum eſt in fœminam. argument. de donatio. l. ſi auia. ergo ſuccedit fœmina patri ſuo in feudo auiæ. Sed reſpondeo, nego eſſe maternum quia imò eſt paternum licet ſit alteratum per pactum. & iſte eſt ſubtilis ſenſus huius literæ & ſic non curamus quo tramite feudum deſcendit, ſed quid ſit primum eius principium & prima radix & fundamentum. argument. contrà. ff. de acquirenda hęreditate. l. Paulus. §. final. ff. de publica. l. licitatio. §. mercatores. C. de donatio. l. ſi auia. C. de imponen. lucra. deſcri. l. prima. lib. x. & quod not. C. de ſecundis nupt. l. in quibus. ff. de legatis tertio. l. pater. §. quindecim. in quibus legibus probatur quòd medij ſucceſſores immutant rei qualitatem. Sed dicendum eſt, ꝙ aliud eſt in feudis, quæ ſemper reſpiciunt pri
3 mum ſtipitem & primum conſenſum domini. †Oppon. Iacob. de Beluiſ. quòd ad filiam debeat tranſire propter pactum appoſitum: vt ff. de verborum obligatio. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. Solut. hoc eſt ſpeciale in feudis. ſecus in aliſs negotijs ſpecialibus. Vel dic cum paciſcens prouidet hæredibus ſimpliciter, tunc tranſit ad omnes vt ibi. Fallit regula quando aliud eſt actum tacitè, vel expreſſè. vt ff. de verborũ ſignificatione. l. ſciendum. & ff. ad Trebel. l. ex facto. §. fin. & de alie. feud. capitulo & ſi clientulus. prima vera vt plenè dixi. C. de operis libertorum, lege liberti libertęq;. poſt Cynũ. Tamen Iacob. Aurelianus ſuper iſto capitulo talem poſuit poſt illam: qui ſtipulantur feudum ſibi & hęredibus ſuis: hęc verba iſtud operantur quòd hæredes debeant habere feudum iure expreſſæ conuentionis. & ſic non dicuntur habere iure ſucceſsionis. hoc eſt quod probatur ff. de verborum obligatio. ſtipulatio iſta habere licere. Iacobus Aurelianus.
4 †Et not. quod gloſſ. dicit quòd maſculus excludit germanam ſuam & loquitur ſecundùm vſum loquendi Lombardorum. Nam reuera germani propriè ſunt fratres carnales
5 non conſobrini, vel patrueles ſecundum Pet. de Cer. †Quærit gloſſ. nunquid ſicut iſte maſculus excludit conſobrinas ſuas ita excludet amitam poſito themate quòd filia Titij habuiſſet duas filias & vna earum viueret, alia eſſet mortua viuente maſculo. Et dicunt quidam quòd ſic pari ratione, ſed contrarium videtur, quia amita iam ſucceſsit in feudo. vnde non eſt quæſtio de feudo acquirendo, ſed de acquiſito retinẽdo. Et ideo dico quòd retinet partẽ ſuam quam acquiſiuit vt ff. de regulis iuris. l. id quod noſtrum. Quapropter litera videtur ſic intelligenda, quòd primò obijt ille maſculus qui reliquit maſculum, poſteà ille qui reliquit fœminas quas maſculus excludit in principio acquiſitionis. Sed iſta expoſitio non procedit: quia iſta amita fuiſſet excluſa per fratrem ſuum carnalem per rationem literæ. Dicit Iacobus de Beluiſio quòd ex quo ſemel fecit tranſitum ad fœminam ab eo cui iam infixum eſt, amoueri non debet propter ſuperuenientẽ cauſam naſcentis maſculi ex ſorore, quæ ſimiliter erat fœmina quod verum credo: quia natura dominiorum acquiſitorum eſt quòd ſit perpetua. vt C. de
6 probationibus. l. ſiue poſsidetis. †Et not. quod Iacobus de Beluiſ. videtur hîc concordare cum opinione Iacob. Aureliani. ſic dicens quòd ſi vaſallus accepit pro ſe & hæredibus ſuis deſcendentibus veniunt ex pacto propter hæreditatem defuncti, & non veniunt niſi ſint hęredes per ſe, vel per mediam perſonam: ideoq; agnati non ſuccedunt in feudo iſto niſi per hęreditariam viam. Et ideo eſt quia ita dicũt verba contractus; vnde differentia quæ fit inter filios, & agnatos, infrà an agnati, vel filij. capitu. primo. habet locum quãdo conceſſum eſt feudum ſimpliciter, ſecus ſi ſub hæreditario nomine: quia in eo non ſucceditur citra ius, & nomen hæredis: vt in authentica de non alienandis. §. emphyteu-

ſim

ſim. collatione ſecunda. ſecundum Iaco. de Bel. ipſe diceret verum ſi nomen hæres haberet ſignificare qualitatem ſucceſsionis, ſed in feudis ſignificat qualitatem ſucceſſoris. vnde in his, quæ hæreditario iure ſuccedere poſſunt concedi poteſt opinio Iaco. Sed in alijs hęredibus ſanguinis quos ad ſucceſsionem feudi non vocat hæreditas, ſed natura, nõ oportet quòd tales ſucceſſores habeant ius & nomen hæreditatis vt ibi dicam. arg. ff. de ope. liber. l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. Ad hoc facit. C. de priuile. eorũ qui in ſacro palatio militant. l. j. li. xij. vbi dũ dicit ipſo ordine ſanguinis peruenire.

7 † Quòd autem hæres dicatur duobus modis, ſcilicet hęres hæreditatis: & hæres ſanguinis notat Inno. extrà de iurepa. ſuper rubrica v bi videas. & no. q̃ iura ſanguinis attribuuntur cuilibet ſucceſſori pro virili: ſed iura hæreditaria pro hæreditaria portione, & iſte eſt intellectus & ratio dicti §. ſi liberi. iuxta no. ff. de condi. indebi. l. ſi non ſortem. §. libertus.

Namillud. Caſus: Quidam Comes habebat in feudũ quoddã caſtrum à Rege Frãciæ quod infeudauit Titio. deinde deceſsit iſte Comes duobus filijs relictis: demum deceſsit vnus filiorum relicta filia tantùm: alter verò deceſsit ſuperſtite filio maſculo, quęritur à quo iſte Titius debeat feudum recognoſcere: & an debeat facere fidelitatem fœminæ. Reſpondetur quòd facit fidelitatem maſculo: ita fuit iudicatum, licet alij dixerint debere fieri fidelitatem fœminę filiæ pro parte patris ſui. h. d. *Militi.* ſcilicet pro ſe & ſuis hęredibus maſculis & his deficientibus fœminis. *Quorum.* ſcilicet filiorum. *Miles.* ſcilicet inueſtitutus per feudũ. Dy. *Per fœminam.* id eſt à fœmina. *Alij.* ſcilicet ſapientes. Iaco. dicit ſcilicet & malè Dy. & not. hunc caſum, quia ſæpiſsime poteſt accidere. Sed ſi moritur poſteà iſte maſculus nũquid redit ad filiam fœminã. Reſpõ. alibi dicã.

De duobus fratribus à capitaneo inueſtitis. Rubrica.

1 ☞ *Ius accreſcendi an habeat locum in feudo poſteà acquiſito.*
2 *An autem habeat locum inter plures feudatarios.*
3 *Statutum ſi dicat quòd ſi quis tempore mortis caruerit filio, & filia, ſuccedat frater.*
4 *Quid ſi filio tantùm caret.*



Duo fratres. Caſus. Si duo fratres ſimul de nouo beneficio à capitaneo fuerint inueſtiti, vt quãdiu ipſi vel eorum hęredes maſculi viuerent: & maſculis deficientibus fœminæ feudum haberent: decedente poſteà vaſallo altero, ſi maſculus vel fœmina ex eo ſupereſt frater non ſuccedit: aliàs ſuccedit. hoc dicit: *Sine hæredibus.* Et
1 ſine filia etiam & deſcendentibus. † Et eſt arg. optimum hic quòd ius accreſcendi locum habet etiam in feudo poſt ius acquiſitum, & facit ff. de aſsig. lib. l. vtrum. & de his qui feu. da. poſ. §. cùm verò Corradus. & dic vt ibi Iaco. Belu.
2 † Sed quæritur nunquid inter feudatarios habet locum ius accreſcendi. Pone Rex dedit indiuiſè caſtrũ in feudum pluribus: vnus illorum committit feloniam, nunquid partem illius retrahit dominus ad ſe, an verò accreſcit feudatario. In quæſtione iſta ita diſtingue, quòd aut feudum eſt collatum ab Imperatore, vel Rege, aut ab alio. Si ab Imperatore, vel Rege puto quicquid alij ſentiant quòd ius accreſcendi vertetur inter confeudatarios, per l. primam. C. ſi ſoci. imperialis libera. ſine hæred. deceſ. libro decimo. & in his puto eſſe ius ſpeciale. Si autem ab alio feudum eſt collatum, cõtrarũ dico duabus rationibus, vna eſt quia in parte iam quæſita non habet locum ius accreſcendi. Alia quia ex contractibus habitis inter viuos non habet locum ius accreſcendi. quod eſt multum notabile. vt ff. de de verborum obligationibus. l. ſi mihi, & Titio. Iacob. Aure. † Et nota quòd ius
3 accreſcendi eſt eodẽ iure aliquid accreſcere, nec eſt neceſſaria noua agnitio: ſecus in iure alterius deuolutionis. vt ff. de bonorum poſſeſsione. l. ſed cum patrono. & ff. de acquirenda hæreditate. l. ſi ſolus. Caſus. Conceſſum fuit feudũ duob⁹ fratribus: puta Titio, & Seio, hoc pacto appoſito quòd quandiu ipſi, vel eorum hæredes maſculi viuerent, maſculi haberent, & ſi deficerent maſculi fœminæ ſuccederent: deceſsit Titius relicta vna filia fœmina nomine Berta, ſuperſtite Seio. quæſtio eſt de parte Titij, vtrum pertineat ad filiam eius an Seio. Reſpondeo, quòd ad filiam: quia intentio contrahẽtium fuit & eſſe debuit quòd quilibet ſibi, & hęredi ſuo proſpiceret porro ſi Titi⁹ deceſsit nullo ex ſe ſuperſtite maſculo, vel fœmina, Seio totũ accreſceret virtute pacti expreſsi, & non rediret ad dominum. hoc dicit. No. textum ibi dum dicit. *Vnuſquiſque ſibi & hæredibus ſuis proſpexiſſe uidetur.* quod verum eſt etiam ſi à principio non ſperabat de liberis. text. eſt ſingularis ff. de pactis. l. tale pactũ. §. finali. *Tenorem inueſtituræ.* Nota ègregium textum quòd tenor inueſtituræ derogat omni feudorum naturæ: tene menti. Sed opponitur, & imò videtur, quòd propter tenorem inueſtituræ vno moriẽte ſine hærede totum feudum aperitur domino. cum enim debeant habere quandiu ipſi viuãt, vno mortuo non eſt verum ipſos viuere, cum ſignificatio ſumenda ſit ex vniuerſo. vt ff. de rebus dubijs. l. ſi is qui ducẽta. §. vtrum. Reſpondeo verbum illud ipſi, & verbum illud eorum, accipitur diuiſiuè. id eſt quandiu viuerent: viueret iſte, vel hæredes alterius illius, vel iſtius, vt ff. ad Trebellianũ. lege Lucio. §. Caio ſic. C. de epiſcopa. aud. lege ſi legibus. & C. de ſponſali. lege vltima. Ex hoc apparet quòd copula &, quãdo ponitur diſtributiuè reſoluitur in ſingularitates, id eſt habet virtutem duarum orationum ſeparatarũ. vt ff. de conditionibus, & demonſtrationibus. lege falſa. §. vltimo. & lege ſecunda. ff. de cõdi. inſtitutionũ. & l. ſi ſeruus in
4 iudicio. §. ſi pluriũ. ff. ſi quis caut. † Pone, ſtatũ dicit ſi quis tẽpore mortis caruerit filio & filia ſuccedat frater. Modò quidam caret filio, ſed non filia: quæritur vtrum de vi ſermonis admittatur frater. Et videtur quòd ſic: quia verum eſt dicere ego careò boue & aſino, ſi careo altero. Nam copula quæ negat extrema requirit neutrum eſſe: vt dicta lege ſi is qui ducẽta. §. cũ ita. Sed contrarium eſt verum, quia verum eſt dicere quòd ego careo copula, ſed nõ eſt verũ, dicere q̃ ego nõ careã extremo copulato vt no. in c. pleriſque. de electione. in clementinis. Et fertur Ioan. Papam xxij. dixiſſe, q̃ cum verba ſunt dubia debemus recurrere ad æquipollẽtiã. vnde hæc verba, talis eccleſia caret clero, & populo Chriſtiano. æquipollent huic ſermoni, non habet clerũ nec populũ Chriſtianũ. Si ergo alterum habet prædicatio de copulato carẽtia eſt falſa: & ſi falſa eſt omnino ceſſat ſtatuti diſpoſitio. vt ff. de iti. actuq; priuato. l. iij. §. hoc interdicto. & ff. vi bonorum raptorum. l. ait prætor. §. docere.

An remoueri debeant teſtes qui pares eſſe deſierunt. Rubrica.

1 ☞ *Teſtis inſpicitur tempore quo deponit.*
2 *Infamia facti eſt triplex.*

Ex facto. Si inter dominum & vaſallum cõtentio eſt de inueſtitura: illi q̃ pares fuerũt inueſtituræ non remouentur poſteà à teſtimonio licet deſierint eſſe pares. h. d. † Opponitur: quia
1 conditio teſtis debet inſpici tẽpore depoſitionis, vt ff. ad Carbonianũ. l. iij. §. duę cauſę. *Sol.* dic. quòd teſtimonium interdum eſt perfectũ, quò ad eſſentiam actus & quò ad depoſitionem & tunc non eſt dubium quòd valeat quicquid poſteà contingat &c. ſi ante aperturam notatus ſit infamia. vt notatur ff. de infami. l. furti. §. primo. Interdum eſt perfectum quo ad ſubſtantiam actus ſolenniter celebrati, non quo ad depoſitionem: & tũc aut actus ſubſtãtiatur in ſola eſſentia & idẽ. vt C. de teſtamentis. lege prima. ſecundum lectur. quæ habet q̃ ibi fuit factum publicum inſtrumentum. Aut eſt neceſſarium adminiculum viuæ vocis

Source : BIU Cujas

teſtium probantiũ,& tunc refert:aut eſt mutata conditio teſtis integro ſtatu famæ & idem vt hîc.Aut non integro,& tunc refert.aut teſtis eſt notatus infamia facti tantum,& valet eius teſtimonium ſi aliquid teſti ſuffragatur,verbi gratia ſi teſtamentum fuit ſcriptum manu teſtatoris,& teſtes ſubſcripſerunt.nam licet iſta priuata ſcriptura non faciat plenã fidem,tamen facit adminiculum,quod viua voce teſtium confirmatur vt dicta lege prima.C.de teſta.ſecundum aliã legem.Aut talis teſtis notatus infamia facti non habet pro ſe adminiculum,& tunc in actibus ſolennibus non admitti tur vt no.ff.de ſena.l.Caſsi⁹.ſed in alijs admittitur: ſed adhi betur ei minor fides ſi grauiter ſit infamatus apud bonos & graues.Sed ſi ex cauſa leui non puto quòd iudex debeat hoc multum põderare.Porrò gradus ſunt in infamia vt no.
a C.de ſumma trinit.& fide cath.l.cunctos populos.[a] extra de re iudica.c.eum te.*Si* verò eſt infamis infamia iuris,tunc nulla fides adhibetur ei ſaluo quòd in criminalibus in quibus recipitur cum tormentis ad inquiſitionem,non ad con
8 demnationem,vt ff.de pœnis.l.qui vltimò.†Not.quòd infamia eſt triplex.quædam eſt apud ipſum vulgus ſuper delicto alicuius, & hæc non repellit teſtem quin examinetur: ſed examinato minor fides adhibetur.Quędam eſt infamia facti per ſententiam iudicis,vt quia condemnatus eſt quis ſuo nomine ſuper conditione furtiua.Quædam ex genere ſectæ:quia non eſt catholicus:& iſti hodie repelluntur,ita vt nec examinẽtur ſi ſtatim poteſt probari de infamia:aliàs recipiũtur ſub proteſtatione.Iſta tria differunt.Nam prima infamia poteſt eſſe falſa.quia poteſt quis eſſe innocens quicquid prædicet populus.Secunda & tertia non poteſt eſſe falſa,quia patet facinus.ff.de ſena.l.Caſsius.C.de ſum.tri.l.j.& dic vt ibi dixi.Infamia verò iuris publica actibus obſtat, ergo & teſtimonio.quod dic vt plenè dixi.C.de teſta.l.ſ. *Ex qualibet cauſa* ſcilicet non famoſa.Ex ſuperuenienti caſu non conſtituitur irritum quod eſt legitima authoritate confectum.hoc dicit.

HIc non

IVcillud quidem diffiteor ſi vaſallus maximè qui fidelitatẽ domino fecit vel facere debet alicuius rei ſe à dominio nouiter inueſtitutum contendat etiam per alios qui non ſunt pares, inueſtituram probare poteſt. cuius rei ratio eſt. Nam ſicut vaſallus non debet de curia extrahi niſi per curiã ita in curia non poterit intrare niſi per curiam, hoc eſt vaſallos,ſiue pares curiæ, cæterum ſi in curia ſit etiam per alios quod intendit probare poteſt.apocriphum eſt notabile tamen eſt:& ita bene iſtud capitulum in quodam antiquo libro reperi.

a Populos. Videas ibi Raphaelẽ Fulg.vbi ponit aliquas limitationes. And.Barba.

De controuerſia inter vaſallum & Epiſcopum. Rubrica.

1 ☞ *Debitor non dicitur ſpoliare dominum non ſoluendo præſtationem annuam, ſed quando gerit in animo nolle ſoluere.*
2 *Iudices qui ſint ſi vaſallus negetur à ſucceſſore domini, quòd non ſit vaſallus.*
3 *Actor replicando non poteſt eſſe contrarius ſuo libello.*
4 *Epiſcopus an poſſit prorogare iuriſdictionem in laicos.*
5 *Præſtatio annua an tranſeat in ſucceſſorem.*
6 *Litis conteſtatio an fiat per obiectum exceptionis.*

EXeo. Diuide in quatuor partes.Primò thema eſt & queſt. Secundò allegatio pro parte vaſalli. Tertiò allegatio,& reſponſio pro parte domini. Quartò reſponſio ad quæſtionem,& declaratio qui ſint iudices & quod eorum ſit officium.ſecunda in ver.opponit. tertia in ver.domino,quarta in verſi.ſed laudatum. Caſus: inter Epiſcopum,& vaſallum eſt contentio de inueſtitura ab eius prædeceſſore facta , pares curiæ cognoſcunt: prius tamen debet inueſtiri de ſuo proprio feudo, quàm ,principalis quæſtio dirimatur , hoc dicit vſque ad finem. *Differatur*.quantum ad feudum de quo eſt controuerſia, ſed non quantum ad rectum de quo inueſtitur ſtatim.*Recto feudo*.quod ſine controuerſia tenet ab eodem domino.Iac.
1 Bel.†Extrà not.quòd licet debitor per ſolutionem annuam non recognoſcat debitum,tamen non intelligitur dominũ ſpoliare niſi in animo ſuo diſponat,in futurum non ſoluere ſecundùm Inn.vt extrà de elect.c.querelam.in nouel.†Po
2 ne,And.Epiſc.inueſtiuit B.de quodã feudo annuæ præſtatiõis,vel alterius rei & deceſsit: Andreę ſucceſsit Pe.qui molestabat vaſallũ, dicẽs *ipſum* nõ eſſe vaſallũ.Vñ vaſallus agit contra eum coram Archiepiſcopo. Epiſcopus excipiendo opponit,quòd habeat conueniri coram paribus curiæ cum habeat alios vaſallos.B.replicãdo dicit ꝙ exceptio nõ procedit:quod probat tali rationẽ.Vos domine Reuereude Epiſcope dicitis quòd ego non ſum vaſallus ergo dicitis quòd ego non habeo pares.ergo impoſsibile eſt quod cognoſcãt pares.quæritur quid iuris.Reſpondeo,quòd pares poſſunt cognoſcere.Ratio poteſt eſſe quia vaſallus pro fundamento ſuæ intentionis aſſeruit ſe vaſallum.Vnde non minus debet *inſpici* aſſertio actoris ad fundandam intentionem,vel exceptionem rei,quàm aſſertio rei ad fundãdã agentis replicationem & iſtud eſt not.dignum quod magis nocet aſſertio
3 actoris actori,quàm rei reo.†Et not.quod actor replicando non poteſt eſſe ſuo libello contrarius.quod tene menti.Sed mirabile eſt:nonne iſti pares ſunt laici.quomodo ergo ſunt iudices Epiſcopi.Reſpon. eccleſiaſtici iudices ſunt ſeculares,quia feudum non eſt res ſpiritualis.†
4 Item opp.Epiſcopus non poteſt prorogare inriſdictionem in laicos.Reſpon. iſta eſt prorogatio iuris, vel verius eſt ipſa originalis iuriſdictio.vi not.ſuprà de inueſt.in mari.facta.in vlti.gl.vel quòd licet extrà contractum non poſſet clericus prorogare iuriſdictionem:ſecus tamen in contractu.Vel ſpeciale eſt in feudo quod ipſi ſunt iudices reales de nogotijs geſtis.l.qui alie
5 na.§.final.& iſti pares habet iuriſdictionem à canone in feudo eccleſiæ.& ideò nimirum ſi ſint iudices competentes.& hoc placet.†Opponitur quòd queſtio non procedat ſuper annuo reditu cum non tranſeat ad ſucceſſorem: vt nota. ſuprà quis dicatur dux.§.fi.Sol.ille §.nihil facit,quia hic loquitur de inueſtitura perpetua puta decimarum,ibi de ſoldata.Vel dic,& quòd ſi libellus non procederet finaliter,tamen ſuper ineptitudine libelli non poteſt pronuntiari niſi prius conſtet de iuriſdictione ita debet intelligi prima glo. in fin. quod tene menti.Vel hîc eſto quòd eſſet ineptitudo iuris intentati:tamen libellus poterat poſsibili eſſe aptus. quod etiam nota. quãtũ ad textum prima ſolutio verior. *Eius*.ſcilicet epiſcopi.per hoc apparet quòd vaſallus erat actor.Oppo.hîc eſt dubium de iuriſdictione ergo magis debemus fauere actori quàm reo ff.de iuriſdi.om.iudic.l.cum quædam puella.Nam iuriſdictio eſt de præparatorijs in quibus eſt magis fauendum actori.vt no. extrà de reſti.ſpol.cap. cum ad ſedem.Sol.hîc libellus actoris & narratorum qualitas contra agentem concludit exceptionem declinatoriam fori eſſe veram.Nam cum ipſe dicat ſe feudatarium,& curiã habet ideſt,pares ſequitur de neceſsitate quòd pares ſint iudices.Et in hoc fundatur rõ huius capituli.Et eſt no.ꝙ reus negans intentionem actoris,poteſt ex ea intentione ſe iuuare quantũ ad ius fori.tene menti. *Annua*.Sicut decimæ quæ ideo inter immobilia computantur quia immobilibus adhęrent & ſtabile ſubiectum habent,quod ſemper eſt actu permanẽs..Idẽ eſt in alijs annuis perpetuis,vel quaſi quæ vocãtur annonæ ciuiles.vt in authẽt.de nõ alie.§.j.ver.ſi vult eñ
6 in authẽ.nam ciuiles.Rñ.neget. Oppo.quia per iſtam reſpõſionẽ fit litis conteſt.vt no.in c.dudũ.de deci.in nouel.ergo non poteſt opponi declinatoria fori.C.de excep.l.fi.Sol. dic quòd negabat non tamen animo litem conteſtandi,ſed de plano:non tamen in figura iudicij. vel præmiſit proteſtationem. Vel negabat rebus & factis, ſcilicet turbando

ipſum

1 † *Beneficium amittit.* niſi iuſta cauſa fuerit impeditus a vt infrà de prohibi.feu.alie.per Loth.capit.fi.& ſuprà quo tempore mi.inue.pe.de.capitul.primo.vel niſi pupillaris ætas eum excuſet vt ſuprà de prohi.feu.alie.per Feder.§. præterea.vel niſi iurauerit fidelitatem prælato & ſuis ſucceſſoribus canonicè iurantibus,vel domino laico pro ſe & ſuis ſucceſſorib⁹ recipienti. vt extrà de iureiurand.capit.ego N.& cap.veritatis.& xij.q.ij.c.longinquitate.Iac.de Bel.Et *facit ad id quod dicitur de impedito.* C.qui pe.tut.l.cũ à matribus.C.de app. l.præſes.ff.de publ.l.Cæſar.ff.loca.l.pe.§.nauẽ. *Prima.* Quantũ ad alias quæ ſequũtur.Pe.de Cer. *Per annum & diem.* Fallit in milite qui habet annum & menſem,vt ſuprà quo tẽpore miles.capitul.primo.Item iſtud tempus currit demum à die ſcientię vt ibi not. Pe.de Cer. *Inueſtituram petendo.* ideſt renouationem inueſtituræ, quia ad petendam nouam inueſtituram realem nõ eſt certum tempus ſtatutum. Cõtra quod videtur infrà de prohi.feu.alie.per Fede.c.j.§.præterea.Pet. de Cer. *Fidelitatem pollicendo.* No.ꝙ vaſallus debet petere renouationem inueſtiturę,& fidelitatem pollicen:vt hîc,& infrà de ca. Cor.c.j.in prin.& ſuprà per quos fiat inueſti.c.fi.in gl.nota ꝙ arg.Item no.ꝙ illud quod dicitur in hoc cap.intelligitur de pubere,ſicut dicitur in cõſtitutione Fede.infrà de prohi.feu.alie. per Fede.c.j.§.præterea.Item intelligitur niſi iuſta cauſa fuerit impeditus,vt ſuprà quo tẽpore miles.c.j.& dic vt ibi Pe.de Cer. *Petere inueſtituram.* id eſt renouationem inueſtituræ quæ fuerat facta patri ipſius petentis,qui fuerat

2 vaſallus,& mortuus eſt.Pet.de Cer. †Sed nũquid hæc mora ante litẽ cõteſt.poſsit purgari.videtur ꝙ ſic,quia eſt dies & pœna legalis,vel ſaltem poterit purgari vſque ad paucos dies vt extrà de *loc.c.potuit.*& ff.de ver.obl.l.ſi ita quis.§.Seia.ſecundũ Iac.de Ardi.Et quãuis opi.eſt iſta:tamẽ nõ probatur per aliquam legem,vel conſuetudinẽ feudorum, ideoq; non debemus eſſe clementiores lege:vt in authẽ.de iudi.§. oportet.coll.vj.& ſufficit ꝙ ita ſit ſtatutũ vt ff.q & à quibus. l.proſpexit.Sed quid ſi domin⁹ poſteà acceptauit beneficiũ vaſalli.Reſpõ.moram remiſiſſe videtur.vt l.poſt diem. ff. de le.commiſ.& in quibuſdam libris ſunt hæc verba. Niſi ſeruierit domino in concordia:tunc enim ſeruiendo feudũ retinet,ſed communiter non habetur,Item in libro Iac.Aureliani plus eſt in tex.ſcilicet.Niſi ſit Longobardus habens feudũ à principe. Priuilegium enim Longobardorũ eſt vt nec propter inueſtituram feudi,nec propter hoſtem debeãt ire trans alpes qui text.communiter non habetur: ſed in libro Simonis erat in gloſſ,

ADDITIO.

a Impeditus.vide Bal.in l.ſolennibus.C.de rei ven.quomodo ſolenniter loquitur limitando iſtum textũ.And.Barb.

1 ☞ *Terminus poteſt mihi aſſignari arbitrio iudicis, ad faciẽdum id ad quod teneor.*

2 *Diſpoſitio huius §. ſi inueſtitura ſit facta: & uaſallus nolit facere fidelitatem,*

Eſt & alia. Caſus.Si dñs à vaſallo petierit fidelitatẽ,inueſtiturã pollicẽdo, neclegitimè req̃ſit⁹ eã pręſtare voluerit cũ bñficiũ tale ſit vñ fidelitas fieri debebat,tãquã ingratus feudũ amittit h.d.vſq; ad §.itẽ qui dominũ. Pone caſum.Comes inueſtiuit me de quodã caſtro verbaliter ſub prętextu fidelitatis,nũquid poterit me cogere ad iurandum fidelitatẽ,& recipiẽdum caſtrũ.Reſpõ.

hic

Source : BIU Cujas

ſic cauſatiuè: quia niſi hoc faciat infra tẽpus arbitrio curiæ terminandum priuabor beneficio de quo eram inueſtitus verbaliter, & debebam inueſtiri realiter: ſecus ſi ex pacto nõ tenebar ad fidelitatem h.d. Et ſicut not. quod pares ſunt iudices ſuper cauſa nouæ realis inueſtituræ & ſuper mora vaſalli puniẽda. †Item not. ℔ ſi tu teneris aliquid mihi facere, & ego tibi, poteſt mihi aſsignari dilatio arbitrio iudicis ℔ faciam ℔ facere debeo, & recipiam quod recipere debeo. qua dilatione decurſa imponetur mihi ſilentium. & no. valde tex. *Conuenienti tempore interpoſitq.* etiam minus anno ſe cũdum Dy. †Quærit Iac. de Bel. an iſte §. intelligatur de inueſtitura fiẽda, an de facta. Reſpõdeo ℔ de fiẽda: qa ſi ſemel eſſet facta inueſtitura, & poſſeſsio eſſet tradita, nõ eſſet op' amplius eam tradi, vt not. C. de vſufru. l. corruptionem. & in authe. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. ven. tunc ſecũdũ hoc intelligo hunc §. ſcilicet de noua inueſtitura. Ia. Quærit hîc Pe. de Cer. nunquid ſi eſſet facta talis inueſtitura & non eſſet facta fidelitas, nec & vaſallus vellet eam facere, nũquid haberet locum proceſſus huius §. ℔ debeat moneri, & perſeuerando in contumacia priuari. Dicunt quidam ℔ dominus poterit eum pręciſè cogere ad faciendum fidelitatem, id eſt iurandũ, & ſi non faciat poterit ei indici bellum. Dicunt quidam quòd ita continetur in longobarda. Et de iſta longobarda dicit Pet. neſcio. Iuſtum videtur quòd ſi differt per annum & diem, priuetur feudo. ar. pręcedentis reſponſi. Ego puto arbitrarium tempus ſufficere. ar. huius §. & ff. de opt. lega. l. mancipiorum. Item facit ad præcedens reſpon. C. commu. deleg. l. fi. §. j. in ratione ſui.

11 *Pœnitentia an & quando admittatur.*
12 *Confeſſus quidam eſt. Poſteà negauit, quid iuris.*
13 *Reus negans ſi confeſſus eſt in tormentis an conſequatur præmium confitentis.*
14 *Quid ſi confeſſus eſt factum, ſed negat qualitatem.*
15 *Pœnitentia an habeat locum in cauſa appellationis.*

ADDITIO.

a *Facta fidelitas.* non ſit pręſtanda &c. quod poteſt eſſe ex pacto. Item propter feudi exiguitatem vt infra, in titu. de ca. extraordinar. c. j. §. de fidelitate. vbi eſt tex. no. & licet remittatur iuramentum non tamen remittitur factum. ff. de condi. & demon. l. ex ſcriptura.

1 ☞ *Vaſallus priuatur feudo ſi non iuuat dominum in prælio.*
2 *Item priuatur feudo ob negligentiam.*
3 *Vaſallus an poſsit probare dominũ vulneratũ deceſsiſſe nõ ſua culpa.*

1 Item qui dominum. Caſus.† Vaſallus feudum amittit ſi dominum non iuuat in prælio dum potuit. Item ſi dominũ non certiorauerit ſciens ſibi magnum periculum imminere quod euitare potuiſſet. Item ſi cõcubuit cum filia, nuru, vel ſorore domini manente in capillo. hoc dicit vſque ad §. 2 porrò. in gloſſa, quæ incipit hic notabilis. †Nota duo. Primò ex negligentia vaſallum priuari feudo. Secundò not. ℔ ingratitudo patris nocet filio in vita patris, & etiam poſt de rigore iuſtitiæ feudorum. idem tenet Pet. de Cer. licet de iure non debeat priuari ſecundum Ia. Bel. in ea. gl. not. quod parcitur vaſallo qui ideo nõ denũciauit, quia nõ potui vt ff. 3 loca. item quęritur. §. exercitu. Quærit Pet. de Cer. vtrum vaſallus poſsit probare quòd dominus deceſsit, non quia vulnus fuit mortale, ſed propter mala medicamenta. & finaliter determinat quòd ſic. ad quod not. ff. ſol. mat. l. ab hoſtibus. §. ſi vir vxori. *In capillo.* quæ vulgò pollicellę appellãtur Et nota quòd iuuenculæ debent ſtare in capillo & nõ capite velato. &c.

1 ☞ *Vaſallus propter quas cauſas amittit feudum.*
2 *Vaſallus ſi copulet amicitiam cum inimico domini quid.*
3 *Dominus ſi non accuſauit uaſallum, an hæres poſsit accuſare.*
4 *Vaſallus* quo iure conueniri poſsit à domino.
5 *Fidem non ſeruanti, fides non ſeruetur eidem.*
6 *Clauſula iſta* quæ apponitur in literis apoſtolicis, alioquin indignationem beatorum apoſtolorum ſe nouerint incurſuros, *quid operetur.*
7 *Procedi an poſsit de ſimilibus ad ſimilia in pœnalibus.*
8 *Vaſallus priuatur feudo ſi fideiubet pro uaſallo, qui dominum detulit in cauſa criminali.*
9 *Syndici villarum qui denunciant maleficia, an teneantur ſatiſdare.*
10 *Vaſallus qui detulit dominum an poſsit pœnitere.*

1 Porrò ſi dominum. †Caſus vſque ad §. denique. Vaſallus amittit feudum ſi dominum aſſalierit, vel locum in quo eſt per vim ſit ingreſſus, vel impias manus in eum iniecerit, vel alias graues & inhoneſtas iniurias intulerit: vel vitæ eius inſidiatus fuerit, veneno, gladio, vel alio modo. Item ſi domino ſuo iuſtitiã facere noluerit. Item ſi domino ſuo ſeruitiũ recuſauerit cum potuit. Item ſi dominium detulit, & inde grauem patrimonij iacturam ſibi tulit, vel ſi cognouit dominum incluſum, nec eum liberauit cum potuit, & meritò ex prædictis cauſis feudum amittit: quia hoc ciuilis, & naturalis ratio ſuadere videtur, ſi percunctentur cauſæ quibus filij exhæredantur, & liberti in ſeruitutem reuocantur, & repudia fiunt: & donationes reuocãtur, & quia natura nouas deproperat edere formas. Iudex æquitatem ante oculos habens in ſimilibus, aut maiorib' cauſis, ſi quæ de nouo emerſerint, iudicare debebit feudum amitti debere. Sed eſt ſciẽdum quòd vaſallus amittit feudum ex omni cauſa, ex qua eius opinio grauatur ſic C. de his quibus vt indignis. l. non oportet: quia interdum deierat partem feudi alienãdo, & tamen retinet beneficium. hoc dicit vſque ad §. denique. Ia. 2 Bel. † Gloſ. ſuper verbo aſſalierit duo facit. primò quærit an vaſallus copulando amicitiam cum inimicis domini perdat feudum. Circa quod quæro quid ſi fideiubet pro inimico domini: & dic vt not. ĩ Spec. de treuga, & pace. Nam ſi cauſa tangit iniuriam domini priuatur feudo: aliàs non. quia non tenetur pro domino ſuo gratis inimicitias procurare, nec alienus fieri à conuerſatione amicorum. cum enim pœna iſtius capituli fundetur in naturali æquitate, vt litera elegãter dicit, certè iſtud non eſt bonum, nec æquum. argu. de ope. lib. l. libertus negotiatoris. Secundò †quærit gl. quid ſi dominus non vindicauit, vtrum tranſmittat ad hæredem ſuum accuſationem ingratitudinis. Et dicit gloſſ. quòd non tranſmittit. doc. intelligunt hoc verum, ſi potuit vindicare & noluit. Secus ſi mortis ſuę celeritate impeditus, vel ignorantia iuſta: vt quia neſciebat eum vaſallum concubuiſſe cũ vxore Dicit enim Ariſto. nocte vagatur adultæ. Dicit Aceu. ea quæ fiunt de nocte probabiliter ignorantur ff. quod met. cau. l. ſi cum exceptione. §. in hac autem actione. propterea 3 dominus Oldr. euaſit quendam accuſatum, a qui dicebatur commiſiſſe maleficium de nocte, & teſtes depoſuerunt ſe vidiſſe per computum lunæ quia in illa nocte non fuerat lumen lunæ. & ideo non veriſimiliter potuerunt videre, & ſic fuerunt reprobati naturali ratione. Deinde nos habemus hîc quòd ſi vaſallus non facit iuſtitiam domino perdit feudum: hoc debet intelligi quando nõ facit iuſtitiam de feudo ſecus ſi de alia re ſecundum gloſſ. Deinde ſubdit gloſſ. multum notabiliter, quòd ſi dominus nõ facit iuſtitiã vaſallo de 4 feudo, perdit proprietatẽ. †Quęro quo iure dominus aget contra vaſallum: reſpondeo, aut eſt priuatus, aut eſt priuandus. primo caſu non eſt dubiũ ℔ habet plenum dominium & plenam rei vendicationem: ſed ſecundo caſu videtur ℔ debet agere condictione ob cauſam, quidam dicunt ℔ habet vtilem rei vendi. contra quemlibet poſſeſſorem vt C. de donat. quæ ſub modo. l. j. Iaco. de Bel. dicit ℔ habet directã; quia directum dominium ſufficit ad vindicandum argum. ff. ad Trebel. l. ſi hæres. nec poteſt vaſallus excipere de vtili dominio, quia replicabitur de culpa, & in modum replicationis priuabitur iure ſuo. argumento ff. de inoffi. teſta. l. Papinianus. §. ſi filius. & ff. ex quibus cau. l. necnon. §. exemplo. Si verò agatur contra tertium poſſeſſorem, certum eſt ℔ de vtili dominio vaſalli non poteſt excipere, quia eliſum eſt, quòd & quia ſua non intereſt. Adde quod not. ff. de condictione indebiti. §. ſed ſi nummi. & l. ij. ff. ſi ager vectigal. vel emphyteu. pet. & ff. qui potio. in pignor. hab. l. credi-

Source : BIU Cujas

tor.§.ij.Credo etiam ꝙ vaſallus poſſet cõueniri cõdictione triticaria tanquã prædo vt l.j.in fi.cum l.ij.ff.de triti. Poteſt etiam conueniri condictione ex moribus ad reſcindendum id quod factum eſt ar.ff.de contrahen.empt.l.ſed Celſus.§. ſi fundus.ff.de actio.empt.l.ex empto.§.ſi quis virgine.ff.de
5 reſcinden.ven.l.ſi fundus qui Lucij Titij. † Deinde nota
b text. ꝙ qui non obſeruat b fidem conuentionis priuandus eſt eius emolumento.concor.ff.loc.l.quæro.§.inter locato. & ff.de reſcin.vend.l.fin. Deinde no.text.quòd in potenti excuſat d.ꝙ qui nõ põt ſoluere nõ eſt periurus extra de of fi. deleg.c.pe.& gl.Nam licet ſit periurus quo ad actum,nõ eſt periurus quoad reatum.quod eſt no.Nam inopia quan-
6 dam exceptionem præſtat vt no.ff.de procu.l.Titius. †Itẽ no.text.quòd delator indignationem domini non euita-
c bit c ad id quod dicitur in literis apoſtolicis, alioquin inquiunt indignationem beatorũ apoſtolorũ ſe nouerint incurſuros, ꝙ iſta verba cõminantur priuationẽ beneficio-
7 rum eccleſiaſticorum,quod eſt menti tenendum. †Deinde no.tex.ꝙ in pœnalibus proceditur de ſimilibus ad ſimilia,& maiora:quia potius attenditur ratio legis,vel conſuetudinis quàm grãmatica verborum.Et dicit Bar.quòd hoc eſt verum vbicunque ſtatuto ineſt ratio naturalis, vel ciuilis.de verbo.obl.l.eadem §. Cato. per eum. & ff.vti poſſidetis.l. prima.per eundem.& C.de interdict.l.prima.per gl.
d & doct.No.bene hunc tex. quia nõ eſt melior tex. d in iure quod in pœnalibus ſtatutis,& conſuetudinibus procedatur de ſimilibus ad ſimilia.de hoc no.C.de furtis l.ſi quis ſeruo. Hęc tamen doctrina non habet locum quando pœnę impo nuntur habito reſpectu ad priuilegium alicuius perſonæ, quia tunc nulla poteſt fieri extenſio de ſimilibus perſonis ad ſimile,nec de caſibus ad caſus.Iſta eſt gl.ordi.ſingularis inſtit.de actio.§.item mixta eſt actio cõtra eos.quæ incipit
8 ſi in iudicio.quam gl.tene menti.† In gl.magna,ibi fideiuſſit.Not.ꝙ ille qui fideiubet in cauſa criminali pro eo, qui defert dominum,tanquam ingratus remouetur à feudo.Fit autem iſta delatio multis modis.ſcilicet accuſando,denuntiando, promouendo inquiſitionem.ſed accuſator debet dare fideiuſſorẽ, denuntiator non:vt quia illud quod denũtiat eſt ex officio publico, & neceſſario ſed certè imò videtur idem ſicut dicimus in tutore qui ſe debet inſcribere,& fideiuſſorem dare.vt C.qui accuſa. non poſſunt.l. ſecunda. & l.qui crimen.C.de his quib.vt indig.l.polla.ff.ad Turpil.
9 l.accuſatorem.§.nuntiatores.†Nos tamen videmus quòd ſyndici qui denuntiant maleficia non ſatiſdant: quia officium eorum conſiſtit ſolum in referendo non aſſumendo in ſe neceſſitatẽ probãdi.De officio iſtorũ tractat Bart.ff.de cuſto.reo.l.Diuus.Accipio denũtiatores ſecundũ ꝙ accipit ius ciuile, ſed ius canonicũ loquitur de denũiatore ad aliũ finem,vt extrà de iud.c.nouit.& c.ſuper his extrà de accuſatio.& capitulo qualiter & quando.el ij.extra eodem titulo
10 de accuſa. †In ea gloſſ.ibi non coactis iſta gl.poteſt allegari in argumento quòd valeat dictum teſtis non citati dumtamen teſtis aliàs ſit idoneus:vt not.ff.de his qui.vt indig.l. poſt legatum.§.his verò.quod verum eſt dumtamen iuret partibus præſentibus,vel altera abſente ſolenniter tamen requiſita quia nullo iure cauetur quòd citatio teſtis ſit de ſubſtantia.& eo ipſo quòd iudex defert ei iuramentum,videtur eum monere ſuper veritate dicenda,quæ monitio vim citationis habet, vt not.C.quomodo & quando iudex.l.ceſſante.dic de hoc vt dixi.C.de Epiſco.& cler.l. preſbyteri.Modò quærit hîc gloſſ.vtrum vaſallo qui detulit liceat pœnitere ante ſententiam,& dicit quòd ſi ideo pœnitet ante ſententiam,quia probare non potuit,cum tamen fecerit quicquid potuit vt probaret non parcitur ſibi,aliàs ſi re integra deſtitit ſibi ignoſcitur.Dicit Iacob.de Aren.C.de tranſactio.lege ſi quis maior.quod in pœna legali parcitur.Secus in conuẽtionali.Sed Accur.inſtitu.de actio. §. item mixta eſt actio contra eos. videtur dicere quòd in iſtis delictis, quæ committuntur in proceſsibus cauſarum habet locum pœnitentia.ex tex.C.de iur.om.iu.l.criminali.qui videtur imponere pœnam ei qui ſolummodo vocauit aliquem ad cauſam.ad idem.C.qui accuſare non poſſunt.l.penulti.& l.final.& C. de dila.l.final.libr.x.Sed diſtingui poteſt an iuſtam cauſam habuit deferendi,& tunc poteſt pœnitere,an non:tunc ſecus vt ff.de iud.l.deſtitiſſe.Iuſtam tamen cauſam habere nemo videtur niſi qui hoc probat,vt C.de calum.l.noſtris.Dicunt tamen quidam quòd ſufficit probare per vnum teſtẽ idoneum de veritate,nos de circunſtantijs.Sed Io.Andr.dicit hoc eſſe arbitrarium.Et adde quod not.C.de his quibus vt indig.l.polla.per Accur.Nunc generaliter quæro an admittatur pœnitentia,Et hæc quæſtio diuiditur in duas partes.Nam quandoque quis vult pœnitere ad euitationem damni,quandoque ad conſecutionem beneficij:exemplũ de vtroque dicit ſtatutum quòd confitenti maleficium remittatur quarta pars pœnæ,ſed negãti augeatur tertia pars
11 pœnæ. †Modò quidam cõfeſſus fuit poſteà negauit, vel ecõtra.primò negauit & poſteà confeſſus eſt.quęritur quid iuris.Sed ad euidentiam præmittendum eſt quòd negatio triplex eſſe poteſt, ſcilicet de ſubſtantia delicti: vt quia negat factum de qualitate delicti, vt quia negat qualitatem loci, vel temporis, & de qualitate animi, vt quia negat dolum,& dicit ſe feciſſe ad ſui defenſionem.Item aliquando negat in figura iudicij,aliquando extra iudiciũ, vel coram iudice non conteſtando litem,vel non oblato libello. Dico ergo quòd ſtatutum debet intelligi de negatione quæ fit lit.conteſta.quando proceditur per accuſationem, vel quaſi conteſtando proceditur per inquiſitionem. argumento ff.de verb.ſigni.l.boue.§.hoc ſermone.& ff.de conditio.& demonſtratio.l.hæc conditio in principio.Vel melius dic quòd cum tractemus de pœna augenda ratione negationis,intelligimus de ea negatione in qua perſeuerat. Sed ſi non perſeuerat in ea, ſed confitetur nondum liquidato negotio per probationes teſtium,tunc vitiat damnum quod ex negatione emergebat:vt no.in d.§.item mixta.inſti.de act.& C.de his quib.vt indi.l.alia cauſa.tamẽ per iſtam confeſsionem non conſequitur beneficium confitentis,quia primò negando illi,beneficio tacitè videtur renuntiaſſe vt ff.de fideiuſſ.l.ſi dubitetur.& facit ad prædicta. C.de non numerata pecun.auth.contra qui propriam.& in authen.de trien.& ſe.§.pe.collat.iij.& C.de iure do.impe.l. ij.& C.de fideicom.l.quæſtionem.vbi propter negationem
12 quis perdit iuris communis opitulationem. † Sed dubitatur quid iuris, ſi negans confeſſus eſt in tormentis,& perſeuerauerit in confeſsione reſpondeo non conſequitur præmium confitentis.argumen.ff.ad Tertul.l.ij.§.ſi mater.Sed certè nec incurrit pœnam negantis,quia in negatione non
13 perſeuerauerit. †Sed pone quòd confitetur factum,ſed negat qualitatem.Reſpondeo,aut negatio qualitatis habet alterare plus & minus,tũc reſpectu qualitatis ipſum habeo pro negante,ſed reſpectu ſortis vt ita dicam ſiue facti,habeo pro cõfitente,ita quod proportionaliter pœna accedat qualitati,& decedat ſorti,licet alibi iſta conſideratio reprobetur ff.de eo quod certo loco.l.final.Aut alteratio non eſt ſecundum plus & minus,ſed eſt excluſio totius pœnæ:& tũc in totum habetur pro negante.ar. ff.de adul.l.denuntiaſſe. §.quid tamẽ.& ff.vi bo.rapt.l.prætor.§.docere.& quod no. C.de prob.l.ij.per Iac.de Are.& Cy.& per Bar.ff.de iureiu.l. eũ qui.in prin.vbi omnino vide. Sentit ipſe in iſta materia vnam concluſionem quòd vbicunque agens innititur reſponſioni aduerſarij,ſicut aſſumit eam pro ſe ad probandũ ita debet aſſumere eam contra ſe ad ſtatuti beneficium indulgendum.argum.dictę l.cum qui,ratione in litera. quod
e etiam eſt ſatis rationabile.e †Quæro vtrum in cauſa appel
14 lationis habet locum pœnitentia gl.tangit in l.ſi cum exceptio.§.hæc autem actio.ff.quod met.cau.l.j. in princ.c.ff.de act.emp.& vtrobique ſentit quòd in cauſa appellatiõis poſſit purgari culpa vſque ad ſententiam.Fallit quod not.ff.de appel.l.ſi creditor.§.iuſſus.Multa plura alia ſatis bona dicũtur in hac glo.magna quæ bene notabis.Adde,dicunt quidam quòd in delictis innominatis locum habet pœnitentia ſecus in nominatis.Sed tu dic quòd in delictis quæ pendẽt ex conditione poteſtatiua habet locum pœnitentia antequam ſint conſummata,ſed poſteà non,ſiue ſint nominata, ſiue innominata:vt crimen ſtellionatus,niſi contineant intereſſe:

Source : BIU Cujas

tereſſe: quia illud purgatur vt ff. de alie. iudi. l. ex hoc edicto. §. ſi quis alienauerit. Ibi tamẽ gl. loquitur aliter: quia dicit ꝙ in delictis extraord. pœnitentia habet locum ſi ius aduerſarij non eſt factum deterius. aliàs ſecus. dic vt ff. de fur. l. qui
f ea mente. f

ADDITIONES.

a Accuſatum. Vide Bald. in l. Arethuſa. ff. de ſta. ho. & Ange. in d. l. ſi cum. §. in hac. Vide Bald. in c. & ſi clientulus. in titu. de conſt. inter me & dñm. vbi dicit quòd ſi eſt dubium de intellectu legis. recurrimus ad rationem naturalem.

b Qui non obſeruat. Adde quòd ceſſante cauſa ad cautelam ordinata, non ceſſat prouidentia ſimpliciter ordinata. ff. de reſcin. ven. l. fi. §. vltimo.

c Euitabit. No. illa verba indignationem &c. importare priuationẽ beneficiorũ. Et vide tex. in verbo indignationẽ noſtri numinis. in l. ij. C. de bo. ſubla. li. x. Vide Bal. poſt Pe. in Auth. ſtatuimus. C. de epiſc. & cle. vbi in caſu illo quis incurrit indignationem ſuperioris. Et Bald. exponit quod ponitur extra ordinem non priuatur iuriſdictione: allegat ꝙ habetur in authenti. de quæſtio. §. j. in authen. vt nulli iudi. §. j. in authẽ. de man. princi. §. & hæc. Bart. in extrauaganti qui ſint rebel. dicit quòd iſta verba important quòd non erit gratioſus principis. Vide hîc modernos. An. Barb.

d Melior textus. Vide gl. & ibi Bald. in l. ſiquis id. §. ſerui. ff. de iuriſd. omn. iud. & Bal. in l. j. C. quæ ſit longa conſuet. And. Barb.

e Rationabile. Adde quòd cum confeſſo agitur benignè, & quod non decet non oportet. ff. de le. j. l. ſi dominus. §. quia cõfitetur. Caro enim & ſanguis meretur prærogatiuam.

f Ea mente. Extrà not. quod qui aſſumit in ſe proceſſum non tenetur eũ proſequi ſi nõ ſua intereſt, vt C. de his qui. vt indi. l. minoribus.

1 ☞ *Vaſallus ſi feudo priuetur cui applicabitur.*
2 *Vaſallus parricida priuatur feudo.*
3 *Idem ſi uaſallus interficiat fratrem.*
4 *Vaſallus alienans feudum ignorante domino amittit feudum.*
5 *Quod autem ſit remedium ne præiudicetur agnatis ſi uaſallus ob delictum amittat feudum.*

Denique. Quæritur hic vaſallus cõmiſerit cauſam amittendi feudũ, ad quem debeat deuenire, ad dominũ, an ad ſucceſſores vaſalli. Reſponde tur diſtinguendo. Aut vaſſalus deilnquit in dominũ, & tũc reuertitur ad dominum, vt habeat hanc ſuæ iniuriæ vltionem. Aut peccat in alium: vt quia fratrem occidit, vel parricidium commiſit, tunc non ad dominum, ſed ad proximos pertinet. *Si* autem vaſallus feudum alienauit contra conſtitutionem Lothar. quia dominum contemnere videtur, feudum amittit & ad dominum reuertitur. h. d. † *Vltionem.* No. regulam quòd vbicunque dominus principaliter offenditur per reatum vaſalli, ibi ad dominum feudum reuertitur vt habeat hanc ſaltem ſuæ iniuriæ vltionem: quia ſi dicat hoc modo de iniuria ſatisfit ipſi domino. alibi appellatur ſatisfactio quælibet ſufficiens vindicta: vt verberum vt ff. de iniurijs. l. ſed ſi vnius. §. ſi ante iudicem. Et nota quòd iſto caſu dominus præfertur agnatis ſecundum Iac. de Bel. Ego puto conſiderandum tenorẽ inueſtituræ. Nam ſi feudum eſt cõceſſum generi, ad dñm reuertitur ſolũ ius delinquentis, & nõ ius reliquorũ ꝙ ex propria perſona habet quodam ordine mortalitatis, non ꝑ viam hæreditatis ff. de interdi. & rele. l. iij. & maximè qñ regalia ſunt cõceſſa in feudum: qa abſurdum eſt ꝙ ea dependeãt ab hæreditario corpore, cũ ſint nobiliora & potiora, & ad ea admittuntur filij & agnati iure geniturę beneficio dñi expreſſa forma inueſtituræ: à cuius tenore nõ eſt recedendum vt in c. j. de duo. fra. à ca. inue. Alij dicunt indiſtinctè ꝙ iſte eſt rigor feudorũ, ꝙ ſi Marchio cõmitteret delictum contra dñm ſuum, puta contra regẽ ꝙ marchia ad regẽ liberè reuertitur excluſis filijs & agnatis. Nam hoc tacitè ineſt inueſtituræ. ergo ꝑ expreſſo debet haberi. vt ff. ſi cer. pet. l. cũ qd. & ff. de ædil. edicto. l. ꝙ ſi nolit. §. qa aſsidua. Prima pars obtineret de iure cõmuni. Secũda obtineret de iure cõſuetudinario hîc ſcripto vt ſuprà dixi in alia gl. *Parricidij.* † No. regulã ꝙ oĩs parricida eſt priuandꝰ feudo. Eſt aũt parricida [a] ſiue ſecuta ſit mors, ſiue tractata, & in tractatu pleueratur [b] licet Deo reuelãte nõ fuerit conſummatus vt ff. ad l. Põp. de parricidijs. l. ſi
2 a b ſciẽte. Nam horribiliũ reuelator eſt Deus ꝑ quẽ ꝑtegit genꝰ humanũ. vt dicit tex. in auth. de hære. ſed nunqd diciturparricida ille qui nõ ꝓcurat mortẽ, ſed malã captionẽ, puta carcerẽ fratris ſui. puta vaſallꝰ fecit capi fratrẽ ſuũ, & poni in carcere tyrannico modo ſicut quidam faciunt. Vnde dominus vult eum priuare feudo. Reſpondeo, & ſi non propriè iſtud dicatur parricidiũ, tamen quia eſt de ſimilibus ad ſimilia procedendum, puto eum priuari poſſe feudo, maximè ſi captus ſit vaſallus: quia iniuriam atrocem facit domino qui vaſallum ſuum detrudit in carcerem, propter quod etiam domino ſuo nomine competit actio vt nota. Inn. extra de appella. dilecti. † Et not. hîc quòd ſi vaſallus occidit
3 fratrem proprium debet priuari feudo: quia eſt parricida. Ille autem qui interfecit fratrem domini ſui, ſi quidem inter eos omnes ſint iura ſanguinis, idem. Si autem dominus omnino extraneus, dicunt quidam quòd non priuatur feudo: quod dic vt nota. infrà de eo qui interfe. fratrem do. ſui. c. j. Item notá quòd in iſtis caſibus feudum non reuertitur ad dominum, ſed ad proximos agnatos. quod dic vt infrà, ſi vaſallus feudo priuetur cui defe. cap. vaſalli. Et not. ꝙ iſte verſic. & præcedens apertè loquuntur in feudo paterno ſecundum gloſſ. Iacob. de Bel. & Pet. de Cer. Et vide qd not. ſuprà in j. rubrica huius libri. §. cum verò Corradus.
4 *Contemnere uidetur.* † Nota quòd ille qui alienat non requiſito domino deſpicit dominum. & ideò ratione contemptꝰ perdit feudum. Sed an ipſo iure, vel per ſententiam, dic ꝙ
c *ſpeciale in alienatione quòd ipſo iure. quod not. Inno.*[c] extra de feu. c. ex parte. Sed iſta litera contrarium innuit, dum dicit carituram, quod futuram pœnam ſignificat. vt not. C. de ſacroſanct. eccle. l. iubemus. §. œconomus. & de iuriſd.
5 om. iud. l. in criminali. † Item not. quod iſte text. dat materiam delinquendi. quia vaſallus qui volet fraudare agnatos vendet feudum: & ſic reuertitur ad dominum excluſis agnatis quibuſcunq;, & cuiuſcunq; gradus: quod eſt iniquiſſimum vt ff. de iuris, & facti igno. l. iniquiſsimũ. Sed aliàs ſuper hoc dedi remedium. & nunc addo quòd filij etiam agnati pro eorum intereſſe poſſunt ſe opponere ne tradatur poſſeſsio, & ſuper hoc etiam requirere dominum feudi ꝙ prohibeat emptorem in poſſeſsionem ingredi. item poteſt prohibere vaſallum ne tradat. de contrahen. empt. l. ſi quis ſciens. de rei vend. l. ſi fundum. ff. de leg. præſtan. l. virilis. §. ſi adierit. ff. de le. commiſſ. l. final. ff. ad Trebel. l. hæres. cum aliàs dominus eſt in dolo, & de dolo ſuo non debet iuuari, ſed puniri: quia peccat in fidelem ſuum ſi non impedit. Impedita ergo traditione poſſeſsionis, feudum non perditur vt leg. no. per Dy. & alios de verbor. ſig. l. alienatum. quam ſæpius allegaui. & ff. de ſta. lib. l. iij. §. deniq;. & ff. de condi. ob cauſam. l. dedi. §. fin. Sed pone pater ita dicit: vendo tibi caſtrum quod habeo in feudum à domino principe Achaiæ ſaluo iure domini principis, & filiorũ, & agnatorum meorum: & procedit ad traditionem ſub hac forma. nunquid hæc verba aliquid releuent: & eſt argu. hîc quòd non: quia cum non ſit denunciatum domino, clam fieri videtur, & per conſequens dominus contemni videtur. Item quia in præiudicialibus non iuuat proteſtatio, ſed ſi adijcit hæc verba, nec aliter: nec alio modo: quia tunc nihil videtur actum fortè non perderet feudum: nam conſtat quòd non intendit alienare niſi poſsit, cum hac clauſula ſaluo & non aliter: iuxta no. in ſimili. C. de exce. l. ſi quidem & ff. fa. erci. l. item Labeo. §. j. & ar. ff. de manu. teſta. l. ſi quis *locuples.*
6 † Et not. quòd Iac. de Bel. ponit hîc talem *diſtinctionem*, cum quæritur an perueniat feudum ad agnatos: aut peccat vaſallus delinquendo, aut alienando. primo caſu, aut in dominum, & reuertitur in dominum *omnibus* alijs excluſis etiam agnatis, vt in §. deniq;. in prin. Aut peccat in aliũ & tunc peruenit ad agnatos non ad *filium*, vel ad dominum vt in §. deniq;. ij. reſpon. & infrà tit. j. §. ſi vaſallus. Secundo caſu, aut alienat legitimè: tunc peruenit ad filios ſi ſuperſint, vel ad agnatos ſi filij *non* ſuperſint vt ſuprà de ſucceſſ. feud. §. j. cum ſim. Si verò *illegitimè* alienauit, tunc peruenit ad agnatos, non ad filios: & ſi filij ſuperſint, agnati etiã vno alienante reuocant; ſed non extantibus filijs, tunc reuocant poſt mortem, vt infrà ſi de feud. fuc. contr. c. Titius.

Source : BIU Cujas

Prædicta vera, niſi agnati conſenſerint, vel anno tacuerint vt ſuprà qualiter olim feu. alie. pote. c. j. §. porrò. & d. c. Titius. non extantibus agnatis reuertitur ad dñm, vt in hoc c. §. fi. Et dic etiam vt no. ſuprà de ſucceſſ. feud. c. j. Iac. Bel. Et
d nota hanc diſtinctionem quia vera eſt.[d]

ADDITIONES.

a Parricida. Vide q̃ dixi in rub. de paren. qui fil. occide. And. Barb.

b Deus. Vide l. ſi ex falſis. C. de tranſ. vbi crimen falſi reuelatur. dicit ibi Bal. q̃ Deus reuelabit. vide text. in auth. de teſta. §. & licet. verſi. Deo nõ patiente huiuſmodi occultari, iuxta illud, ſanguis fratris tui clamat ad me de terra: iuxta illud ſcelus hoc iſta loquetur auis apud Aeſopũ. vide Bal. in cap. veniens. de teſtibus. cl. j. And. Barb.

e Inn. Idem voluit Ho. in c. j. §. ſi cum filia. quibus mod. feu. amit. ver. autem quæri. And. Barb.

d Vera eſt. Extrà not. quia quando in obligatione eſt rem tertij dari, ſuccedit intereſſe in obligatione ſi ille non vult vendere. ſecus ſi res eſt promiſſoris, vel eſt in obligatione genus. ff. de leg. iij. l. non dubium.

Si de feudo vaſallus ab aliquo interpellatus fuerit, & dñs eum defendere noluerit.

1 *Vaſallus quando poſſit agere contra dominum de euictione.*
2 *Venditori ſcienti an ſit denunciandum. & numero 3.*
4 *Proteſtatio an & quando iuuet proteſtantem.*
5 *Confiteri an uideatur ille qui non negat.*
6 *Pecunia poteſt dari in feudum.*
7 *Contractus uſurarius an ſit ſi qs emerit qnquaginta florenos p̃ mille.*
8 *Emptor ſi non comparet ad audiendam ſententiam an poſſit agere de euictione.*



Egotium tale eſt. Diuide in tres partes. Primò thema & quæſtio. Secundò reſponſio: quid iuris ſit quando certum eſt vaſallum victum eſſe de feudo. Tertiò quid iuris ſit, quando eſt dubium an ſit victus de feudo, vel de alia re. ſecunda incipit ibi in ver. & ſuper negotio. tertia in verſi. ſed ſi dominus. Caſus. Extraneus vaſallo mouet controuerſiam de feudo: vaſallus domino denuntiauit quòd eum defenderet: feudum euictum eſt, ſcilicet domino renuente eum defendere. quæri tur an dominus teneatur vaſallo de euictione, & in quantũ: & reſpondetur quòd ſi certum eſt ipſum fore euictum, tunc dñs tenetur de euictione vaſallo, vt aliud ſibi in feudum reſtituat eiuſdem æſtimationis: vel det nummos qui conuertantur in ſpecie aliqua quæ ſit in feudo. Aut eſt dubiũ feudum eſſe euictum: tũc ſi probat vaſallus feudum eſſe quod eſt euictum agit de euictione: ſed ſi non probat, dño defer-
f tur iuſiurandum. hoc dicit. † Not. quòd vaſallus agit de euictione feudi non ad duplam, ſed ad tantundem, vel ad æſtimationẽ conuertendã in aliam rem q̃ pro feudo teneatur. Hæc regula fallit in caſibus in quibus de euictione non agi-
2 tur. q̃ dic vt in gl. Item Iac. de Bel. & Pet. de Cer. † Sed ego quæro vtrũ venditori ſcienti ſit denuntiandum. & videtur q̃ non tribus rationib⁹. Primò quia ſcit cauſam ſuam agi, ergo ſcientia ſibi p̃iudicat vt l. ſæpè. de re iudic. & C. vbi de crimine agi oportet. auth. qua in prouincia. & q̃ not. ff. de iudiciſs. l. venditor. Præterea hoc p̃bo per regulã generalem de actione empt. l. j. in fi. & p leges, q̃ ſpecialiter ad hoc poſſunt induci. C. quæ res pig. ob. poſſ. l. nomen. ff. de tranſactio. l. fi. Præterea hoc p̃batur p rationẽ. Nam cum venditor promit tit defendere intelligitur lite mota. vt dicta l. ſi plus. §. lite mota. quæ dies licet à principio ſit incerta, ſi tamen poſtea certificatur interpellat pro homine. argu. ff. de penu legat. l. j. & C. de contrahenda, & committenda ſtipulatione. l. magnã. Et hoc dixerunt quidam vt not. C. de euictio. l. emptor fundi. Sed gl. hîc ſentit contrariũ, ſcilicet q̃ non ſufficit ſcire, ſed oportet denuntiare: formã aũt denuntiationis ponit gl. C. de euict. l. authore. vbi dicit q̃ eſt opus q̃ venditori denun tietur, vt defendat. iſta et iã forma ponitur in text. ff. de procuratori l. qui abſentẽ. certè text. eſt hîc ibi vt eum defende-
ret. Hanc opinionẽ tenet Bart. dicens q̃ nõ ſufficeret empto ri ſi notificaret litẽ motã, niſi notificaret q̃ defenderet eum. Et hoc p̃batur euidenter tali ratione: qa ſi ſufficit ſimpliciter denuntiare litẽ motã iſtud poſſet fieri per quemlibet amicũ etiã ſine mandato q̃ eſt contra dictã l. qui abſentẽ. Itẽ quia ſecundus emptor poſſet denuntiare primo venditori ſine aliqua ceſsione iuriũ, q̃ eſt falſum: vt ff. de euic. l. ſi res quã à Titio. hoc habemus in ſimili: quia ſi promiſiſti mihi decẽ cum petiero nõ ſufficit, vt ego notificẽ tibi, vel p̃curato ri, vel hæredi tuo ipſam p̃miſsionẽ, ſed debet addi requiſitio vt ſoluatur, vt not. Cy. C. in quibus cauſis in integ. reſti. non eſt neceſſa. l. in minorũ. Item ille qui vult aliquid conſequi ab aduerſario, per p̃teſtationẽ, oportet q̃ illud p̃teſtando petat, quia p̃teſtatio requiſitoria debet habere cõcluſionem. Iſta opinio eſt tutior, & verior ſi quis vult conſequi vt defendatur. Sed ſi nõ tendit ad aliud niſi vt de euictione agatur re euicta: ſufficit fortè denuntiare lite mota. argu.
3 iuriũ pro hac parte allegatorũ. † Cùm verò q̃ritur vtrũ ſcien ti ſit denunciandum. dic aut denunciatio fit ad cõmodum nunciantis, & eſt neceſſe nunciare. Aut ad ſimplicẽ inſtructionẽ aduerſarij, & eius cõmodum: & nõ eſt neceſſe q̃ ſcien ti denuncietur: qa habito effectu ſcientiæ nõ curamus de modo. Primũ probatur ff. de adult. l. denunciaſſe. Secundum patet in l. litẽ veniunt. §. à quo. de peti. hære. & de admin. tut. quidam decedens. §. ex quo innotuit. & ita dicit Iac. de Bel. in ſuis ſolutionibus contrariorũ. Et dicit Dy. q̃ ſi quidem lex exigit denunciationẽ non ſufficit ſola ſcientia: quia denun ciatio eſt de ſubſtantia: ſed ſi non requirit niſi ſolam ſcientiam: tunc ſcienti non eſt denuntiandum, quia ſufficit ſola
4 ſcientia. ita dicit Bar. & ratio p ſe patet. *Domino renuente.* † In hoc caſu proteſtatio domini non tollit p̃teſtationẽ vaſalli: qa dñs non habet ius proteſtandi: tunc aũt proteſtatio tollit
a proteſtationẽ, qñ tractatur de eliciendo conſenſu alterius, vt l. ſi. ff. nau. cau. ſta. vel de aliquo p̃iudicio generãdo ratione taciturnitatis vt ff. loca. l. cum in plures. §. locator horrei. & ff. ad Macedonianũ. l. ſi filius. & l. j. §. magiſtrũ. ff de exerci. A *domio petit.* Not. hunc libellum peto cambiũ feudi: & ſpeciale: nam aliàs vna ſpecies pro alia non põt ſolui vt l. ij. ff. ſi
5 certũ pe. *Nec tunc temporis.* † Nota q̃ ille qui non negat, non videtur p̃terea fateri. & ideo poſteà negare poteſt. An dubius cogatur litem conteſtari. eſt arg. q̃ nõ. ff. de lib. ho. exhi. l. j. §. is qui neſcit. & C. de iure delib. l. fi. §. ſed qa quidam. q̃ eſt verũ nõ dato ſpatio ad deliberandum vt in authen. offeratur. C. de li. conteſt. Sed eo dato ſi nõ põt ſe liberare fit cõteſtatio p verbũ nõ credit. de reſti. ſpo. c. cùm ad ſedem. q̃ eſt no. Idem ſi dicit ego nõ p̃ſumo: qa tantũ eſt dicere quantũ ego nõ credo: vt no. Bar. extra de p̃ſump. c. quoſdam. ff. de leg. j. l. huiuſmodi. & hoc modo dicitur q̃ verbũ credo induc
6 it p̃ceptũ. *Vel nummos in feudum dandos.* † No. q̃ pecunia põt dari in feudum, fortè ideò eſt qa ſuccedit loco rei feudalis, q̃ nõ placet: qa cõſuetudo nõ vult q̃ pro re mobili fiat fidelitas. Quærit gloſſa: ſi alicui eſt data quantitas in feudum: pu ta mille floreni, cum nõ debeatur fidelitas, vtrũ dãs põt iſtã pecuniã repetere: & dicit gloſſ. q̃ ſic: p conditionẽ ſine cauſa. † Sed qd dices, ſi pecunia nõ eſt data pro fidelitate, ſed eſt
7 data pro aliquo annuo reditu. verbi gratia. emo à te annuũ reditũ pro quinquaginta florenis in anno, pro pretio mille florenorũ quos tibi ſoluo. vtrũ iſte contractus ſit licit⁹: hîc eſt argumentũ q̃ ſic: alij dicunt q̃ iſte cõtractus nõ eſt ſine ſcrupulo vſurarũ. de hoc alibi dixi in l. j. C. de his q̃ pœnæ nomine. Sed nunc addo, q̃ appoſito pacto q̃ illa mille conuerterentur in emptionẽ p̃diorũ, iſte cõtractus iuſtior eſſet, & ſi venditor non vult emere imputet ſibi, & conſidera ſuper iſta cautela, & cogita ne p iſtas cauillationes lædas conſcien tiam tuam. *Nunquid.* Nota per iuramentũ adſtruit perpetuã
8 negatiuam. † Quæro dicitur hîc in gl. q̃ ſi emptor non com paruit ad audiendum ſententiam, non habet regreſſum de euictione. Pone ergo quòd certum eſt, quod iudex propter eius contumaciam non fuit motus in aliquo, ſed ſolummo dò propter veritatem & iuſtitiam probationum: an ergo iſta abſentia impediat agi de euictione. Item quid ſi fuit abſens
b ex iuſta & probabili cauſa. Reſpõdeo b de euictione agi poſ-

ſe. de

se. de hoc est gloss. singularis in l. ij. §. econtrario. C. de contrario iudi. tute. quam tenementi. Vnum scias quòd animus iudicis probatur per verba ab eo inserta in sententia. Ista est gloss. notabilis. ff. de iudi. l. si prætor. In gloss. sed absc sente. quam glo. bene nota. c

ADDITIONES.

a In eliciendo consensu. In dependentibus autem ab animo libero multum valet protestatio. vt not. in l. j. C. de repu. hær. sed in dependentibus ab animo necessario à iure vel iudicis authoritate nihil operatur protestatio vt C. de iure delibe. l. cum aliquis. & C. de hære. instit. l. cum proponas. & d. l. j C de repu. hære. Item fraus non patrocinatur protestanti. C. eo. ti. l. ij. per Cyn.

b Respondeo. Vide Bal. in cap. sicut. de re iud. & in l. ij. C. qui. res iu. non noc. Andre. Barba.

c Bene not. Item not. quòd sententia iniqua potest transire in rem iudicatam tamen cum sub causa suisque vitijs, id est quòd nunquam per hoc efficietur æqua. ff. de legatis primo. l. si seruus plurium. §. primo. Itẽ scias quòd qui minus plene defendit contra se concludere videtur: vt eadem l. §. si quis aũt. vnde & si transeat in rem iudicatam non tamen per hoc iustificatur. Item sententia iniqua transire potest in vigorem, quia non potest mutari rei veritas filijs hominum. ff. de lib. & posth. l. filio quem pater. Adde quòd non suppositа iurisdictione, sed consilio illud consilium non est sententia. no. extra de consue. iij. Itẽ not. quòd nemo litigat nisi qui habet intentionem victoriæ vt ff. ad. legem Falc. in rationem. §. cum quidam. &c.

Si de feudo fuerit controuersia inter dominum & agnatum vasalli. Rub.

1 ☞ *Præsumitur pro factis antiquis.*

SI de feudo. Sicõtentio est inter dominum & agnatos defuncti, agnati interim ante litem finitam constituendi sunt in possessione: vtroque autem in probatione deficiente, agnatis defertur iusiurandum. hoc dicit. Quæro quæ est ratio quòd hîc magis fauetur agnatis quàm domino. Respondeo, quia dominus non negabat feudum sed qualitatem feudi: & confitendo feudum cõfitebatur vasallum possedisse tempore mortis, quia per realem inuestituram feudum cõstituitur. Istã ergo possessionẽ dominus interrumpere non potest: quia est quędam continuatio naturalis inter vasallum & agnatos. argu. ff. ex quib. cau. ma. l. cum miles. in princip. Item quia benignior est prę sumptio ex quo constat quòd fuit feudum: ergò debemus
1 præsumere quòd fuit antiquum potius quàm nouũ. †Sed Iacob. Bel. dicit hic quòd ista prę sumptio est ratione antiquitatis. Dicit Bartol. quòd multum præsumitur pro factis antiquis. ff. de iureiuran. l. admonẽdi. per eum. nec repugnat q litera dicit nouum feudum. nam etiam si centũ annis fui possessor ab vna linea collaterali esse põt nouum, quò ad aliam lineam, sed non præsumitur vt hic. quod est valde notabile. intelligitur ergo hic de feudo de cuius origine non apparet aliud quàm longo tempore possessum. argum. ff. de vsur. l. cum de in rem verso. Opponit. glossa de ancipiti periurio. Solue: quia non est anceps periurium ex quo lex hoc præsumit. Querit gloss. quid si dubitatur de statu vasalli. Respondeo: in dubio non debemus priuare vasallum commodo possessionis. arg. C. de peti. hær. l. si putas. C. de edi. diui Adri. tollen. l. ij.

1 ☞ *Allodium quid sit*
2 *Prædia in dubio præsumuntur libera.*

Inter filiam. Casus. Si contentio est inter filiam & agnatum de beneficio, filia interim debet esse in possessione: vtroque autem deficiente in
1 probatione agnatis defertur iusiurandum. h. d. *Allodium.* † Allodium dicitur proprietas quæ à nullo recognoscitur. & si quis in libello dixit feudum esse libellarium & succubuit, potuit postea dicere esse allodium. nec obst. exceptio rei iud. quia ista dominia non sunt eiusdem speciei, vt not. C. de inge. manu. l. pe. vbi est gl. singu. *C. locandum.* Ratio est quia feudum est qdam seruitus vt not. ff. de vsufru. l. si cuius in princ.
2 †Prædia autem in dubio præsumuntur libera: & ideo præsumuntur potius allodium quàm libellarium vel feudum iuxta not. C. de proba. l. cum res. Sed ista ratio nihil valet, quia iste text. dicit sine libellario. & certum est quòd libellus est quædam species seruitutis. & tamen præsumitur pro filia. Dic ergo quòd ratio est, qualitas possessionis patern æ quæ qualis fuit in patre, talis præsumitur in filio: vt no. instit. de hæred. ab intest. §. sui. Sed secundùm hoc quare in diffinitiuo calculo defertur iuramentum agnatis. Respondeo: istud debet intelligi, quando per qualitatem aliarum præsumptionum fortior præsumptio est pro agnatis quàm pro filia: & ita debet suppleri litera secundum Iacob. de Bel. per iusiurandum, scilicet cum xij. sacramentalibus: vt infrà de cõtrouersia inter masculũ & fœminam. capi. primo. in princ. & nota infrà de cap. qui curiam vendi. c. si contentio. Pet. de Cer.

Defuncto. Supra erat contentio inter filiam & agnatos: hic inter dominum & filiam libellariam. Not. hic & in superiori suspensio. libellariam in fœminam transire. concor. in authen. de non alienan. §. emphyteusim. coll. ij.

Probatione. Communiter hic non est verb. sed capitulum & hoc intendit: si contentio est inter dominum & filium de feudo, filia interim manere debet in possessione: vtroque autem in probatione deficiente filiæ datur electio iurandi. h. d. *filiæ danda.* Non ob. suprà c. præcedenti, quia hic præsumptio erat pro filia ibi pro agnatis. Pe. de Cer.

1 ☞ *Inuestitura an ualeat si fiat in diem siue sub conditione.*
2 *Pactum de futura successione, an & quando ualeat.*
3 *Consensus uasalli an requiratur in inuestitura facta de suo feudo.*

Moribus. Casus. Comes vel Baro de beneficio sui militis quod ad eum reuerti sperabatur post eius mortem, alium inuestiuit militem. quæritur quando sumat effectum hæc inuestitura. Respondeo quòd sumit effectum cum feudum sibi vel hæredi suo fuerit apertum. sed & inuestitura facta à prælato eodem modo non capit effectum, nisi sibi aperiatur: & in tali inuestitura non exigi-
1 tur consensus eius de cuius feudo procedit. h. d. † *Non oportet.* quia valet inuestitura siue fiat in diem, vel sub conditione, siue purè: sed non habet effectum nisi feudo aperto. potest tamen esse vtilis consensus si inuestitura facta esset purè: siue in diem, vel sub conditione & prius dies vel conditio existat quàm decesserit feudum tenens: & dic vt dixi suprà qui suc. tene. Iac. Bel. T. dic quòd non valet inuestitura nisi sit collata in tempus aperturæ vel nisi consentiente primo vasallo vt suprà qui suc. tene. cap primo & suprà de feud. da. in vicem legis commis. capitul. secundo. in principio. Petrus
2 de Ceruia. † Ex hos cap. arguunt quidam valere pactum de futura successione, quod est falsum quia hic non est pactum de futura successione, sed est tale quale est. C. ad le. Fauiã de plagi. l. in fuga. in fine. Et nota quòd hodie valet pactum de futura successione, si intercesserit sacramentum: vt extrà de pact. capitulo secundo. libro sexto. Bartol. dicit q pactum de non succedendo firmatur iuramento, sed pactum de succedendo non firmatur. Et est ratio: quia primum non inducit votum captandæ mortis. secundum verò sic. ff. de fideiuss. l. si quis pro eo. & de verb. sig. l. stipulatio hoc modo. per Bart. istam distinctionem meri canonistæ non tenerent vt puto: quia ratio dicti capituli est ex eo quia istud pactum potest seruari sine interitu salutis æternæ. Et si dicatur quòd inducit votum captandæ mortis, hoc certè nescimus quid in animo paciscentiũ. sed bene scimus quòd possunt obseruare pactum sine interitu salutis æternæ, & ideò puto quòd episcopi cogerent iurantem ad obseruantiam talis pacti. Et pro opinione mea habeo hic expressa verba Petri de Ceruia quæ talia sunt. ex hoc capitulo dicunt quidam valere

Source : BIU Cujas

pactum de futura ſucceſsione etiam ſine conſenſu vaſalli primi.ſic ff.de hæreditate vel actione vendita.lege ſecunda. §.tertio & C.de pactis.lege prima.& argumento contrà.C. de pactis.lege finali.vbi non valet pactum de futura ſucceſsione,ſine conſenſu eius de cuius hæreditate agitur[a] ff. de acquirenda hęreditate.lege qui ſuperſtitis.C.de inutilib⁹ ſtipulationibus.l.j.C.de col.l. pactum. Adeo quòd ſi ſacramentum interueniret,non valeret,vt not.in dicta lege. pactum. de colla.Sed per decretales Bonifacij Papæ vij.bene valet vt extrà de pact. cap. ſecundo. libro ſexto. Petrus de Ceruia.Et patet tali ratione quia pactum quòd non ſuccedat filia,per tale pactum inductum ad excluſionem filiæ,inducitur pactum quòd ſuccedat filius vt ff.de iudic. leg. cum prætor.& tamen illa decretalis expreſsè determinat iuramentum appoſitum eſſe ſeruandum,& ideò ſimplicitati ca
3 noniſtarum inhæreas.Bal. *Conſenſum inquiri non oportet.* †Nota quòd vbi aliquis diſponit de iure ſuo,extranei conſenſus requirendus non eſt: quod verum eſt ſi diſponat de iure ſuo libero,vel in tempus quo liberum erat. ſecus ſi in alterius præiudicium vt ff.de aqua plu.arc.l.in concedendo. & l.in diem.& l.receptum.communia prædio.&l.per feudum. ff.de ſer. ruſti. prædio. & facit C. de contrahend. emptio.l.
b dudum.& C.de dona.l.ſi auia veſtra[b].

ADDITIONES.

a Agitur.Vide plenè de hoc per d.Lud.in l.qui ſuperſtitis.de acqui.hæred.& l.pactum.C.de colla.And.Barb.

b Veſtra.Adde prædictis ſecundum An.de Vgodoni quòd verè hic dictor non fortè ponderauit illum textum,*qui loquitur ſimpliciter*,quòd filia dote contenta non habebit regreſſum ad bona paterna,& illud pactum iuramento firmatur.vt ibi.ſed quòd ibi dicatur pactum hic appoſitum vt filius ſuccedat,vel alius : & quòd is qui facit pactum, cum ſit neceſſe quòd ſit ille de cuius agitur hæreditate,iuxta l.final.C.de pact. conſentiat quòd pacto conſenſerit,vel iuramento firmauerit. ille tex. non dicit & hoc pactum non operatur ſucceſsionem omni caſu : ſed ab inteſtato iuxta text.illius l.fin.C. de pac.attamen operatur ſecundum iſtos doc.quòd ſi filius cum filia hoc paciſceretur,quòd idem filius ſuccederet,& iuramento firmaret,quod eſt nouum & ſubtile dictum An. de Vgodo.& tunc non pactum operabitur ſucceſsionem, ſed filiæ excluſionem,propter iuramentum per illum tex. & ab inteſtato reperit ſe ſolum,igitur ſuccederet.Sed tex.ibi in l.fin.dicit contra bonos mores,&c.quod pondera per regulam non eſt obl.de re.iud.lib.vj.attamen in teſtamento poteſt deuolui ſucceſsio.

1 ☞ *Scire aliquid quando quis dicatur.*
2 *Pœna negantis relicta ad pias cauſas.*
3 *Vaſallus negans partem feudi,an priuetur toto feudo.*
4 *Pœna an & quando egrediatur delictum.*
5 *Pœna priuationis feudi an habeat locum in libellario.*
6 *Vaſallus conuictus per iuramentum domini,an patiatur pœnas in hoc §.poſitas.*
7 *Negans an poſsit pœnitere.*
8 *Quid ſi vaſallus dubitat.*
9 *Vaſallus an poſsit cogi ſpecificare feudum qui per lõga tempora præſtitit ſeruitium.*
10 *Hæres an cogatur exhibere inſtrumenta.*

Vaſallus. Caſus.Si vaſallus domino inficiatur feudum,vel feudi partem,aut eius conditionem,conuictus poſteà de mendacio perdat feudum & eius conditionem.hoc dicit.Sed ſi alius vaſallus hoc ſciens domino nõ manifeſtauerit feudum propterea non amittit: quinimò nec etiam ſi vaſallus aliam rem domini non infeudatam celauerit feudum propterea non amittit.hoc dicit. Ex
1 *certa ſcientia.* † Collige hîc quòd non dicitur ſcire, niſi qui certitudinaliter ſcit.C.de fur.l.manifeſtiſsimi.§.ſinautem ne ſcius & dubitans.Aliquando dicit quis ſcire per vehementem opinionem conſonantem ſubſtantiæ veritatis vt nota. ff.de acquir.hæred.l.cum quidam.§. quod dicitur. quæ vehemens opinio ex immediatis indicijs naſcitur,vt notant doc.C.de dolo.l.dolum ex indicijs.& C.de quæſtion.l. milites.§.oportet.& per locum à communiter accidentibus: qui locus eſt multum vtilis in iure in materia probationum, vt not.C.de probat.l.neque natales. Et quod hîc dicitur de ſciente idem intelligendum eſt de eo qui ſcire debuit.vt ff. ſi cert.per.l. quod te.not. in l. pen.C.de peri.tu.Item qui refugit ſcientiam,habetur pro ſciente vt l. Fulcinius.§.quid ſit
2 latitare.ff.ex quibus cauſis in poſſ.ea.† Item not. per hunc textum multa iura gloſſari quæ loquuntur de pœna negantis ſicut patet de eo qui negat relicta pijs locis. inſtit. de actio.§.item mixta eſt actio contra eos.Item in eo qui negat res remãſiſſe in hæreditate.ff.adlegẽ Fal.l.hæreditatũ.§.fin. Item in eo qui negat ſe poſsidere : vt ff.de rei vendic.l.Item qui negat feudum.vt hîc.Nam omnia iura & ſimilia debent
3 intelligi quãdo negant per dolum vel latam culpam.† Quæro,dicitur hîc quòd ſi inficiatus eſt totum,vel partem quòd ſpoliabitur feudo.Quæro vtrum perdat totum feudum ſi de parte tantum conuincitur,dic quòd non.vt ff.de his qui. vt indig.l.reſcriptum.& l.Paulus.Nam dolus & pœna diuiſionem patitur : ſicut ſi debes mihi decem & ſoluis mihi ſpon te quinque,& quinque per metum.nam non punitur dolus niſi in eo in quo cõmiſſus eſt: quia dolus & pœna ſunt proportionabilia : vt ff.quod metus cauſa.l.extat.Sed Petrus de Ceruia hic ſentit quòd totum perdere debeat, nõ quia hoc ſit rationabile : ſed quia ita placet conſuetudini.allegat ſimile in authen.de nup.§.qui infirmas.coll. iiij. & id ꝙ dicitur de hærede.ꝙ ſi vnam rem ſubtrahit, & ponit in inuentario, ꝙ priuatur etiam in alijs rebus beneficio ſalcidię,vt in auth. de hęred.& fal.§.huic nobis.coll.j.Pet.de Cer.pro quo facit ꝙ negare &ſubtrahere paria ſunt, in d.l.hæreditatũ.§.ſi.ſed prĩa opi. verior eſt, qa lĩra dicit eo. i.de eo,vel ideo ꝙ abnegauit.ſed qui negat partẽ non põt puniri in parte cõfeſſata, ideò quia negauerit:nam ratio eſſet falſa.Itẽ eſto quòd iſte paſſus eſſet dubius, tamen conſuetudo debet interpretari ſecundum ius commune,quo cauetur ꝙ vbi non eſt delictũ non poteſt eſſe pœna nec debet : vt legitur & not.C.de no-
4 xa.l.ſi ſerui veſtri.† Et in ſumma quoties circa rem diuiſibilem delinquitur,pœna delictum non egreditur,Secus ſi circa
2 indiuiduum : ſicut confectio inuentarij,a cuius forma cõſiſtit in conſummatione totius,nec poteſt diuidi. argumento ff. ad l.ſi is qui quadringenta.§.quædam. & l. pœnales.§. Iuli. Deinde dicitur hîc ꝙ ſi vaſallus negat qualitatem feudi, perdit totum feudum : nimirũ quia qualitas reſpicit totam rem : verbi gratia.ſi dñs dicat feudum eſſe conditionatũ, id eſt datum ad certũ ſeruitiũ : & vaſallus dicat eſſe rectum vt *infrà de cap.qui cu.ven.§.fin.nam feudum aliud conditionale*: Aliud non.vt not.ſupià de his qui feu.da.poſ.c.j.in gl. ibi tertiò diſtinguendum eſt &c.ſecundũ Pet.de Cer. & bene in hoc: quia vt dixi iſta qualitas reſpicit totã rem : vel qa feudum conditionatũ,& ſimplex non ſunt eiuſdem ſpeciei:
5 vnde vaſallus negat ſubſtantiã & qualitatẽ. † Extrà quæro vtrum iſta pœna habeat locum in libellario, vel in emphyteutico.Reſpõdeo nõ,quia pœnæ nõ trahantur ad caſus nõ expreſſos,in quibus reperitur regula communis diſponens. vt not.in d.§.item mixta.*inſtit.de actio.Non patefecit.*Not.ꝙ aliud eſt negare,aliud tacere. *Aliam rem.*Not.hîc expreſſum, ꝙ vaſallus qui facit iniuſtitiam domino,de alia re quàm feudali,non perdit feudum. de hoc dixi ſuprà, quæ fuit prima
6 cauſa beneficij amitt.c.j.§.porrò. † Quærit hîc Iac.Bel.de aliquibus quæſtionibus ſatis bonis.Et primò vtrùm vaſallus conuictus per iuramentum dñi patiatur has pœnas. & dicit ꝙ non:per l.eum qui.ff.de iureiur.& bene dicit,quia iſta nõ eſt ordinaria ,pbatio , ſed extraordinaria , vt ita dixerim ſummaria.Itẽ quia iſte non perſiſtit in negando qui ponit ſe in verbo aduerſarij.C.de his qui.vt indig.l.aliam.Item quia cõfeſsio,& iuramentũ nõ eſt propriè ſpecies probationis , ſed magis quædam releuatio ab onere probandi. vt not. extra de ele.c.bonæ memoriæ.in nouella.Secundò q̃rit de eo ꝙ dixi,vtrũ ratione partis priuetur toto. & determinat ꝙ nõ p
7 c.j.de vaſal.q cõtra cõſtit.Loth.† Tertiò q̃rit vtrũ negãs poſſit pœnitere.& dicit ꝙ ſic vſq; ad lit.cõt.poſteà ſentit ꝙ vſq;
b ad ſententiã.ego dico b ꝙ donec cõuincatur: per d.l.eu qui. & p id ꝙ not.in ſimili.ff.de euictio.l.ſi rem quã.§.quolibet. plus puto ꝙ ſi aduerſarius paſſus eſt plura dãna,& nolit niti cõfeſsioni iſtius,iſte nõ poſsit cõfiteri,qn pœnã patiatur.ar. C.de aboli.l.ij.&eſt expreſſum in d.l.eũ q.niſi fortè velit dãna & expẽſas reficere.quia tũc nõ eſt claudenda ei iudiciorũ

copia.

Source : BIU Cujas

copia,id eſt iuris beneficium ei non eſt denegandum.argu. C.de iudi.l.ſancimus.Item ſi habuit iuſtã cauſam negandi vel ſaltẽ ceſſat dolus & lata culpa,indubitanter poteſt pœnitere per ea quæ ſuprà dixi.& argu.ff.de iudi.l.deſtitiſſe.& C.de iudi.l.rem non nouam.in fine.& ff.de adul.l.& adulterium cum inceſtu.§.idem Pollioni.& l.igitur.C.de li.cau-
8 ſa. Quarto quærit quid ſi vaſallus dubitat. & Reſpondet & dicit quòd vaſallus poteſt reſpondere dubito vt in §.vaſallus.infrà,eodem titulo & eſt tex.C.de exceptio.l.ſi quidẽ. dicit tamen quòd debet ſibi dari terminus ad deliberandũ. vt no.ff.de inter.actio.l.qui interrogatur.& l.iuſiurãdum.& ad pecunias.in princ.ff.de iureiur.& C.de iura.ca.l.ij.§.qđ obſeruari:hoc probatur tali noua ratione.Iſte vaſallus cogitur litem conteſtari.vt C.quomodo & quando iudex.l.conſentanũ .ſed per verbũ dubito,nõ fit litis conteſtatio.ergo niſi aliter reſpondeat non poſſet in cauſa procedi:quod eſt abſurdum.Quæro quid ſi poſt datum terminum reſpondit per verbum non credit.Reſpondeo.quãdo reus non poteſt aliter ſe certificare,nec vult aliter reſpondere,per tale verbũ fit litis conſtet.text.eſt nota.de reſtit.ſpolia.cum ad ſedem. & ideò poterit poſteà procedi ad diffinitiuam,ſeruato iuris ordine. Sed quid ſi iudex in dubio non cognouit de cauſa,vtrũ ſententia diffinitiua erit nulla.dic vt pleniſsimè dixi in.l.prolatam.C.de ſenten.& inter.omniũ iudi.l.in lectura
9 mea. † Quintò quærit Ia.ſi vaſallus per longa tempora prę ſtitit ſeruitium,tamen non ſpecificauit feudum,vtrum dominus poterit eum cogere ad ſpecificationem feudi.Et ſi nõ vult ſpecificare,vtrum quicquid poſsidet præſumatur feudum.Si verò vult ſpecificare,vtrum cogatur oſtendere inſtrumentum:& dic quòd hæc quæſtio eſt notab.& fuit de facto in regno Siciliæ:& allegat primò quòd debeat oſtendere.argu.ff.de inter.actio.l.non alienum.de alimẽ.& ciba. lega.l. penulti.in princi.in auth.de manda. princi.§.coges colla.nij.C.de dona.l.ſi quis argen.Itẽ,quia videtur pro toto patrimonio præſtitiſſe ſeruitium.ff.de iudi.l.ſi fideicommiſſum.§.tractatum.ſed in contrarium quòd dominus debeat ꝓbare.C.de fide inſtrum.l.plures apochis.de pig.actio. l.nec creditores. & dicit quòd hæc quæſtio eſt ſabbatiua. & quod dominus Azo determinat contra vaſallum. arg. ff.de confeſſ.l.certum.& xij.quæſtio.ij.c.longinquitate. quod putat verum,niſi vaſallus habeat iuſtam cauſam ignorantiæ.argumento l. qui in alterius. de reg.iur,tu dic ꝙ in iſtis factis antiquis & implicitis,vbi non apparent inſtrumenta nec teſtes originarij,recurritur ad communem hominum memoriam & famam vt ff.de proba.l.ſi arbiter.ff.de neg.geſt.l.atqui natura.§.cum me abſente.& C. de rei vendi. l. iudicia. nam fama quæ diu viuit,inducit præſumptionem iuris.& ſuper hoc etiam domeſtici inrerrogabuntur,& etiam vxor vt l.ij.C.quando & quibus quarta pars debetur.lib.x. Et adde
10 quod no.ff.de rei vendi.l ſi in rem agat aliquis.in prin. † Itẽ dic ꝙ ſi hæres iuret ſe non habere inſtrumenta, non cogitur ad ea exhibenda.vt C.de fide inſtru.l.ſi.Sed ſi habet vel confeſſus eſt ſe habere: tunc cogitur ad ea edenda. ff. de actio. emp.l.Titius.nec cogitur iure contractus.vtC.ad l.Fal.ſi prędiorum.niſi cogatur iure vltimæ voluntatis.ff.ad l.Fal. maritus.§.fin.vbi cogitur ex diſpoſitione legis.ſi ergò non producit ipſa ſeruabitur practica Inn.quam ponit extrà de fide inſtr.ca.G.perpetuus.vbi omnino vide.& facit C. de proba. l.ſi de poſſeſsione.& ff.de in litẽ iuran.l.in inſtrumentis,&c.

ADDITIONES.

a Confectio inuentarij.tamen dicitur ꝙ ille qui circa inuentarium deliquit in materia: quia omiſit ponere aliquam rem,& non in forma nõ punitur niſi in duplum.C.de iure fiſ.l.fin.§.illo. videlicet quia vitiũ materiæ naturali ratione non excedit ſuum materiatum. ſed corpore Authenticorum no.contrarium in inuentario.Adde ꝙ ſi vaſallus occultat protocollum breuis teſtati,ꝙ perdit feudum,& redit ad dominum. C. de legi.l.pen.primo reſponſo.

b Ego dico.vide Sal.in l.contra negantem.C.ad legem Aquil.Barto.in d.l.cum qui.& quæ dixi in quodam conſilio hîc Bononien.

1 ☞ *Præſcriptionem longi & longiſsimi temporis allegans,an ſit ſibi contrarius.*

2 *Præſcriptio an ſit licita in foro conſcientiæ.*

3 *Continuatio temporis qualiter probatur per teſtes.*

4 *Feudum ex qua poſſeſsione acquiratur.*

5 *Præſcriptio quare ſit inducta.*

6 *Lex cum de in rem uerſo.ff.de uſu.in quibus terminis.*

7 *Dominus an præſcribat ius petendi ſeruitium:ſicut uaſallus feudum.*

8 *Præſcribens rem an poſsit eam retinere cum bona conſcientia.*

9 *Feudum an poſsit præſcribi cum mala fide.*

10 *Statutum an poſſet tollere naturalem obligationem creditoris negligentis.*

11 *Dominus an poſsit præſcribere ius utile.*

12 *Recurſus ad eccleſiam an habeat locum ſi ſit præſcriptum contra ſententiam.*

13 *Recurſus ad eccleſiam quando habeatur.*

Si quis per triginta.

Caſus.quidam per triginta annos rem alicuius tanquam in feudum poſſedit & pro ea ſeruitium
a præſtitit domino,præſcribit in feudum. hoc dicit. a Addeb
b per præſtationem non probatur aliud quàm indicium. ita dicit Iac.de Are.C.de rei vendi.l.indicia. & ideò eſt ne-
1 ceſſaria præſcriptio quæ veritatem inducit. † Sed quid dices etiam in alijs caſibus,nunquid allegans præſcriptionem longi temporis & longiſsimi ſit ſibi contrarius. Reſpondeo quòd non.vt not.Cy.C.de ſeruis fugi.l.j.ſecundum Ricard. Malum.dicit Accur.ff.de reg.iuris. in l.id quod noſtrum. in quarta opi.quòd is contra quem præſcribitur nil facit:id eſt,
2 tacet. Accur.† Dicit Inno.quòd tutus authoritate canonis inducentis præſcriptionem,non debet dubitare de conſcien
c tia.c de iurepatro. cap.cura.quod not. & ſtatim plenius di-
d cam.d Per triginta.Nota quòd dictio per,notat tempus perfectum.vt ff.de verbo.ſignifi.l:vrbana.§.pernoctare.item a-
3 ctus continuationem. † Quomodò ergo probabitur iſta continuatio per teſtes, impoſsibile eſt quòd ſemper viderint.Item ciuilis poſſeſsio,id eſt poſſeſsio animi eſt inuiſibilis. Reſpondeo, teſtes poſſunt dicere ſe ſemper vidiſſe poſſidere:nam hoc dictum vidiſſe partim refertur ad viſum cor
e poralem, partim ad intellectum.e argu. ff. de manu. teſta.
f l.Mæuia.& not.per Dyn.in l.j.ff.ſolut.matri.vbi vide.f Sed quid econtra.dicit teſtis,vidi per xxx.annos Petrum nõ poſſidere: ſed maritum, vtrum ſit iſte falſus teſtis. dicit gloſſ. quòd non,in l.j.§.j.ff.de iti.actuque priua. Dy. & Iacob. de Are.ibi contra.Tu dic quòd,aut teſtis aſſerit negatiuam in vno,& affirmatiuam in altero: tunc gloſſ.dicit verũ quia ex vna affirmatiua ſequitur negatiua,quoties enim ſuppoſitis principijs cadentibus ſub ſenſu teſtis ſequitur aliquid quod non videtur,tamen illud inuiſibile per ſenſum probatum.vt not.Io.Mo.in cap.primo de confeſſ.lib.ſexto. aut teſtis ſimpliciter aſſeruit negatiuam & de affirmatiua contraria nil loquitur: tunc talis teſtis non probat negatiuam, ſed eſt ſuſpectus de falſitate.vt extra de cau.poſſ.& proprie.cap.
4 cum eccleſia.& ita intelligitur dictum Dy.& Iacob.† Quæro hic ex qua poſſeſsione acquiritur feudum: ſi tu dicis ex naturali,falſum videtur.ff.de acqui.rerum dominio.l. acquiritur.§.fin.& quia impoſsibile eſt quòd corpore ſemper poſſideat: vt no.inſti.de interdict.§.hodie.ſol.dic quòd ciuilis poſſeſsio dicitur duobus modis.Vno modo quælibet poſſeſsio inuiſibilis.quæ conſiſtit in animo. Alio modo dicitur ciuilis,prout eſt ſpecies quaſi oppoſita poſſeſsionis naturalis.Loquendo ergo primo modo,dic quòd præſcribit ex ciuili quæ ex corporali nata eſt.& ſic non obſtat l. acquiritur. quia ibi loquitur de præſcriptione proprietaris: ſed hîc loquitur de præſcriptione vtilis dominij in qua ſufficit poſſeſsio ei correſpondens.ff.de publica.l.cum ſponſus.§. in vecti
5 galibus.† Et no. præſcriptiones non in pœnam inductas fuiſſe, ſed propter libertatem ſubditorum, ne de iure ſuo ſemper dubitent.vt eleganter no. in auth. de tempore non ſolutæ pecunię.§.j.coll.vij.quæ gloſſ.non eſt alibi. *Vt feudum.*
6 † No.verbum,quòd poſſeſsio debet eſſe formis, id eſt tanquam feudalis: ſic ff.quemadmo.ſerui.amit.l.fin.& hoc modo loquitur.l.cum de in rem verſo.ff. de vſuris. quæ loquitur de præſtatione formi,id eſt cauſa inſerta.Secus in infor-

Source : BIU Cujas

mi, quia operatur plus præſtatio quàm ſtipulatio, quæ ſine cauſa non habet effectum vt ff. de except. doli. l. ij. §. circa. Item legum præſumptiones non adaptantur ad ea quæ à lege habent incertam formam erogationis: vt ff. de annu. leg. l. Seio. ad hoc facit id quod dicunt doc. ſolennitatem præſumi circa ea quæ formiter acta ſunt, & non circa informia, id eſt vbi non apparet cauſa. vt no. per Pe. & Cy. in l. j. C. de contrahen. & commit. ſtipul. & hoc totum intendit dicere gloſſ. ordinaria in d. §. circa. & ff. de actio. & obligatio. l. obli
7 gationum ferè. §. placet. *Tueri poteſt.* † Sed quæro nunquid ſicut vaſallus præſcribit feudum ita econtra dominus præſcribat ius petendi ſeruitium. & videtur quòd non, quia ius agendi actione perſonali non poteſt præſcribi cùm nõ poſſideatur vel quaſi. vt l. vltì. ff. quorum bonorum. contrarium dicas, quia iſta eſt præſcriptio correlatiua, & ideò vno extremo dato aliud de neceſsitate ſequitur. vt l. fin. ff. de indic. vidui. tol. & ff. de iureiur. l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit.
8 & §. Marcellus. † Extrà no. quòd ille qui præſcripſit, poteſt
g rem cum bona conſcientia retinere [g]: aliàs nullus poſſet excipere de præſcriptione: quia cum iudex videret eum delinquere, ex officio ſuo repelleret eum. Hoc no. per Innocen. extra de iurepat. cap. cura. & in cap. j. de præſcrip. & ibi Ber. dicit Accur. quòd ille qui præſcribit habet veritatem iuris pro ſe, licet non habeat primordium veritatis. vt ff. de eden. l. j. in prin. in gloſſ. magna. Ibi quia poteſt eſſe &c. quam gloſſ. not. Et ſcias quòd præſcriptio non ſupponit conſenſum aduerſarij. vt no. ff. de dolo. l. j. in fin. in princ. in gloſſ. fin. ver. ſed quatenus. quæ gloſſ. eſt multùm no. tamen in præſtationibus bene eſt ibi conſenſus. & in quibuſdam patentijs. vt. C. de petitione hæred. l. ſi filius. & not. in l. penult. C. communi diui. & nota ℣ gloſſ. appellat quandoque præſcriptionem conſuetudinem: & dicit quod talis conſuetudo quandoque æquiualet veritati. vt no. C. de ſer. & aqua. l.
2 j. in magna gloſſ. ver. item quod dicit. † Quærit hic gloſſ. vtrùm feudum poſsit præſcribi mala fide: & dicit quod ſic, quia conſuetudo feudorum non diſtinguit: ergo nec nos. & erit ſpeciale in feudo propter ſeruitia quæ ſponte recepit dominus à vaſallo, & ideò non eſt neceſſe quòd in probanda præſcriptione feudi fiat mentio bonæ fidei: licet ſecus in alijs præſcriptionibus: oportet enim in illis bonam fidem allegare aliàs nunquam præſumeretur. vt no. inſtit. de actio.
h §. aliæ. [h] quoniam facti eſt & animi: ideò non præſumitur niſi allegetur. vt no. ff. de acquir. rerum domi. l. bonæ fid. ſed Iac. de Bel. tenet contrarium, quia dicit quòd nunquam cum mala fide præſcribitur dominium, & per conſequens non præſcribetur feudum, ſed ſola exceptio. vt C. de præſcript. xxx. anno. l. ſi quis emptionis. & ſi aliquando inuenis quòd malam fidem habens præſcribat, puta ſi ſum obligatus tibi ad dandum meum fundum conſidera quòd ego non poſsideo mala fide fundum, licet ſciam me teneri perſonali actione: vt ff. de vſuca. l. pignori. §. fin. nec poſsideo actionem, quia actio eſt penes creditorem. Vnde in iſta præſcriptione non requiritur poſſeſsio, & per conſequens nec bonæ fidei poſſeſsio, ſecundum Bar. qui ita no. ff. de vſuca. l. ſequitur. §. ſi viam. Aut igitur præſcriptio currit ex poſſeſsione, & requiritur bona fides. Aut ſine poſſeſsione, vt in actione perſonali, & non requiritur bona fides ſecundum Bar. Certè ſi ſciat ſe debere, dolus præſcribitur, id eſt tempore non conualeſcit ſecundum canones. Sed ſimplicitas canoni ſtarum de iſta ſubtilitate non curaret, quia ille qui ſcit ſe debere, ſemper peccat non ſoluendo præſertim ſi dies vel creditor interpellauit. vt ff. man. l. dolus: quo caſu etiam ſpoliari videtur: vt extrà de elect. cap. querelam. ſcilicet denegando ſecundum Inn. meritò non debet in ſuo delicto foueri. vt extrà de conſue. cap. cum tanto. Tamen in foro Iuſtiniani vera eſt opi. Bar. quia ius commune & ſtatutum & conſuetudo poſſunt ſtatuere, quòd malæ fidei poſſeſſor præſcribat, non fauore præſcribentis, ſed odio negligentis. C. de edict. diui Adrian. tol. l. edicto. §. fin. & eſt iſta potius quę-
i dam pœna legalis, quàm præſcriptio, i. argu. ff. ex qui. cau.
10 maior. ſed & ſi per prætorem. §. ſed ſi dum decreto. † Sed quæro nunquid ſtatutum poſsit tollere naturalem obligationem creditoris negligentis agere. dicit Bar. quòd ſic, ſcilicet quo ad effectum: ciuilem autem tollit ipſo iure. vt l. fin. ff. rem ratam haberi. Ego dico quòd ſi ſtatutum diceret, quòd creditor quia non petierit infra tantum tempus intelligatur feciſſe pactum de non petendo: Vel quòd intelligatur ſcilicet ſolenniter per acceptilationem liberaſſe debitorem. Vel quòd intelligatur ei ſolutum in effectu, quòd tunc bene tolleret naturalem obligationem ſaltem in effectu. ſed ſi ſimpliciter interdiceret, quòd ratione negligentiæ tollatur obligatio naturalis. puto quòd obligatio naturalis in fo-
k ro ſtatuentium elidatur. ſecus in foro canonico [k] ratione peccati. & hoc probo ſic. Certum eſt quòd ſi ab initio eſſet ſola naturalis non tolleretur per tale ſtatutum: quia vbi nõ eſt actio, ibi nec præſcriptio. Facit quod not. ff. de nego. geſt. l. et qui natura. & l. Proculus. in vltima gloſſ. ergo vbi eſt naturalis & ciuilis obligatio, quæ ſunt duæ radices obligationum. vt no. inſti. de oblig. in princ. remanere debet naturalis, quæ eſt de iure gentium, quæ ſufficit ad procedendum per viam denuntiationis in foro eccleſiæ. nec debemus dicere quòd propter conſortium ciuilis naturalis obligatio infirmetur: vt not. ff. de pac. l. ſi vnus. §. pactus. in gloſſ. quæ incipit imò videtur. Porrò ſi ſtatutum non refert ſe ad obligationem, ſed ad perſonam agentem, puta quia dicit quòd creditor non audiatur, tunc non tolleretur aliqua obligatio, nam & lex dicit excommunicatũ audiri non debere: & tamen ex contractu celebrato ante excommunicationem vel poſt debitor ei naturaliter & ciuiliter obligatur, licet interim petitio ſuſpendatur, vt infrà, hîc finitur lex. deinde conſuetudo regni incipit. §. domino guerram. quo caſu puto quod dictum ſtatutum non impediat quin debeat audiri in curia eccleſiaſtica, niſi iuſta cauſa eum repellat. verbi gratia: dicit ſtatutum quòd qui non ſoluerit gabellam non audiatur, nam hoc ſtatutum factum eſt fauore publicæ vtilitatis principaliter, & ſecundariò. & ideò debet ſeruari in quo-
l libet foro [l] vt extra de foro compe. quod clericus. Idem dico, quod ſi ſtatutum dicit quod ſi inſtrumentum non fuerit re-
m giſtratum in memorialibus præſumatur falſum: [m] nam cũ iſtud ſit principaliter factum ad ſupplantandos malos mores falſificãtium in vtroque foro, debet pariter obſeruari. vt not. ff. de poſtul. l. ex ea. Et ſi diceres contrarium ſequeretur abſurdum, quòd lis et conſuetudines feudorum dicant quòd requirantur pares curtis, vel breue teſtatum: certè per recurſum ad eccleſiam iſtæ conſuetudines eſſent ludibriæ: quia in foro eccleſiaſtico ſcriptum eſt, in ore duorum, &c. quod eſt falſum iuxta nota. in l. j. ff. de conſtitut. principum. quæro quid eſt quod dicitur in dicto §. ſi viam. vbi dicitur quòd de ſeruitute vię dominus non repellit vicinum. nam hoc eſt falſum ipſo dicto & facto, cum competant reſtitutoria interdicta. Reſpondeo, litera vult dicere quòd non dicitur expelli, quantum ad impediendum libertatem naturalem ipſius agri. hîc enim naturalis ſtatus rei eſt ille qui inducit facultatem præſcribenti: quia ex tali præſcriptione nihil acquiritur præſcribenti, ſed ſolum remouetur obſtaculum quod obſtabat libertati, quæ libertas habet originem bonæ fidei. quia eſt de iure naturali prædiorum & ex vi proprietatis debet eſſe apud dominum prædij. vnde dicit Guiliel. de Cun. alibi, quòd ipſa proprietas habetur loco tituli: vt ipſe not. C. de præſcriptione triginta annorum. lege ſi quis emptionis. in ſecunda quæſtione. vbi etiam dicit quòd dominus præſcribit titulo pro ſuo: ponens talem caſum.
11 † Quidam præſcripſit contra dominum, poſteà cecidit à poſſeſsione, & reuerſa eſt poſſeſsio ad dominum. nam dominus ratione proprietatis præſcribet titulo pro ſuo, nec eſt neceſſarius alius titulus: tamen in iſto exemplo ego requiro bonam fidem. & iſta quomodo eſt vtilis etiam in materia feudi quod dominus poſsit econtrariò præſcribere ex ſola proprietate, ſine alterius tituli ademptione. nam non præſcribit vtile dominium: ſed eius amotionem, & conſolidationem proprietatis. vt ff. ad Treb. l. ſi hæres. Quæro vtrùm ſi ſtatutum abbreuiet præſcriptionem xxx. annorum an habeat in tali ſtatuto locum diſtinctio. lege ſi quis emptionis. C. de præſcriptione triginta annorum. & puto quòd

ſic:

Source : BIU Cujas

sic: quia tempus surrogatum loco alterius tẽporis sapit eius naturam. Et vtor argumento brocardico. argu. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & C. de tempo. in integ. re-
12 sti. l. superuacuam. † Deinde quæro præscriptum est contra sententiam iudicis: vtrum hoc casu habeat locum recursus ad ecclesiam sicut dixi in pacto. Respondeo nõ, quia obligatio quæ inducitur ex sententia nõ est de iure gentium, præsertim cum sententia sit iniqua. vt not. ff. de condi. inde. l. Iul. cum sua materia. Facit quod no. Inno. de immu. eccle. quia pleriq;. & vbi vide in nouella. Postremò quæro vtrum quãdo recurritur ad ecclesiã propter defectũ iustitię iudicis secularis, habeat locum coram episcopo sacramentum in defectum probationis. Respondeo non: quia sacramentũ aduersarij mei non inducit conscientiæ læsionem: & recursus ad ecclesiam non est efficax nisi manifestè appareat de con-
n scientia læsa. vt no. Inno.[n] extrà de iudi. c. nouit. & no. in c. j. de iure patro. in cle. non autem posset dicere se non habere conscientiã læsam debitor cùm plenè probaretur cum nec purgare tũc se posset. & ita intelligo quod ibi suppletur per Host. & in nouel. licet enim nemo sciat cor alterius. vt ff. de pactis. l. iurisgentium. §. pactorum. tamen in isto casu pro
13 scientia est ipsa legis dispositio. † Vltimò concludo quòd recursus ad ecclesiam nunquam habet locum, nisi quando iuris ciuilis obseruantia habet in se peccatum de iure naturali & non in pœnarũ executionibus, vel odiosis. ff. de mino. l. auxilium. de condi. inde. l. si pœnę. in prin. Item iste recursus nunquam habet locum, si per diffinitiuam iudex secularis
o decidat negotium.[o] vt in c. vlt. de excep. lib. vj. nisi esset cau sa ecclesiastica, vt vsurariæ prauitatis vt ibi patet. voco enim
p prauitatem simulationem in fraudem vsurarum.[p]

ADDITIONES.

a Hoc dicit. Singularis casus secundũ moderniores in ca. fi. de præscr. & dicunt non procedere in ecclesia: quia requiritur spatium xl. anno. Andreas Barbatias.

b Adde. Nota q; etiam apud seruum nomine domini est quædam pos. per quã dominus præscribit. ff. de capti. l. in bello. §. factæ. quod Mart. contra Iul. negabat.

c Conscientia. Vide Bal. in l. cum quis. C. de iur. & facti igno. vbi refert Pe. & quod no. in c. ij. de reg. iur. in vj. And. Barba.

d Dicam. Adde quòd beneficium ecclesiasticum longissimo tempore non acquiritur extrà de test. c. ex parte. Adde quando præscriptio procedit ex possessione aduersarij, nunquam habet consensum eius cõtra quem præscribitur. Quid ergo si quis dicat ita: cõsentio vt præscribas, respondeo nõ est mera præscriptio, sed vnà cum pacto fauorabilis est, & ex ea etiam longissima quæri potest dominium directum arg. insti. de re. di. §. si quis à non domino. quod not. Et scias quòd in l. cum de in rem verso. licet præsumatur contractum præcessisse: tamen nõ est naturalis obligatio. & ideò in l. si certis annis. C. de pactis. nil operatur illa præstatio, quia naturaliter nil operatur. Et not. quòd exceptio præscriptionis si liquida sit & ante lit. conte. opponatur impedit eius summarium processum & intentionem agentis non solum finalem, sed etiam intentionem procedendi quia causam finit C. de edicto diui Adria. tol. l. si secundum Bu. Et not. quòd quis habetur pro titulo ad præscribendum. contrà, extra de confir. vti. vel inu. c. cum dilecta. in nouella.

e Intellectum. Vide plenè Bar. in l. j. ff. sol. mat. And. Bar.

f Vide. Et probatis extremitatibus præsumitur continuatio temporis: quia si esset vacuum tempus, tamen suis extremitatibus accrescit, seu accedit. vt l. sicut. §. superuacuum. ff. qui. mo. pig. vel hyp. sol. & ibi per Cyn. Extrà no. quòd cum titulo omnis seruitus huius causam discontinuam præscribitur longo, vel saltem longissimo tempore, sed si ne titulo acquiritur in continuum tempus habentibus cuius contrarij memoria non existat. Sed Iaco. de Rauen. & Pe. vt notat Cyn. ff. de legi. l. de quibus. in illa quæstione quanto tempore præscribatur consuetudo. & ibi vidi. Extrà nota quòd qui intentat dominium ex titulo quem prætendit à domino, reportat victoriam probata præscriptione. vt no ta. extrà de censi. c. significauit. secus si omne ius intentauit. de fide instru. c. inter dilectos.

g Retinere. Intellige quando bona fide retinuit vt in c. ij. de reg. iur. lib. vj. And. Barba.

h §. Aliæ. Sed certè ibi gl. videtur *innuere* cõtrarium, q; non est necesse bonam fidem probare, cum consistat *in animo*. facit ca. cum auditis. cap. cum olim. de præscrip. vbi allegata fuit præscriptio, nec habita mẽtio bonæ fidei. Vide gloss. in ca. fi. diligenti. & c. fi. de præscrip. quæ dicit quòd bona fides præsumitur & gloss. xvj. quæstio. iij. cap. licet. & ibi no taui in decreto. sed certè intellectus Bal. est notabilis ad illam gloss. po test dici quòd allegando præscriptionem videtur allegare bonã fidem, & ita tenent Moder. in dicto cap. fina. Et vide quæ notaui ad Bart. in l. Celsus. ff. de vsucap. Vide gloss. in cap. sanctorum. de præscrip. quæ dicit quòd in dubio præsumitur bona fides. Vide Bald. in l. j. C. de ser. vbi dicit quòd non præsumitur, si non præcedat titulus. allegat Cy. ibi vide Barto. in l. Celsus. ff. de vsucap. Et vide Inno. in cap. cum ecclesia Sutrina. de causa poss. & proprieta. *vbi dicit* quòd bona fides non præsumitur. tu restringe illud dictum suum quando quis præscribit contra ius commune. Vide ibi gloss. in cap. fina. de præsump. sed pondera glo. in clemen. appellanti. de appellatio. vnde notorium debet allegari. non probari. respondeo quòd istud resultat facto iuris, ergo non est allegandum. Item quia istud est infallibile, debeo allegare. ergo probare. capi. non est. de consuetu. in sexto. in gloss. licet fallat in notorio resultante ex facto partis, & in quantum ista gloss. dicit quòd feudum præscribitur cum mala fide do. Anto. & Ioan. de Imol. & Abb. in cap. ad audientiam. de præscrip. tenent contrarium. Vide quæ ibi dixi. Et vide Bal. in cap. j. ad fi. suprà de conten. inter do. & fide. And. Barb.

i Quàm præscriptio. Et ideo non exigitur bona fides, quare nec mala fides esse potest, vbi legis authoritas interuenit, & iustificat. l. j. C. de his qui ve. æta. impe. Et econtrà, vbi lex contradicit expressè ibi bona fides adesse non potest. C. de his qui. vt indig. l. j.

k Canonico. An valeat statutum in foro poli. quòd creditor si non petat debitum infra decem annos cadat ab eo. Vide Barto. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. & An. in l. j. de consti. prin. And. Barb.

l Fore. Tu limita hoc, nisi esset gabella quę posset fraudari: voluit Bal. in c. j. infrà quæ sint regal. & l. cum proponas. C. de naut. fœno. & in l. ij. C. de iur. annul. aureo. & in l. veluti ff. de iusti. & iur. Vide eundem in l. ij. C. de vecti. & Ang. in l. vectigalia. de vecti. & vide quæ dixi in ca. penultimo. aliàs antepenultimo. de iudic. Et vide Bal. in authen. ad hęc. C. de iudic. Andr. Barba.

m Falsum. Idem in simili sentit Bar. in extrauaganti ad reprimẽdum. in verbo denuntiatio. vbi dicit quòd in Macedoniano, vel Velleiano, non habet locum denuntiatio in foro canonico. idem sentit Inno. in c. quia plerique. quòd præscribens bona fide non tenetur in foro animę, quia præscriptio est inuenta propter bonum & æquum & idem ibi tenet in Macedoniano. & transeunt Mod. in c. fi. de præscri. And. Barb.

n Inno. Not. quòd quando recurritur ad iudicem ecclesiasticum, non defertur sacramentum in defectum semiplenæ probationis. Vide alias notabiles limitationes per Ludoui. in l. admonendi. quibus adde istam. Andr. Barba.

o Negotium. Vide Bal. *qui ita dicit in* authen. clericus. C. de episco. & cleri. aliter loquitur in authen. ad hæc. C. de vsu. do. Abb. in c. nouit. allegat Bal. hic vide ibi. & Bar. in verbo per denuntiationẽ. in extrauagan. ad reprimen. Andr. Barba.

p Vsurarum. Adde quòd res iudicata idem est quod sententia, sed res transiens in rem iudicatam est idem cum nõ posset appellari. ff. de pig. si fun. §. si plures. Item no. quòd executio dicitur effectus sententię. supra de iudi. properandum. §. fin autem res. &c.

1 ☞ *Vasallus si efficiatur clericus an amittat feudum.*
2 *Et an requiratur quòd habeat quatuor ordines sacros.*
3 *Vasallus habens precariam, si ingreditur monasterium, quid erit.*

Qui clericus. *Si vasallus clericus vel monach⁹ efficiatur*, feudum amittit. hoc dicit. *Clericus*. scilicet, secularis vt differat à sequenti text. aut votum &c. vbi loquitur de religiosis. si enim sit talis clericus qui possit habere proprium: vt clericus secularis: sed si non vt clericus regularis: tũc perdit feudum eoipso sine alia sententia: nam quoties ratione status incomparabilis quis priuatur, eo casu ipso iure priuatur. text. est hîc notabilis in verbo hoc ipso. Et not. quòd si istud feudum erat nouum, redit ad dominum: si paternum ad agnatos: vt suprà de milit. vasal. qui arma belli. depos. capitulo primo. Petrus de Cerueto.
1 † Oppon. clericus secularis potest seruire per substitutum. vt not. infrà de beneficio feudi. capitulo primo. & C. de episcopis & clericis. l. quisquis. & ff. de verborum obligation. l. continuus. §. si ab eo. ergo non perdit feudum glossa. hic tangit & non determinat. Tu dic distinguendum est genus seruitiorum: nam si feudum est datum ad tale seruitiũ quod possit vel soleat per eum explicari durat feudum, aliàs non: quia non debet statutum obligationis variari. argumento ff. de verborum obligationi. l. insulam intra *biennium*. & quia non debet domino per vasallum conditio *iniqua* aff erri: vt ff. de regu. iuris. l. non debet alteri. Oppon. nam si vasallus videt se amissurum feudum, retrahetur ab ordinũ susceptione & à Dei seruitio quod est absonum. vt no. per Cy. §. ad Treb. authen. nisi rogati. Item *religionis habitus* nõ debet nocere, sed prodesse. vt C. de *epi*. & cle. l. Deo nobis. Sol.
2 rei qualitas soluit cõtrarium. † Quæro vtrùm istud c. intelligatur in eo qui susc epit *ordines* minores: nã de facili agnati si hoc esset possunt circũuenire quendã adultum in susce ptione minorũ ordinum, nisi dicas q; minor restitueretur in integrũ: non qa assumpserit clericatũ, sed qa amiserit feudũ

Source : BIU Cujas

dimittendo ergo cleticatum recuperarer feudum ope reſtitutionis, non ipſo iure: vt infrà de bene. feu. c. j. & not. infrà. eo. c. naturalis. Vel dic verius. Aut aſſumit ordinem ſacrum, & tunc perdit feudum, quia efficitur miles dei. Aut non ſacrum. & tunc refert. Aut obtinet beneficium eccleſiaſticum & idem ar. extrà de reſcrip. graue. in cle. Idem ſi impetrauit, licet nondum obtinuerit. arg. ff. de diuor. l fin. Si autem nec habet, nec impetrauit, non perdit feudum etiam ſi ſit intitulatus ad titulum ſui patrimonij: quia non eſt miles Dei licet fecerit præparatoria. vnde Io. Faſolus de Piſis in ſumma ſua intelligit iſtum text. quando aſſumpſit ſacerdotium vel ordinem ſacrum: aliàs nō. Item ſi aſſumpſit ſacerdotium eſt in poteſtate domini, vtrum velit auferre vel non, ſed ſi eſt factus monachus omnino vacat feudū quia habetur pro mortuo. Similem diſtinctionem facit Bar. ff. de concuſ. l. in concubinatu. verba autem Io. Fa. doc. prædicti in ſumma ſua in ti. qui. mo. feu. amit. ſunt hæc. Item perditur feudum clericatione. ſ. ſi vaſallus factus ſit ſacerdos, vel monachus, vel canonicus regularis: vel ſit in ſacris ordinibus: vt infrà, ſi de feudo fue. cōtro. c. ſi clericus. ſic etiam ſoluitur cōpromiſſum, ſacerdotio adueniente, licet de nouo poſſet in ſacerdotem compromitti. ſic ergo clerico poterit de nouo indulgeri. ff. de arbit. l. nō diſtinguemus. §. ſacerdotio. Monachi verò qui ſunt inhabiles ad ſeruiendum feudo meritò perdunt illud: quia pro mortuis reputandi ſunt quo ad mundum. C. de epiſc. & cler. l. Deo nobis. in authent. de nup. §. diſtrahuntur. & ratio eſt quia cum facti ſunt milites Chriſti, deſierunt eſſe milites ſeculi: vt infrà, hic finitur lex. §. ex hoc illud. & amplius Deo militans non implicet ſe negotijs ſecularibus. extrà ne cle. vel mo. c. j. & per totum. † Quid autem ſi ingreſſus ante ingreſſum habeat precariam, vel libellū, vel vſumfru. in rebus alienis, an duret etiam poſt ingreſſum viuente ſaltem eo. Reſpondeo ſic arg. C. de epiſc. & cle. l. ſi quis preſbyter. de leg. ij. l. peto. §. j. de do. inter vir. & vxor. l. ſi mors. j. reſpondeo. Ratio eſt, quia in talibus non exigitur ſeruitium perſonale, ſed reale quò ad monaſterium poterat æquè ſolui. ar. inſtit. de acquir. per arro. §. fi. Sed videtur quòd ſi debeat monachus, vel ſacerdos ingreſſus ſeruitium perſonale præſtare, q̄ illud poſsit præſtare per alium ſibi ſimilem ſubſtitutum arg. C. de prin. agen. in rebus. l. fi. li. xij. C. de epiſ. & cle. l. quiſquis. ff. de conſtit. pecu. l. qui autem. §. pe. ſed ſi velis hanc opinionem ſequi, cōſidera in ſubſtituto ea quæ no, in ſumma. ſuprà qui poſſ. dare in feu. §. item dabit in feudū. Ioannes Faſolus. Et adde quod nota. ff. de minor. l. ex cauſa. §. Papinianus.

Et ſi vaſallus Vaſallus feudum nō amittit etiam ſi omni anno domino ſe non præſentet. hoc dicit Et eſt ratio quia lex hoc non dicit. ergo nec nos dicere debemus. ff. de acquir. hære. l. ſi ſeruum. §. non dicit. & ff. ſi quis à paren. fue. manu. l. penul. E contrà quod lex dicit & nos dicere debemus. vt ff. de alea. l. prima. §. quod autem.

1 *Fidelitas an ſit præſtanda omnibus hæredibus domini.*
2 *Quid e contra ibidem.*
3 *Feudum per diuiſionem bonorum poteſt ad unum deuenire.*
4 *Filius factus per adoptionem non ſuccedit in feudum.*
5 *Conſuetudo poteſt diſponere ſuper ſucceſſionibus.*

1 **Omnes filij** †Caſus. Vaſallo mortuo filijs pluribus ſuperſtitibus, omnes fidelitatem facere debent domino, ſi feudum indiuiduum tenēt. Sed ſi feudum ex diuiſione ad vnum peruenit, ille ſolus tenebitur fidelitatem facere. hoc dicit. no. iſtud capitulum: & ratio primi dicti eſt, quia omnes habentur quaſi vnus ex eo q̄ in locum vnius ſuccedūt: vt ff. de condi. & demon. l. cui fundus ff. de excu. tuto. in l. ij. §. quocunque. & quia fidelitas eſt quid indiuiduum. Et eſt ratio, quia omne quod non eſt corpus hæreditarium actu vel habitu, reputatur indiuiduum: vt ff. de iure pa. l. Carmelia pia. & l. quædam mulier. fami. erciſc. & quod no. in l. ij. C. de libert. & eorū li. & ad idem ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. § ſi plurium res. & §. ſi pluriū dominorum. & ff. de condi. & demon. l. cui fundus. tamē licet plures cenſeantur vt vnus, non intelligas q̄ ſint vniuerſitas: quia quoties ius aliquod ex aliqua ſumitur nō ex vniuerſo, id vniuerſitatis eſſe impoſsibile eſt: vt ff. de ſer. ruſti. prædio. l. per fundū. Iſte ergo primus paſſus eſt, quādo pluralitas emergit ex parte debitoris: nā caſus in perſonā eius cōtingens qualitatem obligatiōis immutare nō poteſt: vt ff. de ver. ob.
2 l. ij. §. ex his. † Sed quæritur quid ecōtrariò. ſi caſus pluralitatis accidit in perſona creditoris. caſus enim in perſonā creditoris cōtingens bene poteſt nocere hæredibus eius: vt plenè legitur & no. ff. loca. l. ſi vno. §. item cū quidā. & ff. de var. & extraor. cog. l. j. §. diuus. quæritur ergo ſi dñs deceſsit relictis hæredibus multis, vtrū omnib. ſit fienda fidelitas, an nulli ratiōe incertitudinis: an verò vaſallus poſsit gratificari vni iuxta id quod dicitur in alia materia. ff. ad Silleia. ſi q̄s in gra. §. ſi cū omnes. de leg. ij. l. ſi ſeruū. §. ſi inter. C. de fecū. nu. l. fœminæ. in fi. iſta quæſtio fuit diſputata per Pil. qui ſolēniter allegauit: & inter cętera aſsignantur tres rationes. Prima quia nō eſt recedendum à tenore cōtractus. ff. de fideiuſſ. l. fideiuſſores magiſtratuū. §. j. & l. ſtipulatio eius. & no. Accur. C. ad Trebel. authen. niſi rogati. Secūda, quia nō debet durius obligari reus propter caſum cōtingentē in perſona creditoris. Tertia quia ſpecialis, & limitata obligatio nō debet extendi. E cōtrariò ad partē affirmatiuam, quia tacitè videtur actum de hæredib. & quia obligatio iſta eſt tranſmiſsibilis. & quia tranſmittitur tanquā indiuiduū, ergo ad omnes: quia cōtractus debet plenè interpretari. ff. locat. l. quæro. & notatur. ff. de eo quod certo loco. l. centū Capuæ. Sed quicquid ſcripſerit Pileus hæc quęſtio videtur terminari per capitulum Imperialē. §. prætereà ducatus. vbi dicitur q̄ ratiōe vnius feudi nō debet fieri fidelitas niſi vni. & in hoc reſidet gloſſ. Idem tenet Petr. de Ceru. & Iacob. Belui. Adde quod not. ff. communi diuidundo. l. communi diuidun. in princi.
3 † *Ad unum.* Not. quòd feudum per diuiſionē bonorum poteſt ad vnum inſolidum deuenire. idem not. C. familię erciſcun. l. ſi familiæ &c.

4 **Adoptiuus.** †Datur regula q̄ filius factus per adoptionem nō ſuccedit in feudo. hoc dicit. De hoc dic vt in ſumma. quid ergo de filio arrogato. Pet. de Cer. ambiguè loquitur: ſed tu dic idem, quia impoſsibile eſt q̄ fictio naturalem veritatē inducat in aliquo ſubiecto: vt ff. de libe. & poſthu. l. filio quem pater. & C. de iure dotium. l. in rebus. §. fi. Porro feuda ad naturā reſpiciūt niſi authoritate principis eſſet arrogatus ea lege. vt ſuccederet in feudo: argum. eorum quæ dicentur infrà cap. naturales. & l.
a quod principi. ff. de aqua pluuia arcen.[a]

Mulier Mulier feudum habens deceſsit ſuperſtitib. filijs ex primo & ſecundo matrimonio: quę ritur qui ſuccedant in feudo. Reſpon. q̄ filij primi matrimonij h. d. Hoc intelligo, quādo probatur ſuper hoc vigere ſpe
5 cialem cōſuetudinem loci. † Nam iura cōſuetudinaria poſſunt diſponere de ſucceſsionib. vt extrà de teſt. capit. Raynu. hac ratione valet cōſuetudo q̄ ſuccedat primogenitus. vt dixi C. de ſum. tri. in l. cunctos, ſed ſi nō apparet de ſpeciali cō ſuetudine loci, filij æqualiter ſuccedūt: vt ſuprà de gradi. ſue. in feud. c. j. & quod not. ff. de re. iur. l. iura ſanguinis. vbi eleganter nota. q̄ ſucceſsio ab inteſtato eſt de iure ſanguinis, quod ſine dubio verum eſt in liberis: vt l. prima. §. finali. de
b his qui ante apertas tabulas.[b]

ADDITIONES.

a Plu. arc. nec etiam faciunt conditionem illam verificari ſi ſine liberis deceſſerit. de condi. & demon. l. fideicommiſſum. ff. de leg. ij. ſi ita quis. §. fi. & ſub argu. iſte text. & ſimilia quòd ſi cui concedatur quid in emphyteuſim pro ſe & liberis non comprehendantur adoptiui.

b Aper. tabu. Et adde quod habetur infrà de fil. na. ex matrimonio ad mor. c. j. ſed Ia. Aur. intelligit hoc c. de feudo acquiſito contemplatione primi matrimonij: & ideò primi filij tantum ſuccedunt arg. ff. de vulg. ſubſti. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. & ff. de colla. bono. l. j §. id quod. Et eodem modo expone quod dicit de cæteris bonis acquiſitis. ſcilicet cō templatione primi matrimonij. Alij intelligunt hîc q̄ iſtud ca. non eſt ſeruandum quia eſt iniquiſsimum. Prima opi. mihi placet. Adde q̄ diffe

rentia

Source : BIU Cujas

rentia est vtrum aliquid concedatur tibi pro me, an propter me, vt ff. de pecul. leg. l. dominus Sticho. per Accur.

1 ☞ *Legitimati naturales an succedant in feudum.*
3 *An sit necesse exprimere principi qualitatem illegitimi' atis.*
4 *Et an sit necesse quòd princeps apponat clausulam non obstante.*
5 *Quid de legitimatis per matrimonium.*
6 *Testator an posit aliquem instituere hæredem sub conditione, ut postea filio suo incapaci restituatur.*
7 *Legitimati an possint partem hæreditatis auferre iam legitimis acquisitæ.*
8 *Matrimonium an tacitè probetur per instrumentum dotis.*
9 *Natus ex clerico constituto in minoribus ordinibus an legitimetur per subsequens matrimonium.*
10 *Quid de eo qui desponsat concubinam in articulo mortis.*
11 *Matrimonium si non teneat propter impedimentum publicæ honestatis, quid iuris.*
12 *Pater occidens filium spurium an teneatur lege Pompeia de parri.*
13 *Priuilegium imperiale concessum ad legitimandum an extendatur ad maiorem spurietatem.*
14 *Minor xuij. annis an cogatur præstare fidelitatem.*

1 **Naturales.** †Regula datur quòd naturales filij etiam legitimati non succedunt in
a feudo. h. d.[a] †Quæritur quid si legitimati sunt per princi-
2 pem eo adiecto quando succedant in feudis? Respon. tunc succedunt cum legitimis propter supremam principis potestatem secùdum gl. ibidem. Iac. de Bel. & Pe. de Cer. & vt dicunt ista quæstio fuit de facto Mutinæ. quam quæst. latius prosequuntur domini canoni. in c. per venerabilem. qui filij sint legi. dixi in l. eam quam. in repe. C. de fideicom. & ibi de
3 his quæ sequũtur & aliis in materia. †Sed ego quæro nunquid in tali legitimatione sit necesse quòd exprimatur qua-
b litas illegitimitatis. dic ꝙ nõ.[b] sufficit enim si est spurius, ꝙ
c exprimatur spurietas, licet nõ exprimatur qualitas c spurietatis: puta quia nõ dicatur ꝙ natus sit ex monacha vel adultera ꝑm Io. And. quia ita no. extrà de fil. presb. c. fi. in nouel.
4 †Sed ego quæro nũquid sit necesse ꝙ princeps tũc apponat clausulam non obstante. Respõdeo non, quãdo princeps rescribit specialiter, & ex certa scientia: & hoc verbum ex certa scientia in literis sit expressum. Secus si daret alicui generalem authoritatem legitimandi: quia plus operatur species certa, quàm dispositio generalis .vt dixi in l. j. C. de furtis. & ibi. no. Et ita intelligitur in authent. quibus modis natur. efficiuntur sui. §. fin. Facit quod nota. in c. j. de consti. lib. vj. in nouella. Alij dicunt quòd requiritur clausula derogatoria: qua non adiecta, princeps videtur potius per importunitatem induxisse quàm ex deliberatione. iuxta notata. C. de natu. lib. l. j. & C. si. nuptię ex rescrip. pe. l. j. & ff. quod quisque iuris. l. nij. §. si is pro quo. cum multis similibus. Tamen prima opinio defendi potest de iure per legẽ, qua in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nuptiarũ. vbi etiam incestuosos princeps ex certa scientia legitimos facit. & non solum proprio
d motu, sed etiam ad supplicationem, quod est not.[d] †Quæ
5 ro quid de legitimatis per matrimonium: Respondeo secũ
e dum Iacobum de Beluisio, hi in feudo succedũt.[e] Facit quod not. Ber. extrà de elec. c. innotuit. Et vide de hoc latè per Io. Andr. in c. lator. extrà qui filij sint legi. sed tu in hoc considera, & respice formã inuestituræ, nã si diceret pro te & filijs tuis ex te legitimè descendentibus, non continentur legitimati, quia talia verba respiciunt principiũ genituræ, & non est nostrum extendere scripturas. C. de fide instrumento. l. contractus. principium intellige, scilicet conceptionis vel natiuitatis prout expedit filijs. C. de natura. liber. l. nuper. argumen. ff. de infamibus. l. quid ergo. §. pœna. in ratione sui. Si autem dicit filijs simpliciter, tunc legitimati succedunt: quia indefinita æquipollet vniuersali. Andr. de Iser. dicit ꝙ matrimonium non legitimat filios ad feuda, propter vitium originale, præsertim superstitibus legitimè cõceptis. Alij dicunt quòd licet legitimetur illegitimus, tamen remanet il-
f legitimus not. in cap. quanto. de transla. episco. in nouella. f
6 †Extrà not. quòd si instituo te hæredem sub conditione, si partem hæreditatis spurio meo dederis, vel sub alio onere
g extrinseco, nõ possum hoc facere [5] quia esset fraus legis de donation. caus. mortis. l. quod conditionis. per glos. & Dy.
7 †Item cum filijs legitimis hæreditas acquisita est iure naturæ, non videtur quòd sequens legitimatio spurij possit eis hoc auferre, nisi dicas quòd hic videatur subesse causa scilicet ipsa natura, quia alieno morbo laborant: vt no. in proœmio ff orum. & si per legitimationem tollatur pœna tamen impossibile est quòd tollatur deformitas culpę: vt suprà di-
h xi.[h] †Extrà nota, an per instrumentum dotis tacitè contra-
8 hatur vel probetur matrimonium. dicit Dyn. quod non. ff. de donat. l. donationes in concubinam. Dyn. quando princeps legitimat ad feuda. Ista tamen non est gratia communis vel exuberans & ideò exuberans solennitas requiritur, vt dicatur in ea non obstante. c. naturalis. Sed vbi est gratia communis sufficit dicere non obstante aliqua lege: vt nor. ff. de regulis iuris. l. fœminæ. Sed quid si cõceditur feudum cuidam existenti in sacris recipienti pro se & hæredib. suis. respon. intelligitur de agnatis quoniam filios habere nõ po-
9 test. ar. ff. ad Trebel. l. hæredibus. §. fi. †Quæro an natus ex clerico in minoribus constituto legitimetur per sequens matrimonium. Ricar. Malum. dicit quòd non: quia est natus ex damnato coitu: vt ff. de sta. ho. l. Paulus. Tu dic contrà, quia contrahere matrimonium erat ab initio in patris potestate, & ideò legitimatio trahitur retro vt extrà qui fi. sint legi. c.
i tanta. & ita tenet Ioan. Andre. i †Quæro quid de eo qui ca-
10 pit concubinam in articulo mortis, sciens se euadere non posse. Respondeo, tenet matrimonium: nam hic est bonum prolis ex eo cui legitimatur proles, quia legitimus habetur
k loco posthumi. vt no. in regula sine culpa. in mercuria. [k] In glos. non generale. Sume ex ista glos. & alijs dictis superius,
l quòd regalia & baronias nõ legitimat nisi Imperator.[l] Item legitimat & matrimonium: debet tamen interuenire scriptura, & etiam dos vera & non ficta: vt not. instit. de nup. §. fi. not. in authent. de incest. nupt. §. fi. Et adde quod not. Accur. C. de nup. imperialis. & authen. maximis. & hoc de iure ciuili. Simplicitas canonistarum non curat de ista solennitate, sed tantum de virtute matrimonij: vt in d. ca. tanta. extrà qui filij sint legitimi. Sed an contra instrumentũ matrimonij possit apponi exceptio simulationis. dic quòd sic, vt not.
11 C. de nup. l. neque per Accur. † Pone, quòd non tenet matrimonium propter impedimentum iustitiæ publicæ honestatis: tamen contrahentes credebãt ipsum tenere, errantes in facto, an filij succedant in feudo. dic quòd sic: quia sunt
m legitimi à natura:[m] vt no. C. de incest. nup. l. qui contra. per Accur. Sed pone quòd Papa dispensauit cum aliquo quòd posset accipere consanguineam in vxorem, donec haberet liberos, qui regerent regnum, vtrum valeat dispensatio. Certè est quæstio ista disputata per Ioan. An in c. actus legitimi.
12 de reg. iur. li. vj. in mer. vbi vide. † Quæro vtrum pater occidens filiũ spuriũ teneatur pœna legis Pomp. de parrici. doc. determinãt quòd sic: quia natura communis est, vt ff. de accusa. l. hos accusare. §. omnibus. & fuit combusta quædam monialis quæ filium suum necauerat. Vide quod not. in c. j. de homi. in cle. Item si spurius occiditur respu. offenditur, cuius interest & spurios ciues habere: vt not. ff. sol. matri. l. j. in fine per Accur. Item ciuitas minor est mũdo de quo isti sunt naturaliter seu materialiter procreati: quia sunt de ma-
n teria primi seminis humani, nam semẽ hominis non ligat [n] potentiam diuinam, licet rudes & indocti homines sint etiam quandoque summi & virtuosi. vt in decret. nascuntur de adulterio secundùm Hieronymum lvj. distinctio. nasci. in fine. Vltimò scias quòd per matrimonium ex dispositione Papæ contractum non legitimantur incestuosi, sed oportet quòd fiat mentio de ipsis: vt ff. de statu homi. l. Paulus. & ibi per Cy. vbi dicit quòd ista quæstio fuit de facto in
13 quodam de Vbaldanis vbi omnino videas. †Extrà nota ꝙ si esset concessum Comiti quòd posset legitimare certũ genus spuriorum, alios qui laborant maiori spurietate legitimare non posset, nam natura speciei non est per modum generis specificare: vt ff. de legatis tertio. lege, hæres meus. §. de statuæ. Item quia in difficilioribus princeps reddit se difficiliorem, vnde talia non videntur commissa. vt notat

o Ioan.Andr.in cap.j.de fil. presby.libr.vj. vbi omnino vide.o Ibidem ait quòd ſtatutum de ſpurijs non promouendis, licet confirmatum ſit per ſedem apoſtolicam, tamen eodem modo tollitur quo ius commune:quia non eſt nouum ſtatu
p tum,ſed iuris communis executiuũ. quod eſt no. dignum.p

Si minori. Si minori xiiij. annis detur feudum nõ cogitur facere fidelitatem & nihilomi-
14 nus feudum tenet. hoc dicit. † Sed an tenetur interim ſeruire per ſubſtitutum licet iurare nõ debeat, dicunt quidam quòd non: quia ſeruitium & fidelitas ſunt connexa, & ſimul habent procedere.arg.ff.de lib.& poſthu.l.ſi ita.§. regula. Alij dicunt quòd debet ſeruire per ſubſtitutum, quod puto verum,quantum ad compulſionem, ſed non quo ad punitionem amiſsionis feudi: & iſtud c.loquitur de pupillo ſecundum gloſſ.Idem Iac.de Bel.& Pet.de Cer. vel dic.in frà c.proximo.

ADDITIONES.

a Hoc dicit.naturales enim ſtantibus legitimis & naturalibus,prope admodum turpes ſunt:vt arg.probatur,inſti.de inoff.teſt.in §. ſorore. & ideò in feudo de his ſimpliciter cogitatum non videtur. infrà eo.de ſpurijs.fortius dixi quòd ſunt infames.

b Quòd non.Cõtrarium tenet idem Bal.in l.eam quam. Vide quæ ibi notaui ad Bal. Andr.Barba.

c Non exprimatur qualitas.Non enim oportet impetrantem exprimere ſpecificam qualitatem defectus, ſed ſufficit quòd exprimat defectum.ſed quid ſi legitimans expreſsit ipſe in ſui legitimatione:quia dicit confero tale feudum filiæ talis monialis,an valeat.videtur quod nõ: quia iſte ſermo eſt odioſus.vt no.in l.penu.C.quemad.teſta.ape.Sed ibi loquitur in vltimis voluntatibus.vt ff.de leg.j.tur pia.idem in contractu ſi fieret ob turpem cauſam.ff.de actioni.& oblig.l.ſi.dicit.Inno.ꝙ legitimatio eſt res fauorabilis.extrà de reſti.ſpo.c.ex parte Inno.Quid de eo qui natus eſt ex turpi matrimonio contracto à filio præter voluntatem patris. Reſpondeo matrimonium eſt.ff.de contratabulas.l. iij.§.ſi emancipatus.matrimonium enĩ verbis & conſenſu cõtrahitur vt C.de præſcriptione triginta annorũ.cum notiſſimi. An autẽ valeat diſpenſatio expreſſa qualitate qua expreſſa fuiſſet facilius diſpenſatũ, dic quòd ſic,vt notatur in dicto capitulo finali, de filijs preſbyterorũ. in nouella.Sed qd quãdo aliquis impetrauit à principe id quod prĩceps non cõſueuit facere,puta arrogare libertum,vel legitimare natum ex ſcorto:an debeat in libello precum exprimere cauſam puta propter carentiam liberorum .dic vt notatur G.de adoptionibus.lege cũ cauſa. quam legem nota.

d Nota. Item quia diſpenſatio circa effectum,non diſponit circa cauſam producentem.vt ibi ſecũdũ Cynum.vnde & ſi Imperator in hoc legitimet plem tamen matrimoniũ legitimare non poteſt.quia & ſi per legitimationem tollatur pœna, impoſsibile tamen videtur quòd tollatur deformitas cuſpæ.arg.in hoc de generali abolitione indulgentiũ quæ non tollit factum.ff.de.cap.& poſtli.re.l.in bello.§.factæ Tu dic quòd generali clauſula non obſtante ſufficit, niſi reſcriptum contra ſe ſpecialem legẽ derogatoriam habeat. vt l. ſi quis in principio teſtamenti. de.le.iij.per Dyn.quod eſt ſemper verbum quando contra publicam vtilitatem agitur:nota quòd ille dicitur naturalis qui eſt natus ex illis qui inuicem poſſunt contrahere matrimonium .Item ſpurius eſt ille qui eſt natus ex eo,vel ea cum qua non poteſt contrahi matrimonium. Item ſpurius dicitur turpis perſona & infamiæ quiparatur:vt inſti.de inof. teſta.§.ſoror.vt not.Azo in ſumma.C. ex qui.cau. infa.irro .& ideo in feudo non videtur cogitatum de ipſo quæro vtrum de exceptione iſta tu es ſpurius & ideo non ſuccedis debeat ante litem cõteſta tam cognoſci Reſpon,non,quia reſpicit merita cauſæ principalis & licet opponatur illi perſonæ in qua debet fundari iudicium, tamen quia iudicium poteſt fundari,non impedit proceſſum vt not.in l.ij.C.de edic.di.Adri.tol.Secus ſi non poſſet feudari iudicium,vel articulus:vt C.de adul.l.quoniam Alexandrum.Simile,ſi nego aliquem procuratorem.nam aut nego procuratorem iudicij,& obſtat ne procedatur. Aut nego procuratorem contractus ex quo agitur,& tunc debet lis conteſtari, & poſteà de mandato cognoſci ſecundum Bar.in conſilijs.

e Succedunt. Item tenet Bald.in c.innotuit.de elec,quod non ſuccedant & d. An.in c.tanta.qui filij ſint legitimi.vbi tenet quòd non dicitur legitimatus ſed in c.innotuit tenet.ꝙ dicitur legitimatus.idẽ tenuit in c.per venerabilem.idem voluit d.Abb.in d.c. innotuit.& in d.c.tanta. Vide quę dixi in l.cum acutiſsimi.C.de fideic.Vide Ia.de Bel.in authentic.de inceſt.nup.§.ſi.vbi tenet quòd ſuccedit in feu.idem tenet Io.And.do.Pe.do.Ant. in c.lator,qui ſi. ſint legi.Bar.tenet contrarium in l.ex facto.§.j.ff.ad Treb.& contrarium conſuluit Ange.conſil.xxviij.ita conſuluit Ferrariæ.And.Barba.

f In noue la.An autem mutus vel ſurdus,vel aliàs imperfectus legitimetur per matrimonium. dic quòd ſic:vt l.penul.C.de poſthu.hær. inſtituen.Ego verò non dico ꝙ infeudentur per matrimonium,ſed ꝙ legitimentur.Et nota ꝙ naturales tantum teſtamentum paternum & paternæ lineæ non poſſunt ex cauſa præteritionis rumpere, vt nota. in l.j.§.j.ff.de contratab.& not.ꝙ conſuetudo magnatum & nobiliũ non mouit baſtardos,& hoc propter bonos mores cuſtodiendos.imo baſtardi non ſuccedunt in patrimonio eorum niſi in quadam particula quæ eis conceditur miſerationis & alimentorum cauſa:vt C.de natur.lib.authentic.licet.ergo nec in feudo.Item nota ꝙ boni mores, & honeſti in matrimonijs attenduntur,plus quàm iuris ſubtilitas.ff.de ritu nupt.l.libertinum.& l.adoptio.§.j.& l. ſemper in conunctionibus. Et an baſtardi ſint de domo magnatum,dic ꝙ nõ:quia habent iura ſanguinis.vt in §.vulgo.inſtit.de cognat.ſucceſsi.l.ex parte.& l. ſuperius. ff.vnde cogn.de verb.ſignific.pronuntiatio.§.familiæ.de hoc per Bart. in fi.C.de ver.ſigni.Et nota ꝙ per inſtrumenta antiqua probatur antiqua conſanguinitas & genus:vt not. Bart.de teſt.in c.ſeries.

g Facere. Nota ꝙ prohibitus acquirere & ex vltima voluntate eſt prohibitus acquirere ex vi conditionis. Vide caſum ſingularem l.melius.ff.de condit.& demonſt.in eadem ibi intelligitur de agnatis. Vide Bart.in l.ſiquis poſthumos.& ibi eſt gloſſa ſingul.& ibi Ang.ff.de lib. & poſthu.licet Ange.aliter dixerit in l.hæredibus.§.fin.ff.ad Trebelli. Andreas Barbatias.

h Dixi. Adde tamen ꝙ eſt dubitatio vtrum relicto filio debeat confiſcari.gloſſ.enim de lega.j.l.Lucius.§.in teſtamento.& in l.j.C.de hæred.inſtit.tenet ꝙ non.Sed in l.hæreditas.de his quib.vt indig.dicit ꝙ defertur quibuſdam perſonis, quibus non vendicantibus venit fiſcus per l.j.C.de naturalib.lib.Bar.tenet iſtam pro regula vt not.C.de fidei commiſ.l.eam quam.ſecundum Bart.verũtamen nota ꝙ illi duo menſes qui apponuntur.C.de natura.lib.in d.l.j.ad retractandũ relicta vel donata ſpurijs,aliàs vt fiſcus auferat opponuntur ſi fiſcus agat:aliàs ꝑ petuò veniunt venientes ab inteſtato. argum.contrà,famil.erciſc.in l. his conſequenter.§.j.ſecundum Bart.in conſilijs ſuis.

i Io.And.Item matrimonium ſine dote non tenet ſecundum quoſdã Canoniſtas vel eſt ſuſpectum ſecundum alios,vel præſumitur nõ eſſe matrimonium vbi non eſt dos.iij quęſtione v.§.quod autem indecorũ. ſed ſubſtantiam habet.Item matrimonium probatur tribus modis vbi concubinatus non præceſsit, videlicet per verborum expreſsionem, per indicia,& per iuris præſumptionem,C.de nupt.l.neque.licet aliàs inter vxorem & concubinam parum diſter.ff.de lega iij.vxori.

k Mercuria.Adde dicunt canoniſtæ ꝙ quantum ad ſuas irregularitates, maior eſt defectus qui contrahitur ex origine,quã qui ex crimine.nor.in c.j.de filijs presby.lib.vj.in glo.ordinar. Et ſi fœmina legitimat filium ſuum per reſcriptum principis non tamen ipſum habebit in poteſtate:quia non plus operabitur legitimatio quàm legitimè naſci:vt C. de adoptio.l. mulier.

l Imperator.Vide Bal.in l.ſi qua illuſtris.C.ad Orficia.Angel.conſi xxviij.conſului apud Ferrariam.In eadem collat.ibi vtrum occidẽs ſilium ſpurium.Vide Bart.in l.ius ciuile.ff.de iuſti.& iure. And.Barbat.

m Legitimi à natura.Et non videtur ꝙ aliqua legitimatio valeat in feudo ab anteceſſoribus acquiſito,in præiudicium veterum agnatorũ, quia ſepultus nouus hæres non naſcitur vnde nemo eſt agnatus. Adde vt notatur C.de inof.teſtam.l.ſi quis filium.niſi dicas hoc eſſe verũ ex perſona ſua, ſed ex perſona patris.ſic & rurſum pater ex perſona aui. & ſic de cæteris:quia hæres hæredis,& c.ar.C.de leg.l.in annalibus.cũ ſimil.Iſte eſt quidam diſcurſus, ſed non eſt propriè agnatio.

n Non ligat.Ideo indigni non ſunt.ſ. miſeratione & diſpenſatione qui alieno laborant vitio:vt C.de nat.lib.l.legem .Anaſtaſij.ſed ſecundum iuris rigorem ſunt indigni,adeo ꝙ nec præſcribere poſſunt: vt not.in gl.ff.pro lega.l.nemo.vbi eſt gl. ſing.Extrà not.ꝙ lex xij.tabul. nihil diſponit circa naturales vel ſpurios:vt not.in l.vltima.ff.de reg. Caro.

o Vide Et facit ad quæſt.de legato qui poterat legitimare ſpurios.Itẽ inceſtuoſos,an poſsit legitimare ſpurium & inceſtuoſum ſimul. Vide Bart.in l.ij.§.ex his.& ibi plenè per do.meum.ff.de ver.obli. And.Bar.

p Dignum.legitimabantur etiam qui in vtero ſunt:vt ff.de li.& poſthu. ſed eſt quæſitum. & naſcuntur legitimi licet dum in vtero ſunt nõ ſint in parẽtum ſuorum poteſtate.

1 ☞ *Factum per alium an dicatur propriè uel impropriè.*

2 *Vaſallus an poſsit ſeruire per ſubſtitutum.*

Si quis deceſſerit. Si filius impubes ſucceſſerit vaſallo non cogitur facere fidelitatem: nec perſonale ſeruitium propterea præſtare. tamẽ ſi aliquis pro eo ſponte fecerit admittitur. h.
1 d. † Extrà quæro nunquid illud quod fit per alium,fiat propriè vel impropriè, vel nullo modo dicatur fieri.Solu. Aut eſt dictum quòd per ſe tantum faciat, & tunc nullo modo dicitur facere:vt ff.de ma.teſt.l.ſi ita fuerit.aut non eſt dictũ quod per ſe, & tunc aut tu conſideras actum prout procedit ab aliquo,& non fit propriè, ſed per interpretationem. vt not.in l.j.§.quoties. de vi & vi arm.aut conſideras actum paſsiuè prout fit in aliquem,& tunc propriè.vt extra de ſen. excom.c.mulieres.duntamen non requirat actum intrinſecum.Intrinſecum dico,ſcilicet corporis proprij,vt adulteriũ ff.de adul.in rub.vt no,in d.§.quoties. & C.de cadu. tol. §. ne autem.Similia verba habes ff.de fur.l. itaque fullo. in gl. facit.ff.de iureiurando.l. non ſolum.§. ſi mandato. & l. aut
2 qui aliter. §. finali quod vi aut clam. † Gloſſa quærit hîc an vaſallus poſsit ſeruire per ſubſtitutum, dic vt in gloſſ.&

Source : BIU Cujas

gloss. & C. de epis. & cler. l. quisquis. per Cyn. & alios. Adde quòd officia solennia sicut est officium potestariæ vel capitaneatus per alium non possunt explicari nisi in casu necessitatis: vt in authent. de colla. §. prohibemus. colla. ix. & l. j. §. huius rei. ff. de offi. eius cui man. est iurisdictio. & de iure ciuili mors & membri mutilatio nõ potest cõmitti vicarijs.[a] Secus de iure canonico. vt extra de rap. in Archiepiscopatu.

ADDITIO.

[a] Vicarijs. An autem membri mutilatio sit pœna capitalis vide gloss. l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. & quod not. in l. ij. C. de offi. eius qui vi. alter. ger. & Bal. in d. l. imperium. And. Bar.

1 *Concedo hoc uerbum an transferat ius.*
2 *Vasallus an alienans partem feudi totum perdat.*

Si Titius filios. Casus. Miles quidam non habens filios, partem feudi vendidit Seio extraneo, & partẽ agnato suo remotioris gradus, Sempronius proximioris gradus vult partẽ reuocare ab agnato, quæritur an possit & qualiter. Respondeo ꝙ mortuo vasallo potest reuocare ab agnato nullo dato pretio, sed vasallo viuo potest partem reuocare si filios habet reddito pretio, sed si filios non habet à sensu contrario literæ potest etiam sine pretio. In duobus tamen casibus repellitur agnatus proximior. Primus est si consensit alienationi expressè. Secundus si tacitè, quia sciuit & tacuit per annum. h. d. *Seio agnato. Sed in remotiori gradu constituto.* vt infrà patet Iac. de Bel. & Pet. de Cer. *Concessit* pretio non gratis: vt infrà sequitur Iac. †Et not. quòd per verbum concedo præcedente *titulo* transfertur ius. Secus si deficiat titulus expressus & tacitus: vt ff. de do. l. Lucius. & no. eodem titulo. l. pe. *Partem illius.* quam possidenti agnato concessit. nam de parte extranei nõ est dubium: vt in §. porrò. qualiter olim feu. alie. Iac. Bel. †No. quòd primò fuit alienata pars extraneo, quod olim poterat fieri etiam in perpetuum. & ideo hoc iure non reuocatur: sed hodie secus, quia perderet ipso iure feudum vel saltem illam partem & reuerteretur ad dominum, & nõ ad filium nec ad agnatos, vt suprà quæ fuit prima cau. bene. amit. c. j. §. denique. & §. fi. post alienationem ergo dimidiæ quę hoc iure non poterat fieri, aliam dimidiam concessit agnato vlteriori, quod etiam potuit cum quadam distinctione. nam aut non habet filium, & tunc reuocatur vasallo mortuo sine hærede per proximiorem agnatum nullo pretio restituto. Aut habet filium, & tunc proximior agnatus statim reuocare potest. tamen tenetur restituere pretium. Sed cur tam variè, dicit glos. soluat Apollo. sed certè potest quædam ratio æquitatis assignari. nam quando non reuocat statim habet possessor fructus medij temporis, & ideò compensat cum pretio. Et si tu dicis quid si non vixit nisi vna die. Respon. quòd si vixit centum annis, non propterea dubiũ hoc tolleretur. ar. C. de don. l. sancimus. §. fi. sed ista ratio non respicit nisi pretium. Sed ego quæro quare in vno casu statim reuocat. & in altero demum mortuo vasallo. Respondeo, filius, & si non profit tibi, nocet tamen agnatis remotioribus ideò reuocare possunt sic. C. de natura. libe. auth. licet. nota hîc de consensu. Item nota de præscriptione annali, & tene bene mẽti quòd agnatus proximior, qui habet potestatem reuocandi ab agnato remotiore perdit ius suum, nisi illud prosequatur intra annum. oportet ergo agnatos esse multũ auisatos ne patiantur labi tempus anni, alioquin silentio cõ firmatur contractus. sic C. de his qui à non domino. l. fin. Op. ꝙ filius præferatur agnatis: vt suprà de gra. suc. in feu. c. j. Sol. ibi per mortem hîc per alienationem. & dic vt plenè distinxi suprà quę fue. pri. cau. bene. ami. c. j. in fi. secundũ Ia. Fel. & verba ibi posita per eum approbantur etiam hic per Pe. de Cer. Quærit hîc gloss. an transcursus anni noceat agnatis quando alienatur extraneo, & glos. sentit quòd non. quam not. Sed quare annus &c. Respondeo quòd intra annum habet petere inuestituram à domino feudi.

1 *Dominus tenetur uasallum mittere in possessionem post iuramentum præstitum.*
2 *An idem in uenditore.*
3 *Res uendita si sit tradita duobus quis potior erit.*
4 *Dominus an teneatur iterum tradere possessionem uasallo si ab ea cadat.*
5 *Quid si constituens se alterius nomine possidere donec ipse intraucrit.*
6 *Inuestituram an ualeat facta ab ordinario si Papa dedit mihi executorem in feudo quod mihi concessit.*

Si facta Facta à domino de feudo abusiua inuestitura, id est, quæ pollicetur realem & effectiuã possessionem cogitur dominus vasallum mittere in possessionem, nec liberatur interesse præstando. h. d. †No. post receptum sacramentũ fidelitatis à vasallo dominũ præcisè teneri ad mittẽdum vasallum in vacuam possessionem feudi. & idem in donatione. vt no. ff. de do. l. in ædibus. §. fin. & est bonum simile. quia beneficium sapit quandam libertatem. †Idem in venditione si venditor habet facultatem rei tradendę: vt not. institut. de empt. & vendi. §. j. & non tradat, cum præcisè teneatur iurabitur contra eum in litem ne dolus suus remaneat impunitus. Text. est not. ff. de rei vendi. l. qui restituere. & not. per Bart. ff. re. amo. l cum dos. §. j. vbi dicit quòd ille qui ante sententiam non offert interesse, condemnatus cogetur præcisè. quod est notandum propter authoritatem rei iudi. l. si quis ab alio. §. fin. de re iudi. per Accur. & ideò dicit Ioan. Mo. quòd beneficium conferens cogitur præcisè ad ipsum tradendum. de concess. præben. c. de tertianda. li. vj. Et not. quòd ego loquor in proprietario vendente, sed feudatarius vendens ideò nõ tenetur tradere possessionem præcisè, quia non potest de iure: tenetur tamen ad interesse ratione rei non traditæ, idque contingit ratione culpæ. Sed quid si vendidisset cum cõsensu domini, dico ꝙ tunc emptor succedit in feudo ex persona domini. & ideo tenetur tunc venditor præcisè tradere. Quod ergo est remedium si non vult tradere. glos. hîc posita videtur ponere hãc cautelam, ꝙ vendat & tradat alteri. Sed caue tibi. quia glos. loquitur in proprietario vendente. sed vasallus non posset vendere secundo loco, licet dominus præstaret ei secũdum consensum.[a] arg. ff. de leg. j. l. non quocũque. §. qui Caium. Secundus ergo emptor cum primum in possessionem inductus erit, potior est in feudo. Tamen dico quod si prior emptor soluerit pretium, vel obtulerit, iste qui vendit duobus incidit in crimen falsi. vt ff. de fal. l. qui duobus. Secus si nec soluerat, nec obtulerat. arg. ff. de hæred. vendi. l. venditor ex hæreditate. & ibi per Goffre. Reuertendo ergo ad glossam in proprietario vendente confiteor, quòd prior in possessione, licet sit secundus in titulo habet iura potiora. † Nec vnũ omitto quod est not. dignum, ꝙ si vterque probauit de traditione, & non constat de tempore præsumitur res tradita prius priori emptori tanquam iustiori vt no. Iaco. de Are. & Cyn. in d. l. quoties de rei vendicat. quod verum est quando vterque probat de numeratione pretij. Sed si vnus probauerit de numeratione, alter non: tunc ei præsumo prius traditam, quia pretium numerauit vt instit. de re. diui. §. venditæ, & in ista materia pridie de facto consului, & aliàs dixi in quæstione accusatus de vi turbatiua. †Extrà quæro, pone dñs inuestiuit de vacua possessione vasallũ sicut tenetur: vt hic deinde vasallus cecidit à possessione, & peruenit possessio ad dñm: nunquid tenetur dominus iterũ inuestire ex dispositione huius capituli & videtur ꝙ non, sed debet cõueniri à vasallo tanquã quilibet possessor: vt ff. de re iudicata. l. Nesennius. §. fundũ. In cõtrarium videtur per legẽ inter Castellianũ. ff. de arbi. & ff. de iureiurando. leg. sed & si possessori. in prin. Dic ꝙ à principio dominus tenetur ad duo: scilicet ad traditionem, & ad patientiã, cum vt sæpe dixi, feudũ habeat instar seruitutis: nõ ergo liberatus est quin possit cõueniri, ꝙ patiatur feudatarium possidere iuxta not. C. de vsufru. l. corruptionem. Idem determinauit Dyn. in alio casu. †Pone, Vendo tibi rem quã cõstituo tuo nomine possidere donec possessionẽ intraueris corporalẽ: tu possessionem intras: tñ existẽte te in possessione, ego possessionẽ ingredior

[a] arg. ff. de leg. j. l. non quocũque. §. qui Caium. Secundus ergo emptor cum primum in possessionem inductus erit, potior est in feudo. Tamen dico quod si prior emptor soluerit pretium, vel obtulerit, iste qui vendit duobus incidit in crimen falsi. vt ff. de fal. l. qui duobus. Secus si nec soluerat, nec obtulerat. arg. ff. de hæred. vendi. l. venditor ex hæreditate. & ibi per Goffre. Reuertendo ergo ad glossam in proprietario vendente confiteor, quòd prior in possessione, licet sit secundus in titulo habet iura potiora. † Nec vnũ omitto quod est not. dignum, ꝙ si vterque probauit de traditione, & non constat de tempore præsumitur res tradita prius priori emptori tanquam iustiori vt no. Iaco. de Are. & Cyn. in d. l. quoties de rei vendicat. quod verum est quando vterque probat de numeratione pretij. Sed si vnus probauerit de numeratione, alter non: tunc ei præsumo prius traditam, quia pretium numerauit vt instit. de re. diui. §. venditæ, & in ista materia pridie de facto consului, & aliàs dixi in quæstione accusatus de vi turbatiua. †Extrà quæro, pone dñs inuestiuit de vacua possessione vasallũ sicut tenetur: vt hic deinde vasallus cecidit à possessione, & peruenit possessio ad dñm: nunquid tenetur dominus iterũ inuestire ex dispositione huius capituli & videtur ꝙ non, sed debet cõueniri à vasallo tanquã quilibet possessor: vt ff. de re iudicata. l. Nesennius. §. fundũ. In cõtrarium videtur per legẽ inter Castellianũ. ff. de arbi. & ff. de iureiurando. leg. sed & si possessori. in prin. Dic ꝙ à principio dominus tenetur ad duo: scilicet ad traditionem, & ad patientiã, cum vt sæpe dixi, feudũ habeat instar seruitutis: nõ ergo liberatus est quin possit cõueniri, ꝙ patiatur feudatarium possidere iuxta not. C. de vsufru. l. corruptionem. Idem determinauit Dyn. in alio casu. †Pone, Vendo tibi rem quã cõstituo tuo nomine possidere donec possessionẽ intraueris corporalẽ: tu possessionem intras: tñ existẽte te in possessione, ego possessionẽ ingredior

dixit Dy. quòd tuo nomine videor poſsidere, & non preſcribo. arg. ff. de an. lega. l. legatum. ſecundum Dyn: quia iſta cõfeſsio, confiteor pro te poſsidere non reſpicit actum momẽtaneũ, ſed permanentẽ & futurũ. Dyn. Vnde non ex actu præſentis poſſeſsiõis, ſed ex actu pmanẽti ipſius poſſeſsiõis: arg. ff. de iure codic. l. Plotiana. Extrà quæro, pone Papa cõceſsit mihi feudũ. & dedit mihi executores, ego propter abſentiã executorũ acceſsi ad ordinariũ loci, & fecit me inueſtiri: quæritur vtrũ teneat inueſtitura: & videtur ꝙ nõ, quia qd̃ eſt vni commiſſum, alter facere nõ debet: vt no. in l. j. C. de appa. preſe. an. li. xij. Itẽ quia qñ Papa cõmittit cauſam vi detur ad ſe, ſiue ad ſuum commiſſarium eam reuocare, & nullus alius poteſt ſe intromittere: vt not. extra de conſti. c. cum M. Ferrarien. Item quia acta quę fiunt à iudice non cõ petenti debẽt lacerari: vt in c. cum cauſam. el iij. de teſti. per Ber. In contrarium videtur per l. ſi. longius. in prin. ff. de iud. So. Aut iſtis executoribus eſt commiſſa iuris collatio: & tunc ſine dubio ordinarius non poteſt ſe intromittere: quia literæ diriguntur ſibi iuxta no. extrà de præſcr. cũ te. Aut committitur mera facti executio: & tũc aut quæris an epiſcopus poſsit ex vi mandati, & dico quòd non. Aut ex vi ordinariæ iuriſdictionis, & tunc poſſet perſuaderi quòd ſic. quia cum gratia ſit perfecta, non debet impediri eius effectus, propter abſentiam executoris: quia cum executor ſit datus fauore impetrantis, nõ debet in eius odiũm retorqueri. arg. ad hoc. ff. de offic. proconſu. l. j. C. de ſportu. l. j. nec eſt nouum quòd iſtæ commiſsiones aliquando fiant ſine iuriſdictione, vt no. l. ij. ff. de iuriſ. om. iud. tamen mihi indiſtinctè videtur quòd ordinarius ſe intromittere non debeat: quia non poteſt facere expirare officium executorũ, quod certè expiraret executa re. & impoſsibile eſt ideo executores præuenire. b. ff. de acquir. poſ. qui abſenti.

ADDITIONES.

3 Secundum conſenſum. Authoritas enim & conſenſus expirant per primum validum actũ. ar. ff. qui & à qui. le. matrimonij. ſicut dicimus in matrimonij executione ſui natura vel facto hominis. vt extra de offi. dele. *in literis* per Inn. & ff. de procur. l. ſi is qui ſibi.

b Executores præuenire. Quando autem executor eſt datus loco formæ obſeruandæ, habes ff. de leg. j. l. quidam teſtamento. §. qui ſcriptus. per Iaco. de Arena.

1 ☞ *Conſuetudo an ualeat quòd filij nati tantũ ſuccedant in feudum, & an habeat aliquid æquitatis.*
2 *Imperator an bene faciat legitimare filios ſpurios, exiſtentibus legitimis & naturalibus.*
3 *Legitimi à principio an omnes naſcebantur.*

Filij nati. *Si* nobilis cum ignobili contraxit matrimonium ea conditione, quòd filij ex ea nati patri in feudum non ſuccedant, quod ſæpe in regno cõtingit, quæritur an mortuo patre ſuccedant in feudum. Reſpondeo non. hoc dicit. *Improbetur.* Nota quòd licet iſta pactio iuris ratione improbatur, tamen conſuetudine tolera-
1 tur. † Sed nunquid iſta conſuetudo poteſt habere aliquod motiuum æquitatis. Reſpondeo ſic, propter fauorem, & hõnorem matrimonij. nam ſub tali pacto nobiles inueniunt nobiliores, per quos nobilitas creſcit. verbi gratia ſi Marchio qui tenet feudum ab Imperatore, accepit in vxorem quandam regis, quæ ei nõ nuberet niſi hoc pacto ꝙ filij ſui ſuccedant in marchionatu, & non alij de alio matrimonio. Item ego video in alia materia magnas inconuenientias. Pone. Accepi in vxorem quandam nobilem quæ dedit mihi x. millia florenorum in dotem ſperans filios ſuos ſucceſſuros mihi, & aliter mihi non fuiſſet nuptura, ſuſcepi ex ea vnum filium: ex quadam meretrice habui plures ſpurios, quos feci legitimari ab Imperatore, ita quòd ſuccederent pro virili cum legitimo, nonne hæc eſt magna iniquitas, & magna cir-
2 cunuentio nubentium: non † poteſt negari quin Imperator hoc poſsit, vt plenè not. in l. gallus. de lib. & poſthu. per moder. tamẽ Imperator qui hoc facit videtur vnum pecus, nec habet præ oculis iuſtitiam publicæ honeſtatis, nec conſiderat quòd per ſolas nuptias cõſeruatur elegans genus hũmanũ: vt in authent. de nup. in prin. collat. iij. vbi text. dicit quòd nuptiæ immortalitatem præſtant humano generi. cõ cor. l. j. ff. ſol. matr. Et no. quòd noſtrum c. non habet locum in emphytheuſi, nec in alijs bonis proprijs. Non ob. ſuprà
3 eodem c. mulier. vt ibi dixi. † Et not. quòd text. ibi qui dicit in d. authen. de nup. quòd omnes legitimi naſcebantur. non dicit verum, niſi in illo rudi ſeculo quoniam matrimonia nec erant nominata nec cognoſcebãtur, ſed ſtatim quòd fuerunt cognita, duplex hominũ genus eſſe cœpit, ſcilicet legitimorum & non legitimorum, poſt tertium genus eſſe cœpit, ſcilicet legitimorum. Eſt enim tertia ſpecies, quæ & propter ingratitudinẽ in priſtinam qualitatem redire nõ po-
1 a teſt: vt [a] vt ff. de iuſtitia & iure. l. manumiſsiones.

ADDITIO.

a Redire non poteſt. Quod probatur ad inſtar libertatis à qua ingratus libertus erga dominum vocatur in ſeruitutem ab eodem. l. diuus. in fi. & l. ingratus. de iure patro. quia iſta æquiparantur: vt in §. liceat. in authen. qui. mo. na. effic. leg. col. vj.

1 ☞ *Ius offerendi non imminet ei qui uult ius quæſitum conſeruare.*
2 *Hæreditas iacens an poſsit conſtitui in mora.*
3 *Periurium an incurrat qui non poteſt ſoluere propter paupertatem.*

Licet. *Si* vaſallus dõmino ſuo ſeruitium non obtulit aliquo tempore, ſed petenti non recuſauit præſtare ſeruitium: quæritur an perdat feudum. Reſpondetur quòd non: ſi tamen ſciat domino aliquod magnum periculum imminere, debet ſponte abſque denuntiatione ſibi auxilium impartiri. Inde quæritur quid ſi dominus iurauerit dare pecuniam alicui intra diem, nec ſoluere poteſt, & incurrit periurium, an vaſallus tenebitur eum à periurio ſua pecunia liberare. Reſpondeo quòd non. hoc dicit. *Non offera'.*
1 † Not. quòd ei qui non vult aliquid conſequi, ſed ius quæſitum conſeruare, non imminet ius offerendi: quod intellige niſi ſit appoſita dies, quia ne in pœnam incidat debet offerri: vt ff. de conſti. pecu. l. item illa. & infrà an ille qui interfecit fratrem do. c. ij. & §. prõptiores. infrà hic finitur lex. Si autem vult aliquid conſequi, ad quod cõſequendum oblatio eſt neceſſaria, tunc debet offerre: vt C. de diſtractione pignorum. l. ſi reſiduum. nec ſufficit offerre verbo, ſed debet offerre rebus ipſis, & factis: vt C. de vſur. l. acceptam. niſi eſſet talis res quę non poſſet offerri ſicut res immobilis quæ non poteſt offerri realiter niſi in re ipſa, & non in iudicio. facit de noui oper. nuncia. prætor. §. ſi quis paratus. *Quantocunque tempore.* Nota quòd vaſallus qui eſt paratus præſtare ad ſeruitia ꝙ præſumitur niſi interpellatus negauerit: nunquã præſcribit contra dominum ſuum: quia per eius effectum dominus videtur eſſe in quaſi continua poſſeſsione ſeruitiorum. argu. ff. de vſufru. l. arboribus. §. idem tractar. quod eſt not. *Sciat.* Not. moram ſine ſcientia non committit. ff. ſi cer-
2 pe. l. quòd te. † Sed hic quæro a nunquid hæreditas iacens
a poteſt conſtitui in mora. Reſpondeo non in facto ipſius hęreditatis, ſed ex facto defuncti ſic: quia perſonã defuncti repræſentat. Item quia facto legis contrahitur mora irregularitatis, hæc probantur de diuer. & temp. præſcrip. l. ſi ſeruus. ff. de verbo. oblig. l. ad diem. ff. de neg. geſt. l. debitor. & quod no. C. de temp. in integr. reſtit. l. ea quæ. §. cùm enim. & ff. ex qui. cau. ma. l. Iulia. de nau. fe. l. Labeo. & de in diem à die. l. ſi
3 prædio. *Periurium.* † Not. quòd ille qui non poteſt ſoluere propter paupertatem incidit in periurium, quod verum eſt
b ſi ei imputari poſsit culpa. [b] Secus ſi culpa nõ poſsit imputari: vt quia caſu fortuito lapſus eſt facultatibus, arg. ff. de neg. geſt. l. diuortio. C. de tuto. & cura. qui ſatis non dederunt. l. ij. vbi dicitur quòd inopia nõ infamat: eſt ergò periurus, ſed non infamis. Et vide quod no. Acc. in l. cùm quidam. ff. de cõdi. inſer. Illud ſcias quòd ſi à principio ſciebat ſe eſſe non ſoluendo eſt in culpa: vt ff. de priuile. credit. l. creditores. & ff. de iure do. l. pe. Et nota ſecundum Iac. de Bel. quòd vaſallus non cogitur ſe offerre, niſi ſciat domino magnum periculũ imminere: & niſi à domino fuerit denuntiatum: nam tũc eſt iuſta cauſa amittendi feudum: facit ſuprà, quæ fue. pri. cau.

bene.

Source : BIU Cujas

bene.amit.c.ſed delator.& infrà hic finitur lex.§. ad hæc. & dic vt ibi.Itē no.q̄ vaſallus nō amittit feudū ex omni cauſa, per quā accepit niſi beneficij videatur ingratus. vt hic in fi. & ſuprà. in qui.cau.feu. amit. ver.de illa tamen.& de alien. feud.l.pater.§.fi.& quæ fuit pri.cau.bene.amit.§.illud.

ADDITIONES.

a Quæro.Vide Andr.in l.iiij.§. prætor ait.ff.de dam.infect.An contra eum procedat ſecundum decretum vel primum,vel citatio.Et an procedat vſucapio,vide And.& ibi d.Io.de Imo.in l.ſed & ſi conditione.§. fi.ff.de hære.inſti.And.Barba.

b Culpa.facit quod habetur in cap. Beatus Paulus Apoſtolus. cum ibi no.per tex.& gloſſ.in cap.homines.in fin.xxij.quæſt.ij.nam periurium non committitur ſine dolo.l.qui iuraſſe.in prin. ff.de iureiur.Item aduerte quia videtur mirum,quòd ſi vaſallus videt incurrere domino periculum corporis, perdit feudum niſi præſtet auxilium, ſecus ſi videt incurrere periculum animę quæ eſt corpori præferenda.ca.infirmitas. de pœ.& remiſ.l.ſancimus.C.de ſacroſan. eccleſ.dic quòd non eſt periurus quo ad Deum.Bald.in cap.ſi amore.de alienat.feud.pa.dixi in ca. breui. de iureiur.Vide Bald. ſuprà,eodem capitulo primo.§. porrò.in verbo aliud.And.Barba.

1 *Delictum patris an omnibus deſcendentibus præiudicet.*
2 *Agnati remotiores quare potius admittuntur,quàm proximiores.*
3 *Agnati & deſcendentes, an puniantur propter delictum alterius parentis uel agnati.*

Si vaſallus. *Si vaſallus culpam cōmittit, per quā meretur perdere beneficium*, deſcendentes ſibi non ſuccedunt, ſed agnati ſui qui in gradu quarto ſunt.h.d.Simile.C.de dec.l.priuilegio.li.x. tamen in eod. tit.l.fi.dicitur q̄ iam natis nō nocet,ſed alio caſu loquitur.ſ.

1 *in priuilegio ſtatus. Deſcendentes.* † No.propter delictum parentis omnibus deſcendentib.præiudicari,& etiā quibuſdā tranſuerſalibus,q̄ ſpecialiſsimo iure in feudis eſt inductum ad errorem delinquentiū: quia vitiū paternū frænandū eſſe exiſtimauerunt. C.de natura.liber.l.fi.Ad q̄ facit illud,maiorum tuorum exēpla præiudicāt:vt C.de coar.l. coartales. li.xij.ibi in odio eorū qui nocentes ſunt.& ideò iſtud capitulum non habet locū in alia materia quā feudorum:vt l.adoptiuum.§.fi.de in ius vocan.ff.de bono.poſ. contrata. l.non tantum.§.ſi emācipatus.& C.de inof.teſt. l.ſi quis in ſuo. §. legis. Et nota q̄ licet tranſuerſales non veniant tanquā hæredes delinquētis,tamen in quibuſdā tranſuerſalibus generatur præiudicium, quod videtur eſſe cōtra naturalē rationem,& ciuilem:& ideò quidā malè reſtringunt hoc de trāſuerſalibus ad nouum feudū.Et conſidera q̄ ipſi non intelligunt de nouo feudo ſimpliciter conceſſo:quia tunc non venirent agnati,q̄ in quarto gradu ſunt,ſed debet intelligi quā do à principio vnus ex fratribus fuit inueſtitus,& hoc nominatim fuit dictum,vt eo, vel eius hærede defuncto ſine legitimo hærede,alter & eius deſcendentes ſuccederent. Vnde intelligitur nouum feudū.i. agnatorū prouiſio. nam cū hoc ius conſequatur alieno beneficio, & nō ex ꝓpria natura feudi,debile ius habent.ar.ff.de fideicom.liber. l. ſi filius.§.erit rubriano.ff.de ca.l.ſi quid in libello.& ff.de legatis ij.l.ſi Au

2 *guſtæ.* † Sed tunc adhuc reſtat quæſtio, quare admittuntur remotiores agnati & proximiores repelluntur: ad quod po

a teſt reſponderi:quia quantò ꝓximiores,tantò infectiores,[a] q̄ magis præſumuntur infecti eadē macula.ar.C.de exc.tu. l.humanitatis.& extrà de accuſ. c. cum P.Manconella. & ff. de iniu.l.lex Corne. in prin.Iſta ratio non eſt neceſſaria, nec omnino probabilis,ſed taliter qualiter coniecturalis & veri

3 *ſimilis.* Super hoc cap.Ia.Bel.ſic ait. † No.hic q̄ deſcendentes & agnati,vſq; ad certum gradū puniuntur propter delictum alterius parentis,vel agnati.ar.contra ff. de decur.l.iij. §.pe.& de inter.& relega.l.iij.de in ius vocan.l.adoptiuū.§. fi.Sol.ſecundū quoſdā,hic feudum fuit nouū, ſecus ſi eſſet paternum vt ibi.Hæc ſol.non placet.dic ergo ſpeciale in feudo ſicut in crimine læſæ maieſtatis,& hæreſis, & in feudatario eccleſię:vt C.ad.l.Iul.maie.l.quiſquis.C.de hęre.l.cognouimus.& in authen. gazaros.& extrà de pœ.c.in quibuſdā. vbi de hoc.Hæc opp.approbatur in ſumma Ia. qui. mo.feu. amit.§.item ſciendū.& de ſuc.feu.§.item ſi vaſallus cōmittit culpam.& intellige c.in antiquo etiā feudo,quando cōmittit culpam in dominū vaſallus, vt habeat dñs hanc ſuæ iniuriæ vltionē.Vel dic,& melius,q̄ hoc intelligi debet quando vaſallus cōmiſit in aliū & non in dñm.Nam ſi in dominum, tunc omnes qui ſunt agnati indifferenter excluderentur. vt hic,& not.ſuprà quæ fue.pri.cau.benefi.amit. §. deniq;.vbi de hoc.& ibi apertè probatur,q̄ debeat intelligi de antiquo quia loquitur ibi de agnatis qui ſunt in quarto gradu.Et facit ad c.extrà de pœnis.c.in quibuſdā.Et pōt eſſe ratio quare deſcendentes in infinitū, & agnati vſq; ad quartū gradū excluduntur ꝓpter ſuſpicionē : quia ſæpe ſolet eſſe ſimilitudo & audacia eadē in talibus cōiunctis.argu.C.ad l.Iul. maie.l. quiſquis.& in aut.de referen.§.fi.coll.ij.de ædil.edic.q̄ ſi no lit.§.ſi mancipia.Ia.Bel.Natura nāque intumeſcit, quādo ofenſus videt iuxta ſe tam ꝓximas perſonas offenſoris.Vſque igitur ad quartū gradum excluſiuè præſumūtur inimicitiæ duraturæ ꝓpter quas præiudicatur in beneficio.ar.ff.de adimen.le.l.iij.in fi. Natura enim feudorū multū reſpicit ad honorē dominorū:vt in c.j.de feu.da.in vicē legis cōmiſſoriæ. & in eorū deuotionē:vt infrà in quibus cau.feud.amit.c.j.§. pe.&non vult q̄ inter dñm & vaſallū ſit materia indignationis:imò q̄ in curia honeſtè ſtare nō poſſet ſine rubore dñi. nam hęc ſola ratio eſt hic quare repelluntur agnati qui aliàs eſſent potiores : vnde ſi poſſunt in curia ſtare, q̄ cōtingit in quibuſdā alijs culpis, puta,quia nō denūtiauit dño inſidias, & abſtinuit à malo:tñ non fecit qđ bonū eſt:tunc ꝓpinquiores & immediati agnati eſſent potiores:vt infrà,de eo qui interfecit fratrē dñi ſui.c.j.licet Ia.de Bel.ibi intelligat illū tex. ad agnatū ꝓximiorē, ſed poſt tertiū gradū.Porro illi q̄ ſunt in quarto gradu agnati eius qui fratrem domini interfecit, potiùs ex miſericordia quàm ex iuſtitia tolerātur.arg. C. ad Turp.l.ſi fœmina.& l.j.C.ſi quacunque prædītus poteſtate.

ADDITIO.

a Infectiores.Et ſic videtur ſentire Bald,q̄ agnati in ſecundo & tertio gradu non admittuntur:ego credo contrarium, per id q̄ habetur in c. j.§.hoc quoq;.ſuprà,qui feu.da.poſ.& in c.j.§.hoc quoq;.de ſuc.feud.& ſecundum illa tēpora loquitur iſte text. ſed aduerte quia tollitur iſtud per tex.qui apertè hoc dicit in c.j.ſi vaſal.feu.pri.cui defera.Aduerte tamen quia ibi dicit quarto gradu ab eo qui acquiſiuit, & non dicit ab eo qui deliquit. And,Barba.

1 *Alienans omnia bona ſua,an uideatur alienare feudum.*
2 *Rex Franciæ an poſsit alienare unam ciuitatem inuitis ſubiectis.*
3 *Debitor meus ſi ab aliquo detineatur, & ex hoc non poteſt lucrari ut mihi ſoluat an mihi teneatur.*
4 *Vaſalli an contineantur appellatione caſtri.*
5 *Quid econtrà.*

In generali † Miles vaſallus generaliter alienauit omnia bona ſua.quæritur an in generali alienatione cōtineatur feudū. Reſpōdeo q̄ nō: niſi nominatim ſit dictū. hoc dicit. *Feudum.*i.quod tenet in feudo vel qđ aliįs dedit in feudū.& facit de capi.q̄ cur.vēdi.c.j. vbi de hoc Ia.Opp.iſte ſimpliciter vendidit, ergo nihil intelligitur exceptū,quicqd enim inter fines clauditur hoc videtur cōtineri ſub verbo generali, vt C.de euic.l. fines agri.ff. de cenſib.l.forma.ff.de cōtrahen. empt.in modicis.aliàs poſſet dicere vēditor ſe nō vendidiſſe niſi vnū ceſpitē terræ.So. quædā ſunt quæ emptor veriſimiliter nō eſſet empturus ſi ſciuiſſet, vt feudū qđ alienari nō poteſt:& iſta nō cōtinentur vt hic.Quædā ſunt quæ fuiſſet empturus, ſi ſciuiſſet quādo feudū poteſt alienari.verbi gratia:cū curia cōſenſerit:& tunc feudū bene cōtinetur.vt infrà,de ca.qui cur.vendi.c.j.& dic

2 vt ibi.ff.de cōtrahen.empt.l.qui tabernas. † Quæro vtrum Rex Franciæ poſſet alienare vnā de ciuitatib⁹ regni inuitis ciuib⁹.Reſpon.nō,ſecundū Hoſti.qui ita no. extra de maio. & obed.ca.dilecti filij.& ibi vide in nouella.Et ideò Cōſtantinus quādo donauit vrbē beato Syluestro fecit cū conſenſu populi.vt patet in placea Cōſtantina.xvj.diſtinct.Cōſtantinus.& facit ff.de fideicom.li.l.inuitus.& extrà de iureiurā.

a ca.intellecto.[a] † Extrà quæro:quidā detinet debitorē meū,

3 & per hoc nō pōt mihi ſatisfacere,q̄ de operib⁹ ſuis poſſet

Source : BIU Cujas

acquirere & mihi ſoluere: nunquid poſſum repetere ab eo iſtum meũ debitorẽ. Dicit Inno. ꝙ non, niſi habeã in eo ius reale, ſicut habeo in vaſallo, & aſcriptitio, & in omnibus qui tenentur ad munera. Item no. Inno. extrà de app. delicti. vbi videas. vt C. de operis liber. l. fi. Eſt tamen aliud remediũ, ſcilicet ꝙ agam actione iniuriarũ cõtra eũ, vel de dolo, ſi ſciẽs detinet eum in præiudiciũ meum. vt ff. de dolo. l. cũ quis ſecundum Inno. Illud etiã conſtat ꝙ poſſum agere interdi. de lib. ho. exhi. in quo alijs præferor, ꝓpter ſingulare intereſſe:
4 vt ff. de procu. l. licet in popularibus. † Quæro nunquid appellatione caſtri cõtineantur vaſalli. & videtur ꝙ non: quia caſtrum ſunt ipſi muri & habitationes. homo aũt nobilior eſt: vt ff. de ædil. edic. l. iuſtiſsimè. Solu. debet aũt intelligi ſicut ſuadet dignitas cõcedentis: & eius cui cõceditur: vt ff. de vſu & ha. l. plenũ. §. equitij. & de le. ij. l. item in legato. §.
5 parui. In dubio aũt dic, vt dicã in c. j. de ca. qui cur. ven. † Sed quid ecõtrario. Pone ꝙ in quodã caſtro omnes homines erant mei vaſalli, & ego cõcedo tibi omnes vaſallos meos talis caſtri: vtrum videar cõcedere omnes habitationes meas quas habeo in eo caſtro, & ipſum fortalicium, & dico ꝙ nõ: quia vaſalli ſunt pars & non totum. Vnde non videtur conceſſum quod eſt ſeparatum à corpore, & ſignificatione.

ADDITIO.

a C. Intellecto. Et quod no. per Inno. in c. auditis. de prẽſcri. quia ita intereſt ſubditorũ non mutare dñm. ſicut e contrario intereſt dominorũ ſubditos non mutare. Et idem Inno. in c. in noſtra de iniu. & dam. dato.

1 ☞ *Vaſallus ſi ignoranter alienauerit feudum, an priuetur feudo.*
2 *Res an poſsit retineri donec debitum ſoluatur.*
3 *Emphyteuta ſi ignoranter uendidit rem emphyteuticam quid iuris.*

Si vaſallus. Si vaſallus feudum ignorãs alienauit, non amittit feudum, ſed ſibi reſtituẽdum eſt, & nõ domino: tamen tenebitur ad intereſſe emptori ignoranti. h. d. † No. ꝙ ſi vaſallus feudum ignorans alienauit, nõ punitur, ſecus ſi ſciens: vt ſuprà eod. tit. §. ſi Titius. Oppo. & videtur ꝙ ignorantia facit alienationem valere: vt l. fi. §. pe. ff. de leg. ij. Solu. ibi alienator tẽpore alienatiõis poterat alienare: hîc non. Item ibi res erat de ſui natura alienabilis, hîc non. Et adde quod no. Cy. C. communia deleg. authen. res quæ. Oppo. ꝙ quis non poſsit venire contra factũ ſuum, etiam ſi de iure non teneat, vt C. de reuo. dona. l. cum profitearis. Solu. ibi allegabat ſuum dolũ, hîc ignorantiam. Oppo. quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio: vt ff. de euic. l. vendicantem. Solu. ibi loquitur quando rei intererat excipere: ſed hic non intereſt excipere, quia alienatio erat impoſsibilis. † Extrà quæro vtrũ
4 poſsit rem retinere quandiu ſibi ſoluatur intereſſe. Reſpondeo ſic, quo ad agentem: vt ff. de condi. indeb. l ſi non ſortẽ.
3 §. ſi centum. arg. ff. de do. exce. l. pater. §. ex quadrãte. † Extrà no. ex iſto ca. ꝙ ſi quis emphyteuta ignoranter vendidit feudum emphyteuticũ, ꝙ non cadit à iure ſuo: vnde dominus reuocare volens habet quod eſt no. dignum.

1 ☞ *Ignoranti ſubuenitur.*
2 *Poſitioni non reſpondens an habeatur pro confeſſo. & nu. 3.*
4 *Hæredibus uſurariorum an credatur dicentibus ſe non habere codices rationum.*

Vaſallus. Caſus. Si vaſallus domino feudum ſciẽs inficiatus eſt feudum amittit, ignorans aũt non: ſed ſi dubitat vaſallus conuentus à domino, poteſt
1 dubitanter reſpondere. h. d. † No. ꝙ ignoranti ſubuenitur. Et eſt ratio quia ad inducendum delictũ requiritur ſciẽtia: vt ff. de decre. ab or. fa. l. fi. & facit C. de fur. l. manifeſtiſsimi.
2 §. ſinautem dubius. a Conſidera ꝙ aut per ignorantiam euitatur delictum. & tunc ipſo iure excuſatur vt hic. Aut ratione ignorantiæ conceditur reparatiuum remedium & & tunc refert. Aut ſine auxilio prætoris & datur exceptio. Aut cum decreto prætoris & datur in integr. reſtit. Iſta eſt doctrina gloſſ. ff. de noui ope. nuncia. l. de pupillo. §. hoc autem. & illã gloſſam multum notabat primus doctor meus Ioan. Pogliarenſis. Alius enim doctor meus qui rerum ſingularium habebat memoriam fuit dominus Franciſcus Tigris de Piſis. Sed ille qui multum contulit ingenio, fuit Bar. de Saxoferrato quos longo tempore audiui, & diſcendi ſtudio rarò me ab eis ſeparaui. Dicebat autem mihi Bart. quòd illud quod ſuum fabricabat ingenium erat lectura Cy. *Dubitanter reſpondere debet.* Dabitur ſibi tamen terminus ad deliberandum: vt ff. rerum amo. l. Marcellus. Not. ergo quòd ille qui dicit dubito non habetur pro confeſſo, niſi dato ſibi termino ad deliberatè reſpondendum, ꝙ die vt in ca. ſi poſt
2 præſtitum. de confeſ. lib. vj. † Dicit Ioan. Monac. ibi ꝙ ille qui non reſpondet poſitioni habetur pro cõfeſſo non ipſo iure, ſed per ſententiam. Idem dicit Bar. ff. de iure fiſci. l. eius qui delatorem. Et addit quòd hæc contumacia non nocet hæredi. Conſidera dum dicunt quòd non ipſo iure ſed per ſententiam verum dicunt: quia quoties aliquid committitur motui iudicantis ibi requiritur eius iudicis declaratio: ſed hæc committitur motui iudicantis: quia tex. dicit abſq; rationabili cauſa. ergo requiritur iudicis declaratio. vnde ſi
3 iudex non declarat non habetur pro confeſſo. † Et ideo ſis cautus, quia ſi tu es aduocatus eius qui non reſpondet, & cauſa committatu r conſulenda, facias quòd cõmittatur ſola diffinitiua, & non interlocutoria: quia cum non ſit interlocutum diffinitiuè non poteſt fundari ratione cõtumaciæ, ſed altera pars ſit cauta quòd faciat committi quæ ſunt partes iudicis. Id autem quod Barto. dicit de iſta contumacia ꝙ non afficit hæredem, bene eſt verum in caſu. d. l. eius qui delatorem. ſed non eſt verum in caſibus, in quibus non obijcitur crimen, in quibus factum defuncti præiudicat hæredi: quia in iudicijs quaſi contrahitur: vt l. ij. ff. de præto. ſtipul. Et ideo contra hæredem ex facto defuncti poſſet iurari in litem vbi talis eſt natura cauſæ: ꝙ ſi hæres non purgat moram cum poſſet, ei nocet. aliàs de dolo defuncti tenẽtur: niſi dicas teneri: quia lis eſt conteſt. vt C. de in lit. iuran. l. alio iure. † Et no. illam legẽ, an hæredibus vſurariorũ credatur, qui
4 dicunt ſe non habere codices rationum, & creditur eis niſi lis eſſet agitata cum defuncto, vt eſt lex valde notabilis ad hoc, quia non eſt dubium ꝙ iudicium tranſeat ad hæredem cum ſua totalitate & qualitate: & interdum cum maiori efficacia: vt ff. de infa. l. ſeruus. Et adde not. in l. j. §. denũtiari. de ventre inſpiciendo. Iaco. de Are. qui dicit quòd iſtæ contumaciæ habent inducere præiudicium tacitæ confeſsionis in præparatorijs litis, & in probatorijs, ſed non ſuper libello. Oportet enim litem ſubſtantiari per interrogationem & reſponſionem expreſſam: vt C. de litis conteſtatione. l. prima. cum ſimilibus.

ADDITIO.

a Dubius. Adde quod dicit Inno. ꝙ ille qui dubitat, negare videtur: quia pro eodem eſt quando cauſæ dubitationis ſunt tales, quibus quis poſsit moueri ad negandum. extrà de ma. & obe. ca. inter quatuor. in fin. vbi omnino videas.

1 ☞ *Fraus quando dicitur committi, an & quando præſumatur.*

Beneficium. Datur regula & exemplum. Regula eſt ꝙ vaſallus beneficiũ alij infeudare poteſt æquali perſonæ. Fallit ſi in fraudem legis
1 fecerit. h. d. † No. de fraude & ꝙ de permiſſo ad permiſſum non ſit fraus, nec de prohibito ad prohibitum, ſed eſt quædam multiplicatio boni vel mali. vnde propriè eſt fraus quãdo permiſſum ſimulatur & prohibitũ agitur reuera. vt not. Io. Mona. in c. auaritiæ. de elec. lib. vj. vbi vide. & facit C. mãda. l. ab Anaſtaſio. in fi. & l. ſi libertus minorem. de iure patr. & ff. de manu. teſta. l. iiij. §. ſi ab ignoto. & ideo quãdo ſimulatio fit de permiſſo non vitiat: quia eſt de permiſſo ad permiſſum. Item quando actus fit per prohibitos non vitiatur tanquam ſimulatus, ſed tanquam prohibitus ſimpliciter. Sed quando fit de permiſſo ad prohibitum, tunc eſt propriè

ſimulatio

simulatio & fraus. Idem si fiat de permisso simpliciter ad prohibitum secundum quid: vt de venditione ad pignus. vt no. C. plus valere quod agitur. l. emptione. & l. imaginaria. ff. de regulis iuris.

1 ☞ *Vasallus potest super feudo agere, conueniri, & transigere.*
2 *Transactionis nomine illud quod percipitur non succedit loco rei.*

1 **Si vasallus.** †Datur regula ꝙ vasall' de feudo suo agere potest, & conueniri, etiã domino ignorante: quinimò & transigere sibi licet. & quod fecerit firmum haberi debet. h. d. *Firmum erit.* s. illud iudicium siue sententia feratur pro eo, siue contra eum, in agendo, siue conueniẽdo, cùm habeat vtile dominium: vt suprà, de inuesti. de re alie. fac. c. j. & ipse solus habeat potestatẽ vtiliter agẽdi & excipiẽdi: vt infrà de cõtro. inter vasal. & alium de bene. c. j. & hæc sententia prodest, & nocet domino ignoranti etiam nedum scienti. vt hic. & d. c. j. dummodo fraudulẽter non litigauerit vasallus. vt d. c. j. & sic res inter alios acta alijs præiudicat: licet regulariter contra. ff. de reg. iur. sæpe. Pe. de Cer. Adde ꝙ ego intelligo fraudem esse cõmissam eoipso, ꝙ vasallus potuit denuntiare domino, & non denuntiauit: vt C. de dist. pi. l. creditor hypothecas. quæ est ad hoc valde
2 not. lex. *Nec quod.* † No. ꝙ illud quod nomine trãsactionis percipitur non succedit loco rei. facit ff. de transac. l. contro uersia. quod verum est quando percipitur aliquid extrinsecum: Secus si aliquid intrinsecũ, puta pars ipsius feudi: quia quod retinetur non dicitur nouo titulo requiri. Lex est ad hoc notabilis. C. de transac. l. si pro fundo.

1 ☞ *Vasallus si nõ cõqueritur de culpa domini dicitur pœna remissa.*
2 *Dominus perdit proprietatem feudi ob culpam per quam etiam uasallus si eam committeret feudo priuaretur.*
3 *Felonia uel culpa domini commissa non distinguitur in quem sit commissa.*

1 **Domino committente.** †Mirabilis & singularis est decisio huius ca. Casus. Datur regula ꝙ si dñs cõmisit felonią, per quã si eam cõmitteret vasallus in dominũ amitteret feudũ: dominus etiam perdere debet feudi ꝓprietatem. h. d. facit suprà de for. fi. c. j. [a] Nam dominis indignis iuspatronatus aufertur: vt C. de bo. lib. l. fi. & ibi no. *Peruenire.* s. per sententiã: quia modus & forma traditus in vno correlatiuorum, in alio expressus intelligitur. C. de indic. vidu. l.
2 fi. *Ad uasallum.* † No. verbum, si enim dicit ad agnatos vasalli: quia si vasallus non cõqueretur remissa pœna videtur: vt ff. ad Sill. l. diuus. Et no. ꝙ istud c. non habet locum in eccle sia: vt in c. delictum personæ. de reg. iur. lib. vj. quia prælatus non est dominus, sed procurator, cuius collusio non debet præiudicare eccleſiæ. arg. C. vnde vi. l. meminerint. *Siue in a-*
3 *lium.* † No. ꝙ felonia quam committit dominus non distinguitur in quem. Secus in felonia vasalli.

ADDITIO.

a C. j. Et infrà qualiter do. feu. propri. priue. c. j. & quod le. & no. ff. de dam. ine. in l. si finita. §. si de vectigalibus. & infrà, hic finitur lex Corra.

1 ☞ *Feudum his uniuersalibus conceptum: prose & suis hæredibus masculis & fœminis cui, & quibus dederint, an perdatur per felo-niam*

Feudum. Confirmatur hæc regula quòd si vasallus committit culpam propter quã meretur amittere feudum amittit feudum, siue feudum habeat
1 propriam feudi naturam, siue non. †Casus. Comes Sabaudiæ cæcesit mihi castrum in feudum eo pacto, vt ego habeam ipsum & hæredes mei masculi & fœminæ & cui dederim aliquæritur vtrum istud feudum perdatur per felonią. Respondeo ꝙ sic, antequam alienet: sed si alienauit emptor per felniam suam non perdit. h. d. Oppo. ego possum alienare contrahendo, ergo & delinquendo. vnde si per vim expellam tertiũ possessorem applicabitur illi per legem si quis in tantam. C. vnde vi. Respondeo non est ita: quia delictum non dicitur propriè datio. Secũdò opponitur, quia dicta in præcedentibus, videntur tacitè repetita in sequentibus: sed in præcedentibus dictum est de masculo & fœmina: ergo quod sequitur vt cui dederim debet intelligi. s. masculo vel fœminę, non extraneo. ar. ff. de ope. li. l. Titius. respondeo nõ est ita: quia *ista* clausula est posita causa ampliandi, & debet aliquid operari. Item inter masculum & fœminam est datus alius ordo à iure. Tertiò opponitur. quia ista verba & cui dederim, debent intelligi secundum qualitatem præcedentiũ. s. & si cui dederim feudum. Respondeo, non est ita: quia secũdum hoc pactum nihil operaretur: vt ff. de vsur. l. si stipulatus. Et adde ad istud c. quod no. ff. de alie. iud. l. iij. §. opus. & in vlt. ff. de de noui ope. nuncia. per Dyn.

1 ☞ *Pactum factum cum fratre de non petendo feudum ab eo, uel eius hæredibus: quid si sine filijs moriatur.*
2 *Hæredis appellatione in feudo qui ueniant.*
3 *Pactum debet declarari & adaptari secundum naturam rei super qua interponitur.*

Titius. Casus. Titius & Sempronius successerunt patri in feudum: & ex diuisione inter eos facta, feudum peruenit ad Sempronium in totum, vel fortè pro parte: Titius fecit pactum Sempr. de eo feudo non petẽdo ab eo, vel hæredibus suis: decessit Sempr. sine filio masculo, extraneo hærede relicto: Titius petit feudum ab hærede ex successione ad se deuolutum: quæritur an obstet sibi excep-
1 tio pacti. Respondetur quòd non h. d. † Not. quòd pactũ de non petendo feudum factum à fratre fratri recipiẽti pro
2 se & hæredibus suis intelligitur de liberis hæredibus. † Nam in feudo appellatione hæredis non continentur extranei, etiam si de hæredibus fiat mentio in modum liberationis, & sic liberatio restringitur quod est no. dignum. Et idem putarem in renuntiatione: nam renuntiatio habet vim pacti per sonalis, quando fit contemplatione personę: vt C. ad Vellei. l. iubemus. & facit ad hoc ca. ratione sui. ff. de lega. iij. l. Paulo Callimacho. §. j. † Vltimò no. pactum interpretari, adaptari & declarari secundum naturam rei in pactũ deductæ: & quod contemplatione certæ personæ fieri præsumitur, perinde haberi ac si talis persona nominatim exprimeretur.

De pace tenenda, & eius violatoribus. Rub.

1 ☞ *Imperator non uult ligare illos ad quos literæ suæ non peruenerunt.*
2 *Pactum an rumpere uideatur qui propter nouam discordiã alterum offendit.*
3 *Imperator habet imperium à Deo.*
4 *Factum tempore guerræ quid dicatur.*
5 *Negatiua facti potest esse notoria.*
6 *Bona mobilia censentur de eius territorio ubi reperiuntur.*
7 *Filius non potest alimentare patrem bannitum.*
8 *Barbam alicui expillare est iniuria.*
9 *Excessus appellatione uenit omne delictum.*
10 *Pater an priuetur bonis propter delictum filij.*
11 *Bona bannitorum an publicentur.*
12 *Bona publicantur in crimine læsæ maiestatis.*
13 *Quid si iudex in sententia dicit quòd confiscabant bona.*
14 *Iudices ratione generalis arbitrij an possint omnia bona publicare.*
15 *Duellum in quibus casibus sit permissum.*
16 *Et an sit permissum de iure canonico, ibidem.*
17 *Duellum quid sit, ibidem.*
18 *Duellum alicui indicens, & ei crimina impingens an saltem teneatur probare per indicia.*
19 *Duellum facere uolentes, post quam sunt in cãpo an possint pœnitere.*
20 *Duellum in quibus casibus fiat, ibidem.*
21 *Duellandum an tantum sit quòd uictor appareat si prima die quo pugnauit non apparuerit uictor.*
22 *Duellum facere uolens habens duos oculos cum illo qui unum tantum*

Source : BIU Cujas

oculum habet, an debet ei claudi unus oculus.
23 *Duellare in qua ætate aliquis poteſt.*
24 *Res mobiles uel immobiles quæ ſunt.*

FEdericus. Diuide capitulum in decem partes. Primò qualiter ſit puniendus laicus ſi pacem violauerit. Secundò qualiter clericus debeat puniri eodem caſu. Tertiò qualiter receptator pacem violantis. Quartò qualiter dirimetur cõtentio orta inter duos vel pluresvaſallos. Quintò qualiter procedendum ſit, ſi ruſticus militem vel miles ruſticum, vel miles militem de pace violata pulſauerit. Sextò quemadmodum ſtatuitur regulariter libertas à Comite. Septimò qua pœna ſit puniendus arma portãs. Octauò de pœna latronum & furum & inobedientiũ. Nonò ſi miniſtrales inter ſe guerram habuerint, quo iure ſit procedendum. Decimò quo loco licet pabulare equum ſuum. Secunda pars incipit in §. ſi clericus. Tertia in §. ſi iudex. Quarta in §. ſi duo. Quinta in §. ſi tres. Sexta in §. ſi ruſticus. Septima in §. poſt natale. Octaua in §. ſi quis ruſticus. Nona in §. publici latrones. Decima in §. ſi quis quinque ſolidos. Caſus vſque ad §. ſi clericus. Imperator adulatur omnibus ſuadens quòd ſeruare debeant pacem: & ſtatuit pœnam contra non ſeruãtes, dicens, quòd qui hominem infra pacis edictum occiderit, capite puniatur, niſi per duellum probet quòd fecit ad ſui defenſionem: verumtamen ſi manifeſtum eſt quòd volũtariè, & non ad ſui defenſionem occiderit, non admittitur probatio per duellum & pœna capitis punitur. & hoc habet locum comparente violatore pacis. Si verò fugerit, tunc bona mobilia publicantur & immobilia permittuntur hæredibus iuramento præſtito ab eis quòd inde nullum emolumẽtum præſtabunt ſibi. Sed ſi poſteà contrà fecerint priuabuntur hæreditate: & fiſco applicabuntur. Si verò infra pacis edictum aliquis hominem vulnerauerit, manus eius amputabitur, niſi probet per duellũ quòd ad defenſionem ſui hoc fecerit. & in iis bonis procedetur ſimili modo ſicut ſuperius eſt dictum. Sin autẽ aliquis ſine ſanguinis effuſione percuſſerit, vel abſque percuſsione aliquem inuaſerit pœna pecuniaria punietur. hoc dicit vſque ad §. ſi clericus. † *Literæ iſtæ peruenerint.* Not. quòd Imperator non vult artare per literas ſuas niſi illos ad quos literæ peruenerint: non tamen intelligas quòd ſit neceſſe ſingulorum auribus inculcari: ſed ſufficit. tantum per edicta extra de poſtu. præla. c. j. *Et pacem.* De iſta pace quam Imperator hîc vult ſeruari videtur loqui hoc c. ſed Dicit. Dyn. quòd in paucis locis ſeu terris Lombardiæ hoc videtur habere locum cum omnibus fit guerra. Dy. Tu dic hoc cà. generaliter loqui ſiue Imperator indicat pacem, ſiue ciuitates inter ſe faciant pacem, ſiue ſingulares perſonę. † Sed nũquid videtur rũpere pacẽ ille qui propter nouã diſcordiam offendit alterum. doc. communiter tenent quòd non: quia de hoc videtur non cogitatum fuiſſe. Ad hoc facit quòd not. ſecundum Hoſt. & Ioan. And. extra de immu. eccle. c fi. in nouel. *Dignum eſt.* Not. pulchra verba: dignum eſt vt cuius præcellimus munere illi omnino pareamus in opere. Item not. pro excellentia Imperatoris dicit Vegetius ſecũdo de mili. diſciplina. Cum Imperator Auguſti nomen accepit tanquam præſenti & corporali deo fidelis eſt ei præſtanda deuotio, & impendendus peruigil famulatus. Deo enim vel priuatus, vel militãs ſeruit cum fideliter eum diligit qui regnat Deo authore. † Vnde not. quòd Imperator habet imperium à Deo. Item quia debet deo parere. *Volumus.* Not. verbum quòd ius ſuum quibuslibet perſonis cõſeruare debemus: concor. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. ij. *Deſideratum.* Nota pacem eſſe deſideratam & neceſſarium bonum. *Declarabitur.* Not. proœmium per text. declarari. *Pacem.* in tempore pacis. Dy. † Quæro contra quod dicatur factum tempore guerræ videtur quòd includat immediatè antè & immediatè poſt: vt not. in l. j. C. de oper. liber. & in l. diuortio. in princi. ff. ſolu. matri. *Capitalem.* Quia homicida quod fecit ſemper expectet: vt C. de epiſco. audi. l. iij. *Per duellum.* Nota. quòd quis purgat innocentiam ſuam per duellum.

parant enim milites & nobiles quòd Deus ſit auxiliator iuſtorum. tamen Lombarda dicit: vidimus multos ſub iuſto elypeo perire hoc not. ff. ad legem Aquiliam. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. Dicit Ariſtot. non eſt veriſimile habere Deum curam malorum vel prauorum. *Manifeſtum.* Nota quòd vbi facinus eſt manifeſtum non habet locũ pugna. *Vel ſic.* Not. quòd vbi eſt declarata probatio, non habet locum pugnæ declaratio. Iacob. Bel. quia ſi patet expreſsè non poteſt negare prodeſſe. † *Quod non neceſſario.* Nota negatiuam facti poſſe eſſe notoriam vt extra de teſtib. cog. c. ſuper eo. Item not. notorium cadere in facto inſtãtaneo quod cõtra Iaco. But. eſt. *Sed uoluntario.* Quod in dubio præſumitur. facit quod nota. C. de exceptio. ſi quidem. *Nec alio modo.* Nota quòd iudex non debet admittere friuolas probationes homicidæ, nec morari ſuper ambagibus. *Fugerit.* Quod eſt eoipſo quòd citatus non comparet in populo. *Publicentur.* Not. bona confiſcari ciuitati, ſed de iure communi ciuitates non habent fiſcum. vt l. j. C. de bonis vacan. libro x. ſed hic fortè loquitur habito reſpectu ad pacem Cõſtantiæ quę quibuſdam ciuitatibus Lombardiæ fiſcum conceſsit vt in authen. de defen. ciui. §. nulla. collat. iij. † Item no. quòd bona mobilia cenſentur eſſe de eius territorio vbi reperiũtur: quia populo ſeu fiſco illius loci cõfiſcantur. tex. eſt hic ſing. *Hæredes & hæreditatem.* Mirum eſt quòd hic hæres & hæreditas dicitur viuentis: quia hæreditas non dicitur viuentis, ſed hic habebatur pro mortuo, quia in locum eius ſucceſſerat alter: vt not. ff. pro ſo. l. actione. §. publicatione. *Talicondition.* Not. hic quòd in ſententia poteſt apponi modus & quòd ille debet ſeruari ſicut conditio. concor. C. de ſenten. l. cum eorum. & l. cum iudex. & l. item Labeo. fam. erciſcun. † *Spondeant.* No. quòd filius non poteſt alere patrem bannitum, vel hoſtem, & ſi contrarium facit punitur in amiſsione bonorum quæ erant ſibi conceſſa ſub iureiurãdo, ne patrem aleret. & ſic not. patrem propter bannum priuari iure naturæ. *Aſſignet.* Not. de verbo aſsignet, facit extra de cõceſ. præben. c. propoſuit. in fi. in ver. aſsignetis. & de præb. c. pro illorum. in fi. in verbo aſsignare. & vide quod ibi no. per In. & in nouel. g *Vitam ſuam defendendo.* Nota quòd nec defendere, nec vulnerare quis aliquem impunè poteſt, niſi vitã ſuam defendendo. Et not. offenſorem nunquam præſumi defenſorem, niſi probetur. Item qui excedit modum punitur de exceſſu. ḥ & ſic mitius punitur: vt de pœ. & remiſsio. c. ſignificaſti. in nouella. *Amputetur.* Nota pro vulnere manũ amputari. *Rigore iuſtitiæ.* Nota in maleficijs puniendis ſeruari rigorem iuſtitiæ. † *Barbam expillauerit* Nota de barba. & nota ꝙ in omnibus iſtis modis violatur pax: vt apparet coniungendo nigrum cum rubro. † *Pro tali exceſſu* Nota omne delictũ exceſſum appellari. i Et conſidera ſuper iſto tex. quia quando decapitatur quis vel manus amputatur, litera nullam facit mentionem de confiſcatione bonorum, ſed quando bannitur propter contumaciam, dicit quòd bona mobilia confiſcantur: ſed immobilia reſeruantur deſcendentibus, quod fortè debet intelligi ſecundum auth. bona damna & C. de bo. proſcrip. vt ff. de legi. ſed & poſteriores. Quæro ergo de intellectu illius authen. Tex. enim in authen. vt null iud. dicit quòd ſi aliqui condemnantur pro aliquo maleficio ad mortem, vel ad exilium, quòd bona non debent confiſcari, ſed deſcendentibus reſeruari: nunquid ergo hodie pro vllo maleficio bona cõfiſcantur nam ille §. generaliter loquitur, ergo generaliter debet intelligi: vt ff. de off. præſi. l. iij. & de alea. l. j. §. quod aũt. ff. de leg. præſtan. l. j. §. & generaliter. ff. de teſta. mili. l. in fraudẽ. in fi. Item magis debetur ſucceſsio parentum filijs quàm ecõtrariò. ff. de inoff. teſt. nam & ſparentibus. ff. de fal. ſi quis legatum. §. vlt. † Sed propter delictum filij non priuatur pater bonis filij. ergo &c. C. de bn. proſcri. l. ſi filius. Item bona parentum ſunt debita filijs tiã viuente patre. ff. vnde li. l. ſcripto. ergo propter delictu patris non debet ea amittere: vt ff. de pœnis. l. crimen. d. pœ. l. ſancimus. Itẽ fortius ius habet filius quàm patronus quod patet, quia ſuperat patronum. Sed propter delictum berti patronus non perdit bona: vt ff. de bo. liber. l. ſi libertum. ergo nec filius. Item eſſet abſurdum ſi propter delictu patris filij

tris filij mendicarent:vt in authen.de trien.& semiſ. §.prohi bemus.Item fiſcus prætendit cauſam lucratiuam. Sed filius prætendit debitum iure naturæ:vt ff.de bo.liber.l. cùm ratio.Item pro hoc facit tex.in ratione ſui.C. de ſecun.nupt.l. j. Quidam dicunt quòd aut lex loquitur de parte bonorũ publicanda,& illa debet publicari vt C.ad l.Iul.de vi publi.l. ij.Aut de omnibus bonis & tunc ſecus. Aliſ dicunt quòd vbi fit confiſcatio ad conſequentiam pœnæ:& tunc vetera iura ſunt correcta per d.authen. bona damna. Aut non fit cõfiſcatio ad conſequentiã pœnæ:& tunc vetera iura non ſunt correcta.vt ad l. Iul.de vi.l.ij. Tunc autem bonorum confiſcatio venit in conſequentiam pœnæ quãdo damnatus per dit ciuitatẽ vt quia deportatur:vt l.iij C.ſi penden.ap.mors
11 inter. † Idem ſi bannitur ex tali cauſa ex qua de iure cõmuni deberet deportari vt not.inſtitu.quib.mod.ius patri.po. ſol.§.relegati.Alij dicunt quòd banna non trahuntur ad cõ ſequentiam.Aduerte ſi aliquis eſt bannitus ad mortem non
k facta mentione de bonis,bona debent publicari, [k] etiam ſi non habeat liberos, vel parẽtes vſque ad quartum gradum: quia cum ſtatutum de tali banno diſponens ſit odioſum,de bet reſtringi & non ampliari.vt in c.odia.de regu.iur. in vj. & argu.eius quod legitur & nota.ff.de condic. inde.l.fin.§. vlt.Et dicit dominus Cy.in l.j.C.de hæred.inſti.quòd bannum in ſuis terminis eſt ſeruandum,& non prorogandum. tunc verò non fit in conſequentiam pœnæ quando eſt præambulum pœnæ:vt quia fit vt quis tædio affectus veniat re ſponſurus.& huius generis eſt ſola annotatio bonorum quę fit in omnibus bonis, ſola legitima filiorum, & parentum vſq; ad quartum gradum excepta.vt ff.de bo.dam.l.cum ra
l tio. [l] Tertij dicunt, quòd aut aliquis condemnatur ad mor tem,& tunc non fit confiſcatio. Et ratio eſt quia talis condẽ natus efficitur ſeruus pœnæ:ſed per ſeruum pœnæ non acquiritur fiſco. vt ff. de his qui. vt indig.l.ſi in metallum. Aut eſt ergo talis condemnatio per quã non efficitur ſeruus pœ nę,vt quia deportatur,& tunc bona confiſcantur:quia cum bona deportat⁹ habere poſsit ex reſeruatione, vel ex noua acquiſitione.vt ff. mandati. l.ſi tibi mandauero.§.is cui bona.& notatur.ff.ex quibus cauſis maiores in integrum reſtituantur.l.ſi qua militi.& patet de legatis tertio.l.ſi deportati ſeruo. §.j. ergo non habetur pro mortuo & ideò non ha
m bet hæredem,ſed fiſco acquiritur. [m] vt ff.de iure fiſci.l. Statius.§.Cornelio.ſed media opi.mihi placet & eſt communis
12 opi. † Sed illud eſt certum quòd bona confiſcantur in crimine læſæ maieſtatis commiſſo contra principem,vel contra rempublicam:quæ verè ſit reſpublica, non enim habeo pro republica quãdo maior pars iniuſtè expellit minorem, vt tyrannicè dominetur.arg.ff.de capti.l.ſi ingenuam.§.in ciuilibus.& quod no.Ioan.And.in c.j.de cleri. non reſiden.in nouella. Item publicantur bona in crimine hæreſis. vt C.de hære.auth.gazaros.Item publicantur bona fugitiui. ſcilicet annotata & conſignata in fiſcum. nam hoc non venit in conſequentiam alterius pœnæ, ſed per rationem contumaciæ. vt ff.de requiren.reis.l.j.& ij.C.eo.l.fina.Item publicãtur bona ipſo facto.ff.de publi.l.commiſſa. Adde tamen quod no. in authe.de inceſt.nupt.in prin.Item publicantur quãdo lex non loquitur de tota, ſed de quota, vel de certa quantitate & ſpecie.vt d.l.ij.C.ad l.Iul.de vi.& C. de inceſt.nup.l.cum
13 ancillis. † Sed pone:iudex expreſſè dixit in ſententia quòd confiſcabat bona,à qua ſententia filij,vel parentes non appellauerunt:nunquid talis ſententia tranſit in rem iudicatã. Reſpondeo non,text.eſt in d.auth.bona.& eſt ratio quia iudex hoc non poteſt facere cum in hoc ſit adempta ſibi iuriſdictio à lege. Item in præiudicium filiorum & parentũ qui non deliquerunt,& in iudicio nõ fuerunt nihil diſcerni potuit.vt ff.de adop.l.nam ita diuus.& ff.de infa.l.Lucius.Item not.quòd iſte text.ad reſeruationem bonorum,quæ fit liberis,addit vnum quod alibi non reperitur.ſcilicet, de cõdemnato ex ipſis bonis non alendo,& de eis confiſcandis,ſi con
n trà fiat.Et adde quod no.C.de iure fiſci.l.fi.lib.x.[n] † Sed hîc
14 quæro an ratione generalis arbitrij iudices poſſunt omnia
o bona publicare.& videtur quòd ſic.[o] nam poſſum quod eſt plus,ſcilicet,condemnare ad mortem.vt ſingulariter no.inſtitut.de iniur. §. pœna.Et hoc eſt quod dicimus quòd puniunt in auro,& ære vel in perſona.vt not.in authen.de armis.collatione vj.Sed in contrarium videtur caſus.C.ne ſine iuſſu principis certis iudic.bona lice.publi.l.prima.lib.x. dic vt ibi. Sed oppon. contra id quod dixi de annotatione bonorum, quia hîc expreſſè dicitur contrarium. ſcilicet ꝙ bona reſeruantur filijs.Sol.hoc ideò,quia ratione contumaciæ condemnantur de crimine principali. Sed ſecũdum ius commune quod ante hanc legẽ vigebat non condẽnabatur quis de crimine principali. vt ff. de pœnis. l. abſentem. Et ideò per ſtatuta terrarũ contumax ponitur in banno quod reſpicit terminum pœnæ.& ſic eſt pœna delicti. dic quòd tunc bona confiſcanda non ſunt, ſed reſeruanda filijs. per hunc notabilem text. caue tibi quia non video quod iſte §. dicat quòd debeat condemnari ad propriam pœnam delicti.nec etiam in hoc ſecundum text.fit mentio de banno.& ideò tutius eſt dicere vt dicit Iaco.de Bel. ꝙ nouiſsimo iure iſtius legis bona non debent hodie annotari,niſi bona mobilia:ſed filijs reſeruari,quod eſt no.dignum. Sed de banno fit mentio infrà, in titul. hîc finitur lex deinde conſuetu.regni incipiunt.c.domino guerram.poſt principium. & etiam de conſuetudine eſt quòd bannum detur propter contuma
p ciam.[p] vt l.j.§.quid ergo.de vent. inſpi.& l. ſed & ſi prætorem.§.quòd ſi dum decreto.ex quib.cau.maio.& not.in l.j. C.qui bonis cedere poſſ.& l.ad cognitionem.ff.qui.ex cau. in poſſ.ea.& inſtitut.quibus mod.ius patrię poteſta.ſol.§.relegati.& ibi not.& C. de ſacroſanctis eccleſijs,authen. caſſa & irrita.Et not. quòd bannire eſt extra comitatum ciuitatis
15 ponere:vt no.in l.prima.C.de natu.li.per Cyn. † Deinde tu habes hoc de duello & gloſſ. ponit certos caſus in quibus habet locum duellum,in quo reus victus punitur eadẽ pœna ac ſi eſſet confeſſus. certè gloſſ. dicit quòd mitius agitur cum eo quàm cum confeſſo:quia eſt conuictus ex præſumptione. & ſic not. quòd mitius agitur cum eo qui eſt victus
16 ex præſumptione quàm ex confeſsione. †† Et no.iſtam gloſ. & adde alios caſus de pugna quos ponit Goff. in tractatu
q de pugna.& no.qꝙ de iure canonico iſta pugna eſt omnino prohibita,vt plenè not. per Ray. de Penna forti in tractatu ſuo de duello ſiue monomachia, quod idem eſt dictum,& ibi videas.Et quod dixi de iure canonico duellum eſſe prohibitum, verum eſt niſi fiat pro defenſione propriæ ſalutis,
r vt hîc in text.[r] Idem ſi pro defenſione patriæ. arg.ff.de poſt
s hu.l.prima.§.beſtias. [s] Idem ſi pro defenſione filiorum, vel vxoris, vel aliorum quorum iniuriam tenetur quis propulſare. Sed pro defenſione cuiuſdam extranei, nõ puto quòd
t quis poſsit inire duellum, niſi ſit eius campio. [t] Et hæc fiat authoritate ſuperioris. vt C. vt armorum vſus inſcio principe. l. j. libr. xj. Dicit etiam gloſſ. quòd poteſt iniri duellum pro defenſione iuſtitiæ etiam circa res. quod dic vt in l.prima.C.vnde vi.ff.de iuſti.& iure.l.vt vim. de homi.ca. ſignificaſti.& quod nota.de re.iur.l.culpa.& ff.quod metus cauſa.l.metum.§.licet.& habes no.ff.de ſica.in l. qui furem. Et vide quando liceat ſe ſine iudic.in l.prima & ſecunda.Dicũt quidam quòd pro defenſione honoris tui licet inire duellum:quia crudelis eſt qui negligit famam ſuam:& ideò ſi ruſticus inſultat nobilem non debet nobilis fugere:licet fugere poſſet,quia fuga reddit quem viliorem. Ita dicit Cyn. ff. ad legem Aquiliam.l.ex plagijs tabernarius. & in l. ſcienti. §.qui cum aliter.in additionibus ſuis. Sed iſtud non eſt propriè duellum: quia non eſt indictum, ſed eſt potius quæ-
17 dam rixa ſeu impetus armorum. † Porrò duellum propriè eſt ſingularis pugna inter aliquos,ad probationem veritatis ſecundum præfatum fratrem Ray.de Penna forti. Sed nunquid ille qui prouocat aliquem ad bellum,vel duellum, impingens ei crimina teneatur probare per indicia vel coniecturas. Reſpondeo ſic: quia pugna æquiparatur torturæ quæ non habet fieri nullis indicijs præcedentibus: vt nota. C.de ſeruis fugitiuis.l. quicunque ff. de quæſtio. l. maritus. & C. ad legẽ Iuliam maieſtatis. l. ſi quis. Qualia autem indicia ſufficiant eſt in arbitrio eius qui publicam authoritatem habet ſuper hoc: vt ff. de quæſtio.l. milites. §. oportet. & ff. eodem l.de minore. §. tormenta. Alioquin quilibet

Source : BIU Cujas

deſperatus alium ad pugnã ſine cauſa prouocaret: quod eſt
18 abſurdum.ar.ff.de iure fiſci.l. Senatus. † Quæro nunquid
ille qui moritur in pugna moriatur ſeruus pœnæ. Reſpon-
deo iſte eſt ſimilis illi qui moritur in tormentis nondum cõ
demnatus,& ideò non moritur ſeruus pœnæ. & ſuum teſta
mentum non rumpetur:& hoc probatur,quia illi qui occi-
duntur in bello non moriuntur ſerui pœnæ,nec hominis ſe
cus ſi capiantur & ſeruentur:vt ff. de ſtatu hominum liber-
19 tas. † Quæro an poſtquam ſunt in campo poſiti de cõmu
ni conſenſu poſsint pœnitere.Reſpondeo non.niſi abolitio
concedatur à ſuperiore. Vnde ex quo conuenerũt inter eos
pugnare neceſſe eſt: quia publicæ vtilitatis eſt peccata nocẽ
tum apparere:vt ff.de iniur.l.eum qui nocentem. in princi-
pio. Et nota quòd duellum de iure Romano regulariter eſt
prohibitum,aliquando tamen permittitur.vt not.inſtitu.de
hære.ab inteſtato. §. per contrarium. Sed ſecundum legem
Lombardorum quæ olim multum viguit in Lombardia, &
Tuſcia Longobardorum, & adhuc hodie multæ eius con-
ſuetudines ſeruantur in regno Siciliæ,licet pro regula dare
tur quòd duellum non eſſet licitum: tamen in pluribus caſi
bus erat permiſſum.vnde hîc in libro meo habeo talem po-
20 ſtillam ſuper verbo per duellum. † No.plenè caſus in quib⁹
fit pugna de crimine læſæ maieſtatis.Fit pugna inter actorẽ
& reum,vt in Lombardia de maleficijs & publicis crimin. l.
vlt. Et de conſilio mortis in vno caſu fit pugna,ſcilicet quã
do mulier dicitur conſiliata de morte mariti.vt in Lombar.
de conſilio mortis.lege vltima. Et de opprobrio cucurbita
tionis,vt in Lombardia de cõuitijs l.prima.Et de homicidio
facto inter treugam,vel poſt pacis oſculũ. vt in Lõbardia de
homi.l j.Et de morte furtiua fit pugna.vt eodem ti.l.vlt.Et
de parricidio facto ꝓpter cupiditatẽ rerum fit pugna. vt in-
frà de parrici.l.vlti.De improperio fornicationis aduerſus li
beram mulierem quæ in alterius mundo eſt.vt titu.de iniu-
ria mulierum. lege ſecunda. Et de furto facto à ſeruo in fu-
ga conſtituto fit pugna contra dominum ſi velit negare ſer
uum feciſſe furtum: vt in Lombardia de furtis.lege ſi ſeruus
in fuga. De fornicatione facta cum vxore alterius fit pugna.
vt in Lombard.de adult.l.iij.Et de re intertiata fit pugna in-
ter emptorem & venditorem vt titulo de rebus intertiatis.
lege ſi res intertiata. Et de malo ordine poſſeſsionis, quin-
quennalis fit pugna vt in Lombar.qualiter quis ſe defende-
re debeat.Et de debito paterno fit pugna, vt in Lombar.de
teſta.l.ſi quis cum altero.Et inter contrarios teſtes fit pugna
vt in Lombar.de teſti.ſi quis cum altero. Et de periurio ſciẽ
ter facto fit pugna.vt in titulo qualiter quis ſe defendat.l.de
furto.Et de charta prædiorum appellata falſa fit pugna,vt in
Lombar.de prædijs.eod. tit. Et de inueſtitura prædij fit pu-
gna eod.titu.ſi de inueſt.Et de depoſito negato ſi eſt xx. ſol.
fit pugna.vt eod.tit.ſi quis per ipſum. Et de furto & ſcalco,
ſi eſt vltra ſex ſolidos fit pugna.vt eo.ti.l.de furto. Et de in-
ſtrumento prædiorum per vim facto fit pugna. vt eodẽ tit.
ſi quis dixerit.Et de libertate petita à ſeruo,fit pugna,ſi pla-
ceat domino.vt eodem titulo,ſi ſeruus propter appetitum.
Et de incendio,vt eodẽ titulo ſi qs haſtę.Et deinfidelitate fit
pugna militaribus armis. vt in l.quicunque. eodem titulo.
Et de rebus emphyteuticis fit pugna:vt eodem titulo.l.vlti.
Et eſt ſciendum quòd pugna ſemper eſt in arbitrio actoris:
vt in Lombar.qualiter quis defen. debe.l.ſi quis à domino.
& l.de prædijs.& l.ſi quis alium aſto.Et etiam hoc nóta. Ac-
cur.& alibi nõ debet fieri pugna quàm vbi iudicatum eſt vt
eo.titu.l.nullus præſumat hominem mittere ad iudiciũ niſi
21 vbi iudicatum eſt. † Quæro ſi die aſsignata duelli vnus aliũ
ſuperare non potuit,vtrum tandiu ſit bellandũ,donec vnus
victor,& alter victus appareat. Reſpondeo is qui ſe proba-
tum iactauit,niſi de aſsignata probet,non eſt vlterius audiẽ
dus.arg.inſti.de actio.§.omnis.& vi aut clam.l.ſi vitem.§.fi.

Sed oppo.quia eſt impeditus facto aduerſarij.ergo debet
dari noua dilatio.vt ff.de eo per quem factum erit.l.fi.§.ſed
ſi ſtipulator.& ff.de fer.l.oratione.& ff.de in integ. reſti.l.di
uus.§.nec intra has.Reſpõdeo illa regula non habet locum
in pugna in qua vnus habet ſupprimere alium. vt not.ff.de
verbo.obli.l.executionibus.§.fi.Et not.quòd ſuper iſta ma-
teria Imperator Federicus fecit quaſdam conſtitutiones lo-
cales in regno Siciliæ, tamen quia mihi videtur quòd habeant in ſe naturalem rationem quæ generalis eſt, ſubiicio
verba text.cuiuſdam conſtitutionis,quæ incipit eius mono
machia,quæ duellum vulgariter dicitur: vbi primò diſponi
tur quòd duellum non eſt licitum: quia non tam vera pro-
batio quàm quædam diuinatio dici poteſt. Excipit caſum
beneficij & furtiuæ mortis,vel proditorię:& ſubdit in qui-
bus etiam à pugnæ iudicio non permittitur inchoari: ſed
per probationes ordinarias ſi ſuperſint aliqua procedi pri-
mò iubere debemus, deinde officio curiæ prius ſubtili in-
quiſitione præmiſſa,ſi per probationes aliquas vel per in-
quiſitionem plenè non poterit facinus probari,tũc demum
ad pugnæ iudicium indicijs præcedentibus deſcẽdatur hîc
text. quòd in re communi conſonat quod ſuperius proba-
ui. In alia autem Federici conſtitu.ſub rubrica de præſtan
do iuramento à campionibus cauetur:quia poſtquam cam-
piones circulum pugnatorum fuerunt prout eſt moris, in-
greſsi corporalia ſubeant ſacramenta.iuxta probabilem cre
dulitatem eorum credant dominos pro quibus pugnam in-
trauerint veritatem fouere, & ſecum omni ſtudio pugnatu
ros pro dominis ſuis:nec poſsint paciſci quòd non dimica-
bunt tali,& tali modo,puta dentibus, ſed ad confuſionem
alterius alter ex toto poſſe conetur. Et in ſequenti capitulo
ponitur de pœna falſi campionis, & quòd dominus victus
per pugnam falſi campionis poteſt in integrum reſtitui ſi-
cut ſi eſſet victus per falſos teſtes. Item quòd falſo campio-
ni qui ſcienter deierauerit debet mutilari manus. Scias ꝙ
de iure communi falſus teſtis punitur eadẽ pœna, qua puni
retur reus de crimine intentato. puta pœna capitis, vel fur-
carum.text.eſt not.ff.ad legem Corn. de ſic. l.j. poſt princi-
pium. Vnum tamen non omitto quod Federicus in alia ſub
ſequenti conſtitutione, quæ incipit conſuetudinem, dicit
quòd ſi miles fuerit is qui ad pugnam impetitur & eques
ſe voluerit defendere, aduerſarius eius quamuis miles non
ſit eques ſimpliciter eum impugnet & econuerſo. ſi pedes
fuerit qui ſe defendere nititur licet is qui pugnã obtulerit
fuerit miles non vt miles, ſed vt quilibet pugil alius incuſa-
tum impugnet. Et not.text. qui ſequitur.defendentis nam-
que debet eſſe electio qualiter melius ſe defendere valeat,
ab alio impetitus conſonat in ratione ſui. C.de tempo.in in
tegrum reſtitu.l.petendæ.& regula iuris debet actori licere
22 quod reo licitum non exiſtit. † Ibidem ait quòd ſi habens
duos oculos prouocat ad duellum habẽtem vnum oculum
tantum,debet vnus oculus ei claudi ſubdit ſimiliter in digi-
tis & in membris alijs. hoc volumus obtinere iuxta probo-
23 rum virorum conſilium,& diſcretionem.† Ibidem ait quòd
ille qui tetigit ſexageſimum annum: vel eſt minor xxv. an-
nis pro ſe pugnare minimè teneatur, ſed in defenſione ſua
poſſet ponere campionem. Hæc ſunt ſtatuta localia Federi.
tamen quia habent in ſe diſcretionem, & naturalem æqui-
tatem,ideo ea retuli ad quandam inſtructionem mentis nõ
tanquàm ius ſcriptum.& hęc de duello & campionibus di-
cta ſufficiant,reſeruatis alijs tam conſuetudini,quàm mori-
bus & peritioribus in hac arte bellandi: quia vnuſquiſque
peritior in arte ſua.vt l.ſemel. C.de re militari. libr.xij. Iuxta
illud tractant fabrilia fabri. primo ethycorum. & experien-
tia facit artem. primo metaphiſicæ. & in Ethycis, Experti
ſingulis rectè ſapiunt. Vegetius de militari diſciplina, & nõ
parua aut non leuis ars videtur armorum. per quam etiam
ſi bene geratur pax mundo propriatur. Sed contra inſtitut.
in proœmio.& in authent.de hæredibus & falcidia.in prin-
cipio.ff. de militari teſtamento.l.j.C.de officio præfecti prę
torio.in nomine domini. Extrà quæro dicitur hîc quòd res
mobiles confiſcantur & res immobiles hæredibus reſer-
uantur. quæro quomodo intelligitur iſtud verbum hære-
des: nunquid largè pro quolibet hærede. Reſpondeo non,
ſed ſecundum determinationem authen.bona damnatorũ.
videlicet pro filijs,& aſcendentibus vſq; ad quartum gradũ.
vt ff.de leg.l.& ſed poſteriores.& ff.qui ſatiſda.cogan.l.ſcien
24 dum. † Quæro quid de fructibus.Reſpondeo,ſi ſunt pen-
dẽtes idem de eis quod de fundo. Si verò ſunt ſeparati,licet

nondum

Source : BIU Cujas

nondum sint de spica excussi, vel de vuis nõdum sit expressum vinum idem quod de immobilibus quod ex natura sua apparet,in hoc autem inspicio tempus delicti. vt ff.quæ in frau.credi.l.fi.§.penul.ff.de admi.tuto.l.chirographus. & ff.
25 loca.l.si merces.§.vis maior.per Bar.† Quid de pensionib⁹.
v Respon. æquiparo eas fructib⁹ separatis à solo si cessit dies pensionis soluendæ. Sed si nondum cessit æquiparo fructibus pẽdentibus si pro parte tẽporis cessit, & pro parte non iudico de eis pro rata temporis.vt ff.de act. emp.l.Iulianus. §.si fructibus.& l.fi.ff.de iure fis.& arg.de reg.iur.l.qui actio
26 ne.†Quæro quid de nominibus delictorũ.Respondeo,sume de tertio genere in sui substãtia:quia non sunt mobilia, nec immobilia,tñ in similitudine dicuntur mobilia si debe tur quid mobile,si autem immobile cẽsentur immobilia.l. momentum.ff.de verbo.sig.ff.de pecul.quamTuberonis.§. in peculio.annuæ autem præstationes ad longum tẽpus indistinctè inter immobilia computantur in authent. de non alie.§.j.colla.ij.C.de sacrosan.eccle.l.iubemus.

ADDITIONES.

a Bonum.Vnde Lucanus,Pacem summa tenent &c.Ver.nunc placida compostus pace quiescit.& Marcus Cicero in primo officiorum,& Liuius in ij.bello punico in oratione bannonis quam apud Senatum Carthaginensem contra Annibalem perorauit.And.Barb.

b Prodesse.Et adde quòd quis simul potest negare & excipere : quia potest negare simpliciter & proponere exceptionem conditionaliter.

e Probationes.Vide plenè Io.And.in tit.de leg.Aud.Barb.

d Fiscum.Not.communiter ciuitates non habent fiscum nisi ciuitates Lombardiæ vt est gl.sing.in d.§.nulla.An autem possint præscribere vide Bal.in l.imperium.ff.de iurisdi.om.iudi.& Inno. in cap. ex literis.de iurepatro.Andr.Barba.

e Viuentis.Vide not.in l.qui superstitis.ff.de acqui.hære. And.Barb.

f Bannitum.Hoc est verum in casu isto.Et quando est bannitus quia contra patriam commisit delictum aliàs secus:Vide tex.in authen. de incest. nup. §. j. & ibi Ang. & not.in l. minimè.de relig. & sump. fune.Facit l.si adulterium.§.libertus.ff.de adul.And.Barb.

g In nouel.Et C.de impub.& alijs substi.l.fi.C.de necess.ser.l.quidã. C.de leg.l.penul.in fi.extrà vt lite penden.c.ecclesia.in fin. & in l.cum pater pluribus.ff.de lega.ij.vbi necdominium transfert nec possessionem meram,sed concessionem facit.

h Excessu.Luc.in suis not.alleg.casum sing. non ponderatum à doctoribus in l.si adulterium cum incestu.§.Imperator.ff.de adulter.sed illum tex.alleg.Bal.in l.vt vim.ff.de iusti.& iur.licet Lud. mentionem non faciat de Bal.vide gloss.fingu.secundum Sali. in l.quoniam multa. ad legem Iuliam.de vi.Andr.Barba.

i Appellari.Vide textum no.in l.si quis in hoc genus.ad fi. C. de episc. & clc.And.Barb.

k Publicari.Vide Bal.in l.ij.C.qui testa.fa.pos.And.Barb.

l L.cum ratio.Sed si aliquis bannitus succedit in hæreditate parentis dicit gl.q͡p fiscus aufert hæreditatẽ tanquã indigno.vt C.de hære.instit. vt l.j.per Accur.dic vt dixi in lectura mea.

m Acquiritur.Vide do.to.de Imo.in l.j.C.de testamen.& Bal. in l. j.C. de secun.nupt.vbi notabiliter loquitur.And.Barb.

n Li.x.Ité transuersa p̃sona q̃ non fuit citata nõ obest, nec ei imponit silentiũ res iudicata.extrà de test.c.veniens.Quæro an debeat quis banniri si detinetur in carcere,ita q͡p cõparere nõ potest.Respondeo nõ, vt no.in c.si iudex laicus.extra de sen.excom.in vj.in gl.ordi.

o Quòd sic.Vide Ludo.in rubri.de ar.And.Bar.

p Contumaciã.Vide Bart.in l.illicitas.§.pe.ad fi.ff.de offi.præsi.An.B.

q Et no.An sit licitũ duellũ.vide Bal.in l.vt vim.ff.de iusti.& iu.An.B.

r In tex.ff.ad legẽ Aqui.scientiã.§.q̃ cum aliter.& C.vnde vi.l.j.& C. ad legẽ Iul.de vi.is qui aggressorẽ.& extra de homic.sicut dignũ. & c. significasti.& eo.tit.c.j.in cle.Et vide.C.qñ li.se sine iu.ven.l.j.& ij.

s Bestias.Et ff.de iust.& iu.l.veluti.& fortius ff.de rel.in l.minimè.

t Campio.Adde q͡p no.in l.cũ fundũ. ff.de vi & vi ar.Sed caue per c.dilecto in versi.& quidẽ liceat. de sen.exc.lib. vj. dum dicit cuilibet suo, vel ꝓximo,& habui semper illũ tex.pro valde no.in ista materia Bal.

u Fructibus.Vide eundem in c.dño guerram.§. pen.in tit. hîc finitur lex.And.Barb.

1 ☞ *Pacis uiolatores,siue receptatores pari pœna puniuntur.*
2 *Imperator an possit condere legem punientem clericos. & nu.3.*
4 *Leges non dedignantur imitari sacros canones.*

Si clericus. Casus.Clericus si pacem violauit, vel pacis violatorem receptauerit si quidem comparet in iudicio pœna pecuniaria punitur. Si verò
1 est inobediens,pœna maiori puniendus est.† Not.hîc pacis violatorem,& receptatorem violatoris,æquali pœna puniri,& dicitur receptare per cohabitationem, seu contubernium.Secundò not.distinctionem.nam aut clericus accusatus comparet,& tunc Episcopo est fienda probatio.aut non comparet : & tunc sine alia probatione beneficio ecclesiastico est priuandus,& bona eius propria debent in publicum
2 annotari.† Not.ergo quòd Imperator potest legem statuere contra clericos delinquentes,& potest eos de suo territorio forbannire quia debet purgare prouinciam malis hominibus : vt ff.de officio præsidis.l.tertia.& l.congruit.nec debet eis patrocinari priuilegium ad perpetrationem scelerum. C. de testibus.nullum.Nam sicut boni clerici sunt sub protectione Imperatoris, ita mali debent esse sub terrore. C. de defen.ciui.l.per omnes.& in authen.de mandatis princi.§.festinabis.col.iij.& in l.ij.C. de priuile.scholarium. lib. xij. & C.de fer.l.prouinciarum.Et statuta ciuitatum hoc sæpè disponunt,vt clerici delinquentes sint extra protectionem cõmunis : quia potest ciuitas beneficium suum eis non concedere.nimirum quia reatus omnem honorem excludit.vt C. vbi sena.vel cla.l.j.nec possunt dicere quòd de iure libertas eorum offendatur, quia eam delinquendo perdiderunt vt C.de sen.pas.l.fi.Caue tibi,quia licet ista sint pulchra verba tamen in canonibus statutũ est contrarium quia clerici sunt de alio foro principali,videlicet de foro ecclesiastico, & nec delinquendo,nec prorogando possunt tali foro derogare : extrà de iudic.at si clerici.& de fo.compe.si diligenti. in casu tñ potest.extra de sen.excom.c.perpendimus.& dicvt ibi. Ad idem facit illud verbũ diuinæ scripturæ : Nolite tangere Christos meos.vt no.in auth.de non alie.post principiũ. col
3 la.ij.† Item certè non possunt dici contumaces si citantur à iudice laico: quia citatio facta à iudice incompetenti,& nedum incompetenti,sed prohibito.vnde quicquid fiet in con
2 sequentiam talis citationis ipso iure non valet : a nam ipso iure est nullum si legitimè citatio facta non fuerit,quidquid secutum ex ea : vt not.C.de accusationibus. l. si accusatoribus.in vltima glossa quam not.Sed de hac materia vide qd' plenè scripsi post Iac. Butri.C.de Episcopis & clericis. auth. statuimus statuta canonum.Not.q͡p clerici delinquentes duplicem pœnam patiuntur.Vnam in foro ciuili secundum legum statuta,& hæc non est tanquam pœna,sed tanquam indignatio.Vel est pœna sed non completa. ar. C. de spor. l. ij. Aliam. s. in foro canonico scdm statuta canonum vt dicit
4 tex.†.Sed vt dixi canones contradicunt,quia prævalent legibus:nam leges non dedignantur sacros canones imitari : & quia clerici de iure diuino sunt exempti à legibus seculi temporalis.de constitutione ecclesiarum.sed huic Imperatori priuilegiata maleficia displicent.&c.

ADDITIO

a Non valet.Vide Inn.in c.prætereà.extrà de dilati.& Bar. & alios in l.ex quacunque,ff.si quis in ius vo.non ierit.& Io.de Imo. in l. quidam consulebat.de re iu. And.Barb.

1 ☞ *Defendere malos quis non debet.*
2 *Dominus castri non tenetur malefactorem ponere in manibus iudicis,si non uult comparere.*
3 *Malefactor citatus quando teneatur comparere.*
4 *Iudex domicilij potest priuare subditum qui alibi deliquit.*

Si iudex. Casus.dñs castri si violatorem pacis receptauerit,aut eum repræsenter cũ omnib⁹ suis bonis mobilib⁹,vel adducit sub iuramẽto p̃mittitur,aut
1 si homo nõ faciat punietur.h.d.† No.q͡p qs in suo castro nõ potest protegere malefactores,vel eorum bona,sed tenetur eos & ea iudici præsentare vel remittere ad eũ. *Securè*. Nota hoc verbũ.i. de eius manib⁹ nõ fugiat.Sed q̃ro cuius expensis remittit eũ.Respõdeo,si aliqs priuat⁹ ꝓ suo interesse hoc petat expẽsis petẽtis : vt l. cũ sæpe. C.de ero.mili.an. li.x. Si aũt iudex ex officio hoc petat expensis publicis illius terræ ad quam fit remissio.ar.ff.de cap.l.mulier in opus salinariũ. Et nota in isto §. quòd licet insequi malefactorem in fla

Source : BIU Cujas

granti crimine, quocunque vadat [a]. concord. ff. de adul. l.
quod ait lex. † Item not. hic quòd ſi malefactor non vult cõ
parere, dominus caſtri non tenetur ipſum ponere in manibus iudicis, ſed tamen debet ipſum expellere de caſtro ſuo.
Et not. in iſto §. talem diſtinctionem. Aut violator pacis e-
rat prætenſus † incola habens continuam habitationem
illius caſtri, aut non. Item aut confidit de innocentia, aut
non. Si quidem confidit de innocentia, compareat vt l. ij. §.
j. ff. ſi ex noxa. cauſa aga. niſi timeat de violentia impreſsiua
vt in c. paſtoralis. de re iud. in cle. & de violentia irrationabili, vide quod no. in Spec. de ſponſa. Si verò de ea non con
fidit, & erat de illo caſtro, dominus non debet eum tradere
iudici: quia non debet eſſe beccarius ſubditi ſui quem tanquam pater debet fouere, ſed debet eum poſtquam preſcriptum eſt ab Imperatore expellere. Si autem non erat mansionarius caſtri, tunc præciſè tenetur eum exhibere, & po-
teſt eſſe ratio in manſionario: quia non eſt profugus, ſed re-
uerſus ad domum ſuam: quia dominus non debet inuitum
de domo ſua extrahere: & etiam ipſe dominus inuitus non
[b] tenetur dare alteri hominem ſuum. [b] † Sed quare non de-
bet dominus caſtri eum punire cum poſsit ratione domicilij. vt C. vbi de cri. agi opor. l. j. Reſpondeo, quia non petebatur puniri, ſed petebatur eum remitti ad locum delicti ff. de
ac. l. ſi cui. §. fi. Vel dic quod nemo coram domino ipſum accuſabat, & ideò non poterat, vel nolebat: non enim cogitur
inquirere de maleficio extra iuriſdictionem caſtri commiſſo. vel dic quod potuiſſet ſi voluiſſet. Prima placet.

ADDITIONES.

[a] Vadat. Facit ad q. Io. And. in tit. de acc. §. prope. de ſtatuto Paduano. Et ad q. de tenentibus capere malefactores. And. Bar.

[b] Suum. Quia non tenetur rem ſuam perdere, & quia liber homo non debet dari pro noua in præiudicium dantis. vt inſtit. de noxa. §. fin. Item not. bannitos de ciuitatibus expellendos. Adde l. non dubito. ff. de cap. vbi dicitur quòd fœderati non dicuntur fauere ſed punire bannitos.

1 *Robaria an poſsit fieri abſenti.*
2 *Inueſtitor in cauſa feudi an admittatur in teſtem.*
3 *Teſtes cuius partis ſunt primò examinandi.*
4 *Informatio poteſt ſumi à teſte etiam non iurato.*
5 *Vaſallus priuatur feudo ob rapinam.*
6 *Pœna dupli an contineat in ſe ſimplum ſortis.*
7 *Vaſallus priuatur feudo ex inuaſione.*
8 *Qualiter autem intelligatur inuaſor.*
9 *Priuatus dignitate propter ſimoniam an poſsit iterum ad eam aſſumi.*

Si duo. Si contentio eſt inter duos de eodem benefi-
cio, quorum vnus producit inueſtituram, alter non illius qui dicitur inueſtitus prius atteſtationes recipiuntur: & ſi ille qui producit inueſtituram probare poterit idoneis teſtib⁹ de iure ſuo, ſine controuerſia poſsidebit:
& ſi de rapina cõuictus fuerit, alteruter eorũ punietur in du
[a] plum, & beneficio carebit. h. d. [a] Not. caſum in quo pro rapina imponitur pœna dupli, & hæc eſt rapina de re immobili, id eſt de feudo. *Contendunt*. ſ. contra tertiũ poſſeſſorem. Dy. Vide q̃ no. Inn. extrà de teſti. c. veniens. q̃ vnus petitor infringit competitorẽ, obijciendo ſe ſibi, pro neutro põt ferri ſententia, niſi iure vtriuſq; diſcuſſo: ſecus ſi inter ſe litigarent ſed ſolum cõtra tertiũ poſſeſſorẽ. de rei vend. l. is à quo. q̃ no. *Producit*. quẽ dicit ſe cognoſcere in dñm, & ſic allegat titulũ à certa p̃ſona. *Primò recipiat*. Primò dictum q̃ recipiat probationes alterius, ſecus ſi ad probationẽ inueſtituræ nõ inducat ſuũ inueſtitorẽ Pet. de Cer. *Abſque rapina*. i violentia. Pet. q̃ ſemp præſumitur: Dy. vt C. de p̃batio. l. ad p̃bationẽ. Rapina cũ reqrit raptorẽ, & rem raptã, dicit Accur.
[a] de verb. ſign. Marcellus. † An robaria poſsit fieri abſenti: habes ff. de furt. l. ſi qs ex domo. *Conuẽtus fuerat*. ſ. p aduerſariũ. ſic Iac. de Bel. poſtillat text. *Producit*. i. in figura iudicij, vel dic ad informationẽ iudicis: & nõ in forma iudici, vt iudex ex eius reſponſo informetur, & ſumat inde aliquod indiciũ, vel ad miniculum. argu. C. de lib. cauſ. l. iubemus. de probatio. l. etiam. & l. cum probatio. Iac. Bel. Simile dicit Innoc. q̃ quis poteſt certiorari de fama ſine teſtibus, ſcilicet ſolennibus. ſed ad nudam informationem interrogantis. Item & per literas bonorum viuorũ. extrà de ſpon. cum in tua. per Inn.
[2] † Quæro ergo nunquid inueſtitor in cauſa feudali admittatur in teſtem: & videtur quòd nõ: quia probari oportet per pares curtis, vel per breue teſtatum ſi prætenditur noua inueſtitura: & ſic non dominus eſt idoneus teſtis: ſed ſi eſt antiqua inueſtitura, videtur alia ratione repelli. ſ. quia tenetur de euictione vt ff. de teſtibus. l. omnibus. & ff. ſi regũ. l. eo. & ideò videtur quòd non recipiatur ad probationem, ſed ad informationem vel aliquale indiciũ. quod verũ credo. Sed quid operabitur iſta informatio, vel indicium qualequale. Reſpondeo vt præſumatur procedere bona fide, & ſine calumnia. & ideò teſtes eius ſunt recipiendi, eis receptis & p̃bantibus detur plena fides: hoc intendit iſta litera, & eſt no.
[3] Et no. q̃ ſi petũt duo ſuos teſtes primò examinari, illius ſunt
primò examinandi pro quo magis præſumitur: quia præ-
[4] ſumptio eſt res fauorabilis vt hîc. † Et no. q̃ informatio po-
[b] teſt ſumi etiam à teſte non iurato. [b] Gl. eſt hîc ſingularis: & videtur gloſſ. in c. cum olim eſſemus in verbo quondam ſuper. de priuilegijs. Vel dic q̃ non recipitur ſine paribus, ſed cum à parib⁹ receptus facit præualere p̃bationẽ eorũ probationi aduerſarij, qui non allegabat inueſtitorem: vel ſi allegabat, allegabat verbo, ſed non depoſuit in iudicio. & iſte intellectus notabilis eſt verum etiam de iure cõmuni. No. ergo teſtimonium authoris non admitti ad intentionẽ cum vno alio teſte fundandam, ſed ad iam fundatam aduerſario præferendam, & debet tunc deponere ſolenniter tanquam teſtis. Quæro qũo ponitur caſus in ver. q̃ ſi de rapina. Reſpondeo, pone vt in gl. in fi. Vel dic q̃ iſte qui probat ſe inueſtitum, & ex hoc debere obtinere cõtra poſſeſſorẽ, ſi dicatur p̃ vim expulſiuam corporalem poſſeſsionẽ adeptus, q̃ritur vtrum in cauſa obtinebit, Reſpondetur q̃ non, ſed potius debet duplũ ſoluere, & feudum amittere, niſi dñs denuo ipſum
[5] bono ordine inueſtiat. h. d. † Et ſic nota q̃ rapina reddit feudum raptoris apertũ dño: & intelligo q̃ rapina, ſeu violentia fuit facta contra dñm, qui licet atteſtetur vaſallo de abuſiua inueſtitura, tamen corp̃oralem inueſtituram nõ fecit, ſed vaſallus per vim vſurpauit: ideoq̃ tenetur in duplo, ſi dñs ad hoc agat, & ad reſtituendam poſſeſsionẽ dño quam inuaſerat. Sed iſte caſus nõ adaptatur iudicio de quo loquitur litera: quia non agebatur ad hanc pœnam, ergo, &c. C. de fideicom. lib. l. fi. ff. de condi. indeb. l. fi. §. vlt. Vnde & ſi caſus iſte ſit verus quo ad merita delicti & culpæ, non verus quo ad merita controuerſiæ iudicij, ſeu litis motæ, iij. q. vj. hęc quippe in gl. ff. de tritico. l. in hac. in quibus nota q̃ ſemper modus agendi conſiderandus eſt. ff. ſi pars hære. pe. l. nõ
[c] poſſum⁹. [c] Vel dic q̃ intulerat violentiam ſuo cõpetitori, & dicit q̃ ſuccumbit cũ ipſo, quia vitioſum habuit ingreſſum. & tenetur vim paſſo dupliciter. i. in duplo. facit ff. de acqui. poſſ. l. ſi ex ſtipulatione. Et ſic no. q̃ vnus ex cõpetitoribus poteſt confringere cõpetitorẽ ſuum ex delicto in ſe cõmiſſo, & vincet contra tertiũ conuentũ contra quem probauit. Item cõpetitor punietur de culpa ex qua ſuccubuit in cauſa: mirũ eſt, & facit ff. de rei ven. l. is à quo. & de ſpon. c. veniens. per Inn. & ff. ſol. ma. l. Titia. & ff. ad Treb. l. hæres cum debue
[6] rat. Tñ qualitercunq; intelligatur. † Quæro ſecundum gl. vtrùm ſimplum inſit in iſto duplo. & gl. dicit hîc q̃ non. Sed in l. ſi quis in tantam. dicit q̃ ſic. ſed certè text. illius legis loquitur p alia verba quàm iſte text. l. per verba ſimplicia. Nam hîc dicit dupliciter ſoluat, q̃ merã pœnam ſignificare videtur. Circa q̃ do duas doctrinas. Prima eſt quando ex legis diſpoſitione petitur principale, vnà cum pœnali, & ex eadem lege, & ex eadem actione: tunc in pœna conſtituitur ſors, ſecus ſi ex diuerſis legibus, vel cauſis. Primũ probatur ff. de publica. l. hoc edicto. Secundũ p̃batur in l. ſi p̃ iure. ff. de cõdi. furt. Sc̃da doctrina eſt q̃ qñ ſors cõſiſtit in ſpecie, & pœna cõſiſtit in quantitate q̃ nõ minuitur obligatio quãtitatis p̃pter obligationẽ ſpeciei, ſed adijcitur vt ff. q̃ me. cau. l. ſi cũ exceptiõe. §. q̃ ſi homo. Tñ quidã poſſent p eãdem l. arguere in

Source : BIU Cujas

re in contrariũ quia in actione ꝙ met.cau.in quadruplo ineſt ſimplũ,licet illud ſimplũ ſit ſpecies: ſed illud eſt qa lex ſub vna agendi forma totum includit: vel quia actio eſt arbitraria & non eſt ab initio pœnalis vt not. inſti. ſi qua. pau. fe. dica.§.fi.& C.de furt.l.ancillæ.Itẽ quia lex ſic declarat & idem in actione vi bonorum rapto.Sed Accur. dicit ꝙ vbicunq; lex non declarat ꝙ non inſit,& tunc ſemper ineſt. Iſta eſt gl.not.ff.ad l.Iul.pecu.l.ſi is qui prædam. Et prædicta vera in pœnis quæ imponitur per nomina multiplicatiua.Sed qñ imponũtur à lege p nomina ſimplicia,nunquã ineſt ſimplum vt C.de ſent.q̃ pro eo.l.j.in fin.& ibi no.& facit inſti.de act.§.triplici. & ar.de verb.obl.l.ſtipulatio iſta.§.alteri. & ꝙ
7 not.C.de ſeruis fugit.l.pe.*Beneficio careat.*† No.ꝙ ex inſinuatione feudum amittitur.Super hoc Ioan.Faſolus in ſumma ſua,in tit.quibus modis & cauſis feudũ amittitur, ſuper rubricella inter inuaſionẽ feudum amittitur,ſic ait. Item feudum perditur inuaſione,quæ duobus modis committitur. Primo ſi dño rem feudalem adhuc tenente,vaſallus authoritate ſua,ſine domini ſui & iudicis licentia rem inuadit:vt C. vnde vi.l.inuaſor.licet dñs rem conceſſerit in feudo, tñ vaſallus propria authoritate improbè capit illum vt C. de acquiren.poſſ.l.ſi ex ſtipulatu.& l.fundi venditor.Secũdo modo fit ſi alio tenente rem authoritate ſua inuadit.nam ius ꝙ habet in re propter ſuã furoris audaciam perdit, vt C. vnde
8 vi.l.ſi quis in tantã.† Quid aũt ſi vaſallo poſſidente alius eſt ingreſſus poſſeſſionẽ rei feudalis,& vaſallus ſtatim cum ſciuit reingreſſus eſt poſſeſſionẽ.Reſpondeo,non dicitur rem inuadere,ſed potius rem inuaſam rehabere vt ff. de vi & vi ar.l.j.§.poſſidere.eo tamen caſu quo vaſallus propter inuaſionem contra extraneum factam perdit feudum,dominus rem à quolibet poſſidente poterit vendicare.C.de iure emphy.l.fin.cum delinquenti factum alterius non noceat. vt ff. quod vi aut clam.l.ne in poteſtate.ff.de reg.iur.l.non debet alteri.& arg.C.de pœnis.l.ſancimus.Ioan. Faſo. *In poſterum.*
9 †Quidam ſumunt hîc tale arg.videlicet quòd remotus à dignitate aliqua propter vitium ſimoniacum, ad eandem dignitatem iuris poſsit eligi,ſed hæc ratio falſa eſt, quia remotus ab officio vel dignitate propter vitium perſonæ nunquã ad illud aſpirare poteſt perpetua macula ſibi officiente, niſi ex principis diſpenſatione.vt C.de ſuſcep.& arg.l.ſi aliud.libro x.C.ſi rector prouinciæ.l.j. *Cum honore.* Nam ſententia non ſolum priuat,ſed inhabilitat,& mortificat.in authẽ.de quæſto.§.fi.iuxta illud Vergilij facilis deſcenſus auerni &c. vt not.C.de libert.& eo.liber.l.ij.§.fi.

ADDITIONES.

a Hoc dicit. Vel ſic quando inter competitores eſt quæſtio de prælatione is eſt potior qui verum dominium feudi pro domino inueſtitore tenet:ſecus ſi ab eo vi poſſideat.hoc dicit no.iſtud c.contra vitiosè ingreſſos,& per vim incluſos in feudis.

b Iurato.Not.mirabile,teſtem poſſe deponere ſine iuramento, quando producitur ad informationem iudicis,& eſt ſing.limitatio ad l.iuſiurand.limita & ſecundo,niſi produceretur ſuper notorio. caſus eſt notabilis coniuncta gloſ.in ca.tua nos.extrà de coha.cle.& mul. & deiſta gloſ.vide Innc.in c.j.de poſtula.præla.Tertiò niſi remitteretur à paribus gloſ.in l.j.ff.de fer.Quartò niſi eſſet opus gl.not. in d.l.iuſiurand. Quintò niſi ſtatutum diceret quòd iudex poſſet procedere abſque ſolennitate iuris Bar.in l.filiusfamil.ff.de dona.Vide quæ dixi in cap.tuis. de teſtib. Andr. Barba.

c Poſſumus. Et facit extrà de excep.c.j.Et no.ꝙ teſtis ideo ex confeſſione non punitur:quia teſtis non eſt reus & ſic incidenter fiet hæc cõceſsio,& non eſt inſtantia illa cum teſte.vt ff.de infa.l.Lucius.

1 ☞ *Teſtes duo probant poſſeſsionem.*
2 *Inquiſitio quotuplex ſit.*

Si tres,vel plures. Caſus. Cõtentio eſt inter tres,vel plures de beneficio,qui ꝓducunt diuerſos inueſtitores: & dubiũ eſt qs poſsideat beneficium ſine rapina: quæritur qualiter iudex procedere debeat in cauſa.Reſpõdetur,quòd inquirere debet veritatem à duobus boni teſtimonij hominib' in prouincia eorundem commorantibus: & cognita veritate ille quem conſtiterit poſſeſſorem eſſe obtinebit,niſi ab aduer-
1 ſario aliud probatum fuerit,hoc dicit.† A *duobus*.in poſſeſſorio,id eſt in probanda poſſeſsione,ſufficiunt duo teſtes literati,nec requiritur quòd ſint pares curiæ. *Boni teſtimonij*, id eſt bonæ famæ. *Commorantibus*.No.poſſeſsionem melius probari per teſtes conuicinos,vt hîc & l.j.§.j.ff.de flu. quia vicini oculus veritatem præſumitur ſcire viſu.C. vbi de cri. agi
a oportet.l.j. quia præſentia eſt quoddem obiectum viſui.[a] Item no.in gloſſ.illudvulgare,beatus qui tenebit.ſuper verbo requirat.Iacob.Bel.ponit talem poſtillam,ſcilicet ex officio ſuo inquirendo veritatem: etiam ſi à parte teſtes non ſint producti & eſt ſpeciale ſic.C.de bonis vacant.l.ſi qñ.lib.
2 x.Vel dic.quòd debent à parte produci.Iac.Bel. †Eſt enim duplex inquiſitio,ſcilicet communis,& inquiſitio exuberãs. Sed prima vera quia iudex non poteſt ſupplere de facto. Item quia in caſibus ciuilibus non habet locum inquiſitio ni
b ſi in crimine vſurarum,vt no.Inno.[b] extra *de iureiu.*c.ad noſtram.& niſi in cauſa ſuſpecti vt C.de procur.l.eum. & ff.de ſuſpe.tu.l.iij.§.præterea.& l.j.eo.ti.vbi dicit Accur.ꝙ inquiſitio non eſt libellus: niſi vbi perſonæ vnius fauor, vel ipſa pietas iudicem ad ciuilem inquiſitionem adducunt: vt no. Cy.C.quod ſeruitus.neſcio tamẽ ſi Bar.vult ibi allegare Cy. quod dictum non eſt alibi in iure ciuili. Oppo. ꝙ dominus habeat cognoſcere in cauſa feudi. So. hîc non conſtabat de domino,quia litigantes producebant diuerſos inueſtitores ſecundum Iac.Bel.&c.

ADDITIONES.

a *Viſui.*Vt d.l.j.de flu.vnde teſtes qui dicunt, *ſcimus quia vicini*,non plus probant quam præſumptionem,etiam ſi ſint multi numero quod eſt contra Bar.in l.j.ff.ſi cer.pe.& facit l.j.§.j.ff.de flu.

b Inn.Ang.Vide in l.ſi vacantia do.pe.& quæ ibi dixi in cap. qualiter. el.ij.de accuſ fallit etiam quando eſſent perſonæ miſerabiles ſecundum Io.An.ibi & quod notatur in c.ſolicitæ.de reſtit.ſpo.Fallit quando inquiritur de conſanguinitate inter coniuges. vide c. inueſtigandum. & ibi gloſſ.dicit à iudicibus & in cap.inquirendum.de pecu. cleri. Andr. Barbatias.

1 ☞ *Ruſticus an poſsit prouocare militem ad duellum.*
2 *Nobilitas debet probari ab eo qui eam allegat: & quæ perſonæ debent ſicere pugnam.& nu.3.*
4 *Et an vaſallus poſsit contra dominum infidelem pugnare.*
5 *Milites non debent ſuſpendi.*

Si ruſticus. Caſus. Si ruſticus militem de pace violata pulſauit,& verũ eſſe iurauit, certè miles manu militari ſe expugnare debebit.Si aũt miles econtrario ruſticum de pace violata pulſauerit & iurauerit verum eſſe ruſticus aut diuino, aut humano iudicio innocentiam ſuam purgabit,vel duodecim teſtib' idoneis. Si verò miles pro pace violata,aut aliqua capitali cauſa militem alium pulſauerit per duellum, probare non poterit, niſi probet ſe militem natione,hoc dicit. *Non voluntariè*. id eſt non per calumniam.Petrus de Ceruia. *Sed de neceſsitate*. quia non poteſt aliter iuſtitiam conſequi niſi per duellum. *Manu militari*,id eſt corporali ſacramento.Vel dic. id eſt cam
1 pione pro ſe dato.Petrus de Ceruia.†Sed nunquid ruſticus poteſt clamare militem ad duellum: dic,quòd non, niſi ſit natus ex nobili genere: & tunc expone ruſticus,id eſt ruralis,quia habitat in rure,tamen eſt nobilis genere, ſicut ſunt multi in Italia ſecundum Petrum de Ceruia. *Probare poſsit.*
2 † No.hic expreſſum, quòd qui nobilitatem allegat eam probare debet: & ſicut vna hirundo nõ facit ver, ita nõ intelligitur de genere militari,niſi ille qui probat ꝙ antiquit' ſui maiores fuerũt legitimi milites. Et facit ꝙ no.ff.de gradi. l.ſtigmata. Et adde de pugna ꝙ no.ſuprà,eod.§.ſi qs hoiem.
3 † Et an principales pſonæ debeãt facere pugnã p ſe vel p aliũ,dicitur hic in gl.p iudiciũ. Et cum quo debeat quis pugnare.dicitur hic in gl. Et an pro quolibet crimine capitali poſsit imponi pugna,no.hic in gl. Sic ergò no.ꝙ de felonia ſeu de infidelitate nõ ſit pugna.no.infrà de alie.feu.pa.c. nõ
4 eſt cõſuet.in gl.quę incipit *in Lõbar*.† Et an vaſallus contra dñm infidelem poſsit pugnã imponere.notatur ibidẽ. Item an dñs requirens pugnam debeat per ſe pugnare. no. ibidẽ.

Source : BIU Cujas

Item de indicijs diuini ferri candentis, & aquæ calidæ. not. hic in glo. per indicium. Item an minor poſsit cõpelli per ſe pugnare. no. infrà, de pace iura. fir. c. j. in glo. Et ita habes no. hic in gl. Natos de genere militari mitius in corpore punien dos, quàm plebeios. Sed in pecunia ſunt magis puniẽdi no biles, quàm ignobiles: tene menti. gl. & intellige gloſſ. hic in pœnis arbitrarijs tantum. Et vtrum magis delinquat qui eſt in maiori gradu, quàm paruus miles. dicit tex. quòd ſic in de
§ licto militari. ff. de re mili. l. iij. † Et not. ꝙ de cõſuetudine milites non ſuſpenduntur etiam pro delicto pro quo plebeius ſuſpenderetur. vt not. ff. de re mili. l. deſertorem. §. pœ na militum. &c.

Poſt natale. Caſus. Præcepit Imperator commu nitatibus ꝙ poſt natale ſanctæ Ma riæ prodeant ꝙ ſit rerum vbertas, & ſtatuitur pœna nõ ſer uantibus eorum deliberationem & ſtatuta. hoc dicit. Nota non ſeruantes bona, & æqua ſtatuta puniri debere.

1 ☞ *Portans arma debet ea perdere quia præſumitur in malo animo.*

Si quis ruſticus. Caſus. Præcepit Imperator quòd ruſticus arma nõ por
a tet,[a] nec mercator qui negotiandi cauſa per prouinciã trã ſit, nec miles ad palatium communitatis. Præcipit etiam ꝙ nullus retia, ſeu laqueos tendat ad capiẽdas venationes, niſi aduerſus apros, & lupos, & ſtatuitur pœna contrafacientib[b]. hoc dicit vſque ad §. publici latrones. † Not. gl. ꝙ ille qui
1 portat arma debet perdere arma. † Item not. gloſ. ꝙ ille qui portat arma, præſumitur habere animum malum niſi por
b tet ea ligata.[b] & iſta gl. eſt in §. ſequenti. Item not. ꝙ licitum eſt portare arma, vt quis defendat ſe à latrone. Item not. ꝙ ad palatium communis Florentiæ quod eſt in Italia magnę excellẽtiæ nemo poteſt portare arma ſicut nec ad palatium Comitis. &c.

ADDITIONES.

a Non portet. Sed an ruſticus alligetur pœna ſtatuti & ſic ſecundum illam debeat puniri an poſsit allegare ignorantiam, vide Io. And. in addi. in titu. de conſti. And. Barba.

b Ligata. Item poteſt quis portare gladium paruum ad incidẽdum pa nem. Vide Ange. in l. j. §. occiſorum. ff. ad Sille. Et vide gloſſ. fina. in authen. de arm. Andr. Barba.

1 ☞ *Monitio quando requiratur, & quòd dominus poteſt monere dominum caſtri, ut bene tractet ſubditos ſuos.*

3 *Vaſallus malè utens feudo debet eo priuari, ſcilicet iudicio ordinario.*

Publici latrones. Caſus. Publici latrones antiqua damnantur ſen tentia. Et his non prodeſt appellatio, vel reclamatio, ſicut nec cæteris qui appellare non poſſunt, vt nota. in l. edicto. §. ſi autem. C. de edict. diui Adri. tollen. per Accur. & de offic. præſi. l. obſequiandum. quia lachrimæ non proſunt miſeris. &c. Deinde dicitur quòd ſi miles aduocatitiam ſuam, vel be neficium ſuum malè tractauit, à domino requiſitus ſe non emendauerit, poſteà priuatus eſt per ſententiam iure ſuo tandem ſi auſu temerario aduocatitiam, vel beneficium inuaſit pro violatore pacis habetur. h. d. *Aduocatitiam*, i. præ bendam quæ datur aduocatis dominorum. Facit l. j. C. de anno. ciuilibus. lib. x. *Tractauerit*. i. deſtruxerit, vel neglexe-
1 rit. † Et no. differentiam: quia quando quis committit de lictum commiſsionis non requiritur monitio, ſed quando quis cõmittit culpam omiſsionis, tũc requiritur monitio vt
2 no. Inno. extra de præben. extirpandæ. † Et ex hoc cap. ſume argumentũ ꝙ ſi habẽs caſtrum in feudum, malè tractat Bur
a genſes caſtri: ꝙ dominus poteſt eum monere, a ꝙ eos tra ctet modo debito & conſueto: aliàs curia domini poteſt ſi bi caſtrum auferre, quod eſt menti tenendum. Et eſt ratio: quia malè vtitur ſubſtantia domini arg. ff. ſolu. mat. l. ſi cum dotem. §. ſi verò dotem diſsiperet. & ff. ad Treb. l. Imperator. & extrà de accu. c. fi. & C. de ſent. paſſ. l. fi. C. de ſac. ſanct. eccl.
b authen. qui res iam dictas. [b] Not. de pœna publici latronis & dic vt dixi C. de ſer. fugi. auth. nouo iure. Item not. quòd ille qui malè vtitur feudo, deteriorando rem feudalem perdit illam ſic C. de ſacroſan. eccl. auth. qui res iam dictas. Item no. verbum auſu temerario, quod verbum ponitur in literis
3 apoſtolicis. † Item no. ſuper verbo ordine iudiciario textum notabilem, quòd non eſt quis priuandus feudo, niſi ordine
c iudiciario ſeruato, & ſententia ſubſecuta. Vide[c] & tene menti.

ADDITIONES.

a Monere. Vide text. in l. ij. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. & ibi doct. And. Barb.

b Dictas. Et inſtituta de his qui ſunt ſui. in §. dominorum. vbi conſo nat text. iſte.

c Et tene menti. Nemo enim inauditus priuandus eſt, vt ff. de re mi. l. iij. §. ſi ad diem. & ij. q. j. in primis. & malo ordine facti de bono ordine in irritum reuocatur: vt no. ff. de euic. l. minor. in prin. & ff. ſi mulier vent. nomine. l. j. §. j. & l. meminerint. C. vnde vi. & l. ſi quis in tanta. in gloſſ. magna.

1 ☞ *Solidus qualiter accipitur.*

2 *Partes an poſsint cogi ad concordiam.*

3 *Furtum faciens an uideatur rumpere pacem.*

Si quis quinque ſolidos. Si quis ali quid fura tus eſt valoris v. ſolidorum, vel amplius, laqueo ſuſpendi debet: ſi verò minus tunc ſcopis & forpice excorietur, & ton deatur. Deinde dicitur quòd ſi miniſtrales alicuius domini inter ſe guerram habent, iudex eos ad pacem & concordiã
a reducere debet.[a] Subſequenter dicitur quicunq; facit tranſi tum cum equo per terram aliquam, poteſt equum ſuum ſa turare e iuxta viam, & poteſt etiam vti herba, & viridi ſylua,
1 ſine vaſtatione & damno alicuius. hoc dicit. † *Quinque ſolidos*. id eſt quinq; aureos. Pet. de Cer. Alij exponunt iuxta vulga re & ſecundum Iacob. Ardi. loquitur de quadam moneta de qua quinque ſolidi faciebant triginta ſolid. Veronenſ. monetæ. vt & ipſe notat in ſumma de treuga & pace tenenda. & non ſeruatur iſtud capitulum in Italia ſecundum Ia cob. de Bel. *Si miniſtrales*. id eſt familiares & notos principis, vel alterius domini eſſe ſub iuriſdictione iudicis ordinarij. *Proſequitur*. ſcilicet ad pacem hortando ſic. C. de lib. cauſa. l. cum affirmes. & etiam cogendo ante factum ſi bono viro vi deatur congruum ſed poſt factum puniendo ſecundum Pet.
2 de Ceruia. vt ff. de vſufructu. l. æquiſsimum. † Et eſt argu
b mentum quòd partes poſſunt cogi ad compromittendum [b] in amicum communem controuerſiam quam habent inui cem, quod non credo, nec eſt verum. *Herba*. Nota. de herba: & quomodo debeat æſtimari damnum datum in herba. &
3 quæſtio eſt Spe. † Quæro duo fecerunt pacem ad inuicem vnus alteri facit furtum vel dat enorme damnum: nunquid
c ex hoc videatur pacem fregiſſe. Reſpondeo [c] ſic: & hoc aper tè probatur in iſtis capitulis referendo ipſa ad rubricam. a liàs ſequeretur quòd non eſſent poſita ſub congruo titulo, quod non eſt dicendum vt l. Imperatores. ff. de in diem ad iect.

ADDITIONES.

a Debet. Vide Bar. in l. illicitas. §. hæ potentiores. ff. de offic. præſi. & l. intantum. ff. de re. diui. & quod not. l. diſt. c. placuit. And. Barb.

b Compromittendum, Vide Bar. in proœmio C. & quod not. per do. Io. de Imo. in rub. ff. ſol. matr. And. Barb.

c Reſpondeo. Vide And. in l. ſi cum exceptione. §. ſatis clementer. ff. ꝙ me. cau. & ff. de fur. & ibi Bar. l. verum. vide Lu. Ro. conſi. cclv. vbi allegat iſtud dictum Bald. & limitat niſi ex noua cauſa, vide ibi. And. Bar.

Hîc finitur lex domini Federici, deinde incipiunt conſuetudines regni. Rubr.

1 Si alicui fit iniuſtè † guerra, amici etiam non vocati poſſunt ipſum iuuare dicit Bartol. C. de iure fi. l. prohibitum.

lib.

Source : BIU Cujas

lib.x.Conuocari etiam leui amicitia coniuncto posse not. Accur.in l.iij.ff.de vi & vi ar.

2 *¶ Banitus si est illegitimè cãcellatus de banno potest occidi, & excommunicatio probatur per famam, & sententia lata ab excommunicato non potest ratificari.*
4 *Excommunicatus an possit obijcere contra testem.*
5 *Vasallus an teneatur in guerra iuuare dominum.*
6 *Quid si dominus habet causam iniustam.*
7 *Vasallus an poterit alienare feudum.*
8 *Filius an poterit alienare bona patris depo rtato patre.*
9 *Banni effectus qualis & quis.*
10 *Potestates terrarum an possint aliquem bannire.*
11 *Statutum quòd banniti possint diffinitiuè condemnari an ualeat.*
12 *Restitutus à principe an recuperet bona.*
13 *Legitimatus post mortem patris adita hæreditate an auferat bona legitimis.*
14 *Bannum potestatis an noceat in feudo imperiali.*
15 *Restitutus à Rege qui ducebatur ad mortem, an recuperet bona.*

DOmino guerram. Dicit Ber.quòd sic.de testi.§.testimonium. & Bart.in l. cum mulier.ff.sol.mat.† Not.ergo cum quæritur nunquid vasallus teneatur in guerra iuuare dominum. Dic quòd in duobus casibus tenetur de necessitate iuuare.s.quando ius est ꝑ domino.Item cum est dubiũ.nam determinatio istius dubij non pertinet ad vasallum,sed obsequi debet domino suo, quoniã persona dñi sui semper debet sibi videri sancta & honesta vt ff.de obseq.liber.l.filio.Item vnus casus est in quo non tenetur iuuare.s.qñ iniustitia domini est notoria & dominus facit guerram alteri, & fuit inceptor guerræ. Dicit tamen Aristoteles quòd non incipit qui ita aliqd facit,sed qui ad iram prouocat.sic ff.de iud.l.in tribus. Et præparamenta quæ fiunt ad guerram,ostendunt animũ præparantis vt ff. de condict.ob causam.l.si pecuniam.in prin.ꝙ no.ad intellectum §.tabernarius.in l.si ex plagijs.ff.ad l. Aquil.Sed nunquid in casu prædicto potest iuuare dominũ si vult.quidam dicunt ꝙ sic.nam & si non necessario,pleniori tamen fugitur obsequio. Alij dicunt contrariũ,& melius, quia ad facinora nulla fides se extendit,neq; obligatio vt ff. de pac.l.iuregen.§.si ob maleficium.Nec societas valet: nec confœderatio.ff.pro soc.l.nec prætermittendum.quinimò etiam expresse obligatio non valet vt ff.de fideiuss.l.si à reo.Nam quę ad turpem causam se referunt,nõ oportet ad effectum perduci vt ff.de an.lega.l.Quintus Mutius.in fi.Item talis iuratio est contra ius diuinum vt not.C.de nupt.Authen. quod eis.

f † Et est tertius casus mirabilis,in quo tenetur dñm iu-
6 uare,licet sciat dñm habere iniustitiam, videlicet ad ipsius dñi defensionẽ.Sed hęc quæstio an ꝑcedat videamus.Nonne dñs in faciendo iniustitiã prouocat in se guerrã.ar. suprà de mili.vasal.qui contu.est.c.j.in fi.certè sic. scdm Arist. Rñ. non est vis,quia prouocat in se guerrã passiuã. Differentia est ergo inter guerrã actiuã,& passiuã. Sed adhuc ostenditur & alia ratione ꝙ nõ debeat eum adiuuare cõtra iniustã defensionem,quia istud auxiliũ est à iure prohibitũ.nam lege cauetur ꝙ non licet propulsare legitimũ aggressorem:vt C.de his qui ad eccles.confu.l.si seruus. Item hoc est contra iustitiam,quia non tribuit ius suum vnicuiq;.Item nec iuris diffinitio competit,quia non est ars boni,& æqui. Item sceleratis præstare patrocinium defensionis est legibus, & ipsi naturæ contrariũ:vt C.ne sacrum bap.l.fi.in fi. & C. de defen.ciui.l.per oẽs.Vndę videtur ꝙ Ober. de orto & Gerar. Gagapistri fuerunt duo pecora,siue consideremus ius ciuile, siue ius gentiũ,siue ius diuinũ. Bella eñ iniusta sunt quędam lataocinia vt no.ff.de iusti.& iur.l. ex hoc iure. & si dicatur

g ꝙ consuetudo feudorũ hoc vult.§ Modò venio ad gl.notabilissimã hîc positã.Dicũt hîc ꝙ si dñs est bannit⁹, vasall⁹ est à sacramẽto fidelitatis solut⁹.Dispurat ergo gl.nunqd poterit

7 † vendere feudũ tũc,& arguit ꝙ sic qa liberat⁹ est à dño, ergo põt vtile dñium ꝙ habet vendere.Nõ eñ dicitur dñm conẽnere,qa nõ habet dñm.Et quemadmodũ ille q habet tabernas censuarias põt vendere ius suũ, vt ff.de cõtrah.em, l.q tabernas.& ff.de leg.j.l.si dom⁹.§.fi.ita iste vasallus quondã, nũc verò francus,de suo vtili dñio poterit,& cõtrahendo,& testando disponere ꝑ suo libito voluntatis. Præterea vt dixi iste interim nõ est vasall⁹ sed istud verbũ interim,debet poni ꝑ semp:qa bannũ ppetuũ esse solet vt C.de pœnis. l.seru⁹.Licet eñ impossibile sit ꝙ princeps in integrũ restituat,tñ hoc nõ debet cõsiderari:imò impossibile reputatur, ꝙ soli principi reseruatur ar.ff.de lega.j.l.apud Iulianũ.§. fi, & est text.notabilis.ff.de fideicom.li.l.ergo.§. si is qui. & de ver.ob.l.cõtinu⁹.§.cũ qs.vbi text.cũ gl.&ꝙ Dy.c.semel.de re-
8 iu.l.vj.Et † ad idẽ facit ꝙ lege cauetur,ꝙ si pater fuit deportat⁹ &ꝑ hoc fili⁹ fuit effect⁹ sui iuris,ꝙ interim fili⁹ habet plenã potestatẽ alienãdi & alienatiões ei⁹ valẽt iure ppetuo vt C.de sent.pas.l.fi.Sed gl.determinat ꝙ interim nõ põt vẽdere,qa nõ est extincta fidelitas,sed suspẽsa donec dñs restituatur. Est eñ longa differẽtia an aliqd suspẽdatur,an totaliter obrũpatur vt no.ff.de ver.ob.l.iij.§.ex his.& l.inter stipulantẽ.§.sacrã.qb⁹ verbis videtur text.in l.illa instit.ff.de hęr.inst. vbi p gl.Cõsidera,qa gl.est falsa:si bannũ habet vim diffiniti uę p rationes primò allegatas:sed qa bannũ dicitur interlocutoria ꝙ paret: quia fertur ante li. conte. & interlocutoria

1 Not.de banno sic.C.de suspect.tu.l.præses.per Accur.† No. ꝙ si bannitus est illegitimè cancellatus de banno potest occidi sicut si non esset cancellatus.vt no.Io.An.extrà de accu.
a cap.veniens. in nouel.a† Not.quòd excõmunicatio ꝑbatur
2 per famam quo ad hunc effectum vt repellatur nisi se purget,vel famam contrariam probet,vel indicia,vt quia à suo Episcopo non vitiatur vt no. in cap. prudentiam. extra de
3 offi.dele.in nouel.† No.quòd sententia ab excommunica-
b to lata ratificari non potest.b de immu.eccl.cap.aduersus. in nouel.Dicit Iac.de Are.C.vt quæ desunt aduo.partium.l.vnica.quòd bannitum & excommunicatum iudex debet repellere nemine excipiente. Iacob. de Are. Pone cepi bannitum,& expendi in ista captura: vtrum fiscus teneatur mihi restituere expensam.Dic quòd sic.ff.de capti.l.mulier in o-
c pus salinarium.quẽ legẽ nota.c Sed nunquid lex posit ipso facto aliquem forbannire,vel ad mortem damnare.Respondeo sic gloss.est Accur.ff.de capi.dimi.l.amissione.§.qui de-
d ficiunt.d in nouel.Quando impunitas delicti pendet extrinsecus,puta quia dicitur bannitus,an autem admittatur bannitus vel alias excommunicat⁹ procurator.no.extra de accusa.cap.veniens.in nouel.C. de accusa. l. reos.per Cy. dic
e quod non admittitur: quia per istam exceptionem e cum sit peremptoria,lis contestatur: & non debet opponi post litẽ contest.ad quam contestandam in capitali causa admittitur procurator.Secus si obijciatur ne lis contestetur statuto eli dente processum vel iurisdictione.Si quis autem inordinatè excommunicatus est potest per viam simplicis querelæ adire superiorem excommunicantem, & petere se absolui
4 de sen.excom.c.sacro.in nouella.† An autem excommunicatus possit obijcere contra testem de excommunicatione.

Source : BIU Cujas

poteſt contrario imperio reuocari. vt ff.de re iudic.l.quod iuſsit.ideo gl.vera.& hoc in bannito,ſed in excommunicato non eſt dubium:quia excommunicatio non liberat debitores à debito,ſed ſuſpendit organa agentis in iudicio. vt in c. fin.de hære.& in c.veritatis.de dolo & contu. Et ideo aliud eſt vaſallum eſſe liberatum,aliud dominum eſſe excommunicatum.Nam excõmunicationis exceptio dilatoria eſt,non peremptoria,vt no.in c.pia.de excep.lib.vj.ideo gl. in excõmunicato eſt vera. Quo caſu not.allegationẽ valere:tamen excommunicatum de hoc torqueri nõ poſſet durãte excõmunicatione.Simile not.extra de excep.cum eccleſia. & ff.
h de manumiſ.teſta.l.qui habebat.in vlti.gloſ, ſatis notabili.h
9 †Et quia hîc tractatur de banno:quæro quis eſt effectus bãni ſi iudex ſimpliciter dixit ita bannimus Titium. tũc dicit hîc notabiliter gl.quia dum eſt bannitus poſſet damnũ impunè dari in bonis eius,aliàs nihil noceret ei bannum.Iſta gl.non eſt alibi, ſed truffa eſt,niſi fortè in banno imperiali, quod eſt diffidatio quædam,vt in auc. caſſa & irrita.C.de ſacroſan.eccle.quod enim bona bannitorum poſsint deuaſtari à quolibet nec lege,nec æquitate cautum eſt. Et ſi iudex vellet in ſententia hoc declarare, expreſsè non poſſet: quia vt dicit tex.alibi bona non deliquerunt.vt in authen. vt nulli iudi.§.& quia.colla.ix.Item quia etiam bannito debet iudex reddi de bonis,vt ff.de mino.l.Papinianus exuli.ſed fallit in feudo,& quia reatus omnem honorem excludit.vt l.j. C.vbi ſena.vel cla.Et adde quod not.in c.j.ſuprà,de mil.vaſal.& quod dixi ſuprà titu.j.§.ſi quis hominem. Item no.vaſalli bona non confiſcari propter delictum domini, imò feuda eius conceſſa firma remanere,& eos fieri francos. Tex.videtur hic ſingularis,imò debet ſe recognoſcere ſi eſt ſuperior à quo ſit peculium:& peculiũ filio reſeruatur.ff.de mi-
i no.l.iij.ſed vtrum.& C.qui bonis cede.poſ.l.penul. in gloſ.i
19 †Demum quærit gl.vtrum poteſtates terrarũ poſsint aliquem forbannire,& dicit gl.q; ſic: & quòd bannum eorum habet idem operari q; bannum Regis, licet Rex ſit maior qualibet poteſtate,ita dicit gloſ.Sed Accur.dicit,quòd bannum operatur ſecundum qualitatẽ delicti:vt not.inſtit.qui. mo.ius pat.po.ſol.§.relegati.quæ gl.debet intelligi quando per conſuetudinem vel ſtatutum loci bannum ſuccedit loco diffinitiuæ.Per interlocutoriam enim ſtantem in ſui natura, nunquam inducitur maxima capitis diminutio, vt ff.
11 de infa.l.quid ergo.§.quæſitum.†Et vtrum valeat ſtatutum, quòd banniti poſsint diffinitiuè damnari. dic quòd ſic, vt not.in c.veritatis,in fi.extrà de do.& contu.in nouel. & in l. amiſsione.§.qui deficiũt.de capit.diminut.vbi habes,quòd ſtatutum poteſt diſponere quòd bannitus ipſo iure & facto
12 ſit damnatus.†Eſt autem ſciendum, quòd do. Iac. de Bel. hic diſputat quæſtionem de reſtituto per principem,vtrum recuperat bona aliena.Pone enim,quòd bona erant confiſcata,& fiſcus alij vendiderat,demum ciuitas, vel princeps, qui illa bona ſibi confiſcauerat,reſtituit in integrum confiſcatum,nunquid talia bona reſtitutus recuperet. Finaliter tenet quòd non; quia quædam ſunt quæ deueniunt in alium immediatè per ipſam confiſcationem: vt eſt exemplum in auth.bona damnatorum C.de bon. proſcriptor. & ad illa intelligitur facta reſtitutio: quædam ſunt, quæ veniunt mediatè per alium contractum,& in illis ſecus eſt. ar. C.ne fiſcus rem quam ven.euin.l.j.lib.x.& in cap. quamuis, de reſcript.lib.vj.Et nos dicimus ſic in legitimato poſt mortem patris quia aut legitimatur poſt aditam hæreditatem per legitimos,& non auferret eis bona. Aut ante,& tũc ſic. & notant moderni.ff.de lib.& poſth.l. Gallus. §. & quid ſi tantum.quod videtur contra prædicta.Nam & ſi hereditas adita ſit ab agnatis,tantum iſta acquiſitio procedit per immediatam cauſam deficientis huiuſmodi legitimati tunc effecti ſui hæredis; ergo eo ad ſuitatem reſtituto, reſcinditur acquiſitio,quaſi natiuitate poſthumi: quod poſſet eſſe verũ, quando ipſe princeps reſtitueret natalibus.Sed ſecus in reſtitutione quam faciunt iſti Comites,quia non videtur princeps ſenſiſſe,quòd auferatur ius quæſitum alteri. vt C. de pteci.impe.offe.l.quoties.& C.de eman.liber.l.nec auus:qa inciperet valde iniquum principis priuilegium fieri.ar. ff.de vul.ſub.l.ex facto.& quòd legitimatio appelletur priuilegiũ potius,quàm ius commune,patet C.de natur.liber.authen. itẽ ſi quis.ibi dũ dicit,principis & legis dono.per quod verbum ſignificatur quædam liberalitas,& priuilegium principis: & facit extrà de author.& vſu pal.c. ex tuarum.& C. de
k bo.va.l.ſi quando.lib.x.& ff.de verb.ſig.l. princeps bona.k
13 † Sed ego quæro,poſito q; legitimatus reſtituatur ad bona, vtrum agnati qui medio tempore poſſederunt, teneantur ad reſtitutionem fructuum perceptorum,vel damnorum datorum in rebus hereditarijs.Reſpondeo non.& hoc per tex. notabilem.C.de hæretic.auth.de neſtorianis.*Reſtitutus.* Not. q; abſolutio ab excõicatione dicitur in integrum reſtitutio. concor.extrà de reſcrip.c.ex literis.& quod no.inſtit.de cap.
14 dimin.§.minor.Et not. qd̃ dicitur in gl.q; † poteſtates terrarum poſſunt alios forbannire,quia habent merum imperiũ. C.de ſac.ſanct.eccl.l.nulli.& hoc de conſuetudine generali. Alij dicunt per pacem Conſtantiæ.ſed malè dicunt,quia per formam illius pacis requiritur q; rectores terrarum confirmentur ab Imperatore: quod de facto non ſeruatur: & ideò ſola conſuetudo patrocinatur ciuitatibus huiuſmodi. Et not.vtrum bannum poteſtatis noceat in feudo imperiali.Secunda gloſſ.tangit hæc,ſed in gloſſ.ſunt opi.tamen ſentit q; ſic: quia affecta perſona & priuilegia ſunt affecta. Sed ar.contra extrà de re iud.c.paſtoralis.in cle.ſed ibi Papa fuit fauorabilis potius,quàm iuſtus,ſecundum quoſdam.Et verum eſt q; realitas banni non afficit res poſitas extra territorium, ſed inhabitatio ſubiecti.ff.de poſtul.l. ex ea. per Ac-
l cur.l †Pone, Rex Francorum condemnauit aliquem ad mortem,& dum duceretur ad patibulum,quorundam rogatu pepercit ei ipſum in integrum reſtituendo: quæritur vtrũ feudum qd̃ tenebat à Rege, vel ab alio,recuperet rebus in eodem ſtatu permanentibus.& videtur q; ſic,vt ff. de manu. teſt.l.Ariſtot.Et quia reſtitutio in integrũ æquiparatur poſtliminio,vt ff.de iniuſto teſt.l.ſi quis filio.§.pe. Et quia contrariorum eadem eſt virtus. Vnde quod cõdemnatio abſtulit,plena miſeratio in integrum reſtitutionis reſtituit: vt C. de ſen.paſ.l.fi.& eo.tit.l.j.ibi,vt autem ſciat,&c.ff.de mino.l. q; ſi minor.§.reſtitutio.&c.In contrarium videtur, q; iſte ſit effectus ſeruus pœnæ,& ſtatim ſit inhabilitatus. vnde poſt reſtitutionem videtur nouus homo,& ideò gratiam non recuperat,vt ff.de adimen.lega.l.ſi ſeruus.ff.de act.& ob.l. ſeruus effectus.ff.de cõdi.& demonſt.l.intercidit.ar. ff. de cap. & poſtli.reuerſ.l.non vt à patre.& l.mulier.& ff.de minor. l. ſi ex cauſa.§.Papinianus.Sol. ſi iſtud feudum erat apertum Regi,recuperat illud: ſecus ſi erat apertum alij: nam reſtitutio Regis nihil operatur in præiudicium tertij.arg.C. loca.l.ſi cum Hermes.Ad l.intercidit,reſpondeo q; ibi legatum videtur deficere à principio: quia pendente conditione ſuperuenit impoſsibilitas,ſed quæſtio noſtra loquitur de iure tertio quæſito: & facilius aliquid reparatur, quàm in nouã eſſentiam deducatur,vt ff.de pac.l.ſi vnus ex argentarijs. §. ſed ſi pactum conuentum.& facit C.qui non poſſunt ad liber.perue.l.j.& quod no.ff.de infa.l.quod ergo.§.pœna grauior.&c.

ADDITIONES.

a In nouel.Et vide Bart.ff.de re.iu.in l.iiij.§.condemnatum.& ego dixi de iuſti.& iure.

b Non poteſt.Quod intellige quando eſt publicè excommunicatus. vide Bal.ſingulariter loquentem in l.j.C. de iur.& fac. igno. & gloſſ. ſing.ſecundum eum in authen.de tabel.§.pe.& *Bal.in l.j.C. de ſecund.* nup.And. Bar.

c Le.no.Sed quid ſi per ſtatutum ſit conſtitutum præmium capienti bannitum,nunquid vltrà præmium habebit capiens expenſas: videtur q; ſic,niſi aliud ſit expreſſum.vt ff.man.l.idemq;.§. idem Labeo.in fi. Et circa huiuſmodi expenſas *vide in gloſſ.* in verbo oportere. ibi, ſed quid ſi erat ruſticus.Aduerte ibi tamen loquitur in procuratore, ſed hoc caſu non proprie haberet mandatum. Conſidera etiam quia expenſæ redduntur ei qui earuit mandato, dummodo obtineat,vtiliter gerat.vt l.iam tamen.§.in hac.ff.iud.ſol.& no.in l.etiam.C.man.& in l.qui proprio.§.litis impendia.ff.de proc.ſic & in caſu noſtro dicendum vt hic,& ſi non videtur habuiſſe mandatum cum ceperit bannitum.& ſic vtiliter rem fiſci geſsit conſequi debet expenſas vt d.l. mulier *in opus.* & quod ibi no.ſu gl.vl.vbi caſus q; primò ad conſequendas impenſas à fiſco,non eſt curandum de mandato.Dubium ergo manet nũquid propter

pter cõstitutionem præmij videatur actum ꝙ fieri debeat expensis capientis, seu de illo præmio, & dicendum est ꝙ expẽsis capientis nõ fiat, nisi expresse dictum sit dict. §. idem Labeo. quibus adde in materia ꝙ no. Barto. in l. nulla macula. C. de delatoribus. lib. x. & in l. naturalis. §. quod si facio. ff. de præscri. verbis. & in l. j §. si quis seruum depositi.

d Deficiunt. Requiritur tãtũ declaratoria facti antequam fiat executio, iuxta cap. cum secundum. de hære. lib. vj. & auth. de incest. nupt. in prin. & quod ibi per gl. & Iaco. de Bel. & dic vt in c. licet Episcopus. de præben. in vj. in c. ordinarij. de off. ordi. in vj. in nouel. Et nota quòd licet bannitus non debeat audiri, tamen si offenditur potest inquiri secũdum Ric. Adde quod no. l. j. C. si tutor non gesserit.

e Per istam exceptionem. Not. quòd quando exceptio est peremptoria, puta contra excommunicatũ, admittitur procurator in causa criminali. Idem dicas in persona illustri vt est casus sin. in l. fin. de iniur. Idem dicas quando causa est cõcussa, vt est casus secundum Bal. singularis in l. quamuis indubitati. C. de adul. And. Barba.

f Quod eis. Et de iureiur. c. j. §. quia verò. lib. vj. & facit ff. de verbor. obli. l. si plagij. & de condi. insti. l. si filius. & de leg. j. si quis inquilinos. §. fin. de ele. vbi periculũ. §. nos nihilominus. li. vj. & in auth. scenicas. non solum &c. colla. v.

g Hoc vult. Nec enim potest alia ratio assignari, vt si dicamus quòd licet dominus iniustè se defendat, tamen vasallus iustè eũ defendit. quia hoc facit de mandato consuetudinis. & per hoc non reputatur ei ad culpam. arg. ff. de ac. & ob. l. seruus verò in omnibus. Et hoc sumptum est ex l. sed si vnius. §. nec in omnia seruus. ff. de iniur. Respon. quòd abominabiles consuetudines non sunt seruandę. certè & si naturam feudorum cõsideremus adhuc absurdum est, quia si sum vasallus minoris valuasoris, & ipse rebellat se Comiti iniustè, ꝙ ego possum eum adiuuare in rebellione cum præstem auxilium meum ei & fauorem ad delinquendum, & propterea de omnibus damnis restituendis debeo teneri, quatenus deliqui. vt not. in l. ij. §. si quis non homines. ff. vi bon. rap. & per Innoc. in c. fi. extrà ꝙ metus causa. & extrà de iniur. c. in nostra. Sed quicquid dixerim oportet pure text. inhærere propter securitatem feudorum in fauorem defensionis ipsorum. ff. qui & à quibus. l. prospexit. Et potest suaderi hac ratiõe, quia vsus armorum est prohibitus offensori insscio principe vt C. vt armorum vsus. li. xj. & ideo propter eius odio sitatem facilius est defensio permittenda. Vel dic & clarius quòd licet iniustitia prima facie esset tamen ideò est, quia domini non essent domini, si nollent sibi obediri. Volunt ergo domini suis beneficijs non obstantibus quibuscunque figmentis & cauillationibus protegi, & in dominos recognosci & ciuile est, quia vasalli sunt quasi stipendiarij dominorum. Et quia tutela non est propriè maleficium etiam si iniusta sit defensio, vt lege prima. ff. de bon. eorum, qui mortem sibi conscierũt. Et eõctrà sic debẽt tractare vasallos, vt per hoc sint magis tuti ab impressionibus. Et consuetudo hocin se est bona licet quandoq; occasio sit mala. Item ad vnguem discernere casuas bellorum, quæ occultæ aliquãdo sunt, difficile est, & locus, & tempus, nõ patitur, Sed tũc ego quæro quomodo potest ista offensio fieri sine re offensa. nã si vna die vnus equitat alia die equitatur vt maximè in bellis accidit ꝙ omne agẽs agẽdo repatitur, intricataq; sint facta bellorũ & vt Dauid ait, nũc hũc illum occidit gladius. Respondeo hoc totũ esse naturaliter verũ vt patet experientia, tamen ius nõ considerat id quod fit consecutiuè, sed quod fit principaliter. Textus est no. in l. fi. ff. quod quisq; iu. in alterum statuit. & habetur in l. pater. §. fundum. de le. iij. per Barto. & in l. ambitiosa. ff. de decre. ab or. fa. & est tex. no. in l. j. in prin. ff. de autho. tut. ibi prima enim ratio authoritatis.

h Notabili. Sed quare fur non potest pro furto excommunicari nisi moneatur. Respõ. quia excommunicatio non est propriè pœna delicti furti, quod apparet quòd delictum per causam non purgatur. Item si bannitus non audiatur excipiendo per statutum loci an audiatur opponendo exceptionem facti vel solutionis. Et videtur quòd non per glos. in l. nemo ex his. de reg. iur. tamẽ licet bannitus non debeat audiri si offendatur, potest per iudicem inquiri secundum Ricar. & Adde quod nota. in l. j. C. si tu. non ges.

i In glo. Et vide insti. de noxa. in fi. & l. si finita. in §. si de vectigalibus. de dam. infect. per Bart.

k Bona. Ex his itaque habes quod non videtur differentia, an sprinceps vtatur vocabulo restitutionis natalium, an vocabulo legitimationis. quia in idem ista reincidunt. vt in authen. quib. mo. na. ef. sui. §. primis namque parentibus. & §. sicut enim. Sed inter principem & Comitem vt sic exuberanter sit legitimatio facta per principem, quã per eius comitem quod no. & facit de præben. c. hi qui authoritate. lib. vj. Adde etiam quòd si princeps legitimat per vocabulum legitimationis, non videtur in dubio derogare iuri tertij, de quo in d. §. & quòd si tãtum. in d. l. Gallus. per Cy. & Bar. vt ibi dixi. & vide infrà proxi. q. sequẽ. Aliud videtur si vtatur verbo restitutiõis natalitũ. licet per l. ex facto. de vulg. & pup. & l. nec auus. & C. de eman. li. dubium fit.

l Per Accursium. Et adde quod dicit gloss. quòd potestates terrarum æquiparantur episcopis, sed præsides æquiparantur Archiepiscopis vt in capitulo primo. de officio ordinarijs. in vj. vbi in nouella. Item quòd præsides nihil potestatibus mandare possunt in diminutione propriæ iurisdictionis, facit quod not. Accur. ff. de postu. l. ex ea. & iudex cõpetens maior est rege incompetenti extrà de app. c. cum parati.

1. ☞ *Tempus an interpellet pro homine. & nu. 2. 3.*
4 *Promissio facta sub certa die quæ est impossibilis an ualeat.*
5 *Vasallus non tenetur facere seruitium domino.*

Adhæc Dat regulam, & instantiã à regula, & regulę declaratio. Regula est. Vasallus non cogitur domino offerre seruitium, & quantocũq; tẽpore stetetit, ꝙ seruitium nõ præstiterit, feudũ non amittit. Fallit regula in tribus casibus, qui sequuntur. Primus, recusauit facere seruitium quod debet ad diẽ ex pacto. Secundus, si sibi à domino est denunciatũ. Tertius, si sciuerit dñm obsideri, vel ei mortem imminere, & cum potuit, non iuuit eũ. Regulę declaratio est, ꝙ arbitrio iudicis hoc reseruatur, qui varijs ex
1 causis & personis diffiniet. h. d. multũ no. Iac. de Bel. †Et no. ꝙ tẽpus suo naturali cursu non interpellat, sed requiritur interpellatio hominis, vel statuti, vel legis, & vtrobiq; requiri-
2 tur scientia, vt ff. depo. l. si quis inficiatus diu stetit. †Not. ꝙ post interpellationem requiritur congruum tempus arbitrio iudicis: vt hîc. & ff. de mino. l. Æmilius. Et iste tex. est val de no. ad contractus, qui tota die fiunt inter ciuitates, quæ
3 inuicem promittunt auxilium. †Et not. quòd si quis pro-
a mitteret facere, & curare, tunc nõ requiritur interpellatio, a sed sola scientia sufficeret, imò in spe stare deberet. ar. l. j. C. de priua. carce. ff. loca. l. locationis. & facit ff. de verbo. oblig. in l. si ita stipulatus essem abs te. de pact. l. non impossibile. & no. in Specula. loc. §. j. ver. sed nunquid is qui iurauit &c. & docto. in capitulo breui. de iureiurand. *Remotum esse.* facit C. de anno. & tribut. lege pro locis. & l. mediterraneç. libro decimo. & C. de appellationibus. l. cum post sententiã discus-
4 soris. †Extrà quæro, si promittitur factum præfixa die, in qua impossibile est fieri, vtrum promissio sit nulla. Verbi gratia, promisit quidam domino Comiti Virtutũ facere castrum in xxx. diebus sub pœna: & dedit ei fideiussores, quod breuitate temporis impossibile est fieri, nunquid incidit in pœnam, & tenebuntur fideiussores eius. & videtur quòd sic. quia sibi imputet quòd arctauit se. vt l. ij. ff. si quis cau. In contrarium videtur quòd impossibilium nulla est obligatio siue loquamur de legali, vt hîc, siue de conuentionali, vt insti. de verborum obliga. l. loca. So. hîc videtur distinguendũ, aut loquimur in contractu bonæ fidei, aut stricti iuris, aut si mul in vtroq;. puta, quia est cõtractus locationis operarum cum stipulatione. Primo casu, valet sublata die de medio tanquam de impossibili: & accidenti die tacita legali quæ non impediat purgationẽ morę: vt ff. loca. l. insula. §. primo. Secundo casu distinguo: aut dies est apposita in alio pacto, aut in eodem si in alio pacto non vitiat si in eodem vitiat. similis distinctio est ff. de vsu & habitu. lege per seruum. Tertio casu, non puto quòd per inutilem stipulationem fiat nouatio: & ideo sequitur quòd valeat iure contractus bonæ fidei &c. *Promptiores.* Regula quæ hîc traditur in sententia, traditur etiam in probationibus: nam fauorabilio res sumus in recipiendis probationibus, & etiam in receptis ad absolutionem, quàm ad condemnationem. b Et si reperiatur ꝙ si regula fallat in sentẽtia, codẽ modo fallit in probationibus: text. est singularis. ff. de manu. l. lege Iulia & Papia. *Vel non.* Not. quòd si dominus nõ denuntiat vasallo, nõ
5 tenetur offerre vasallus. hoc est verum, qñ est rectum feudũ, vt no. per Iac. de Bel. hîc. & dixi suprà, si de feu. fue. cõtrouer. inter do. & agna. in c. licet. Si est ad certũ seruitium, tunc refert. aut est tẽpus expressum, & interpellat dies pro homine, & tunc non datur aliquid plus de tẽpore, quia potuit prę uidere. Aut nõ est expressum certũ tẽpus, sed tacitũ: & tunc post illud expressum datur congruum tempus arbitrio iudicis. quia non potuit præuidere. verbi gratia, si sit actum ꝙ deberet dominum iuuare mota guerra, & hîc in versi. & cum potuerit. qui tex. est valde no. & vide l. j. ff. de penu leg. & ff. quã. di. le. ce. l. nec semel. §. si in habitationem. Si autem non est tempus appositum, requiritur interpellatio: & cum fiat super facto, requiritur aliquod spatium temporis arbitrio iudicantis. Idem si sit appositum tempus, cum petiero, vel cum requisiuero. Nam quod iure cauetur, idem si pacto exprimatur, iuris dispositione non mutatur: vt C. de fideius. l. nõ rectè. & ff. man. l. qui mutuam. §. nõ ideò.

ADDITIONES.

a Interpellatio. Vide quod no. Bal. post Cy. in l. & si post tres. si quis caut. & in l. magnã. C. de contrah. emp. And. Barba.

b Condemnationem. Not. quòd in dubio quis est potius liberandus

Source : BIU Cujas

quam condemnandus. Fallit in libertate, quia in dubio ſententia pro libertate præualet: ita & probatio: quod limita ſingulariter, niſi apertè apparet iniuſta. caſus eſt ſingu. ſecundum Angel. in l. ſi pars. ff. de inof. teſta. Vide quod no. in l. inter pares. ff. de re iudic. Vide Bal. in l. contractus. C. de fid. inſtru. vbi allegat d. l. Iulianus. And. Barba.

1 ☞ *Emphyteuta an poſsit auferre meliorationes quas fecit.*
2 *Meliorationes factæ per emphyteutam, an finita emphyteuſi poſsint per emphyteutam auferri, uel ſaltem teneatur dominus eas ſoluere.*
3 *Quid ſi eccleſia uendidit mihi domum iure proprio, & aream iure libellario. & nu. 4.*

Si vaſallus. Si vaſallus [a] ædificium fecit in feudo, & ipſum ſua pecunia meliorauit, & poſteà mortuus eſt ſine hærede quæritur quid iuris. Rñ. aut dominus patiatur ædificium tolli, aut hæredi vaſalli ſoluat pretium meliorationis. Idem eſt ſi vaſallus ſua pecunia feudo ſeruitutē acquiſiuit. h. d. †Et not. ꝙ iſte §. loquitur qñ feudū reuertitur ad dominum per generationē finitā. Secus ſi reuertatur culpa vaſalli: quia tūc perdit meliorationes quas fecit. Nā cū perdat principale, perdit & acceſſorium, vt l. ij. C. de iure emph. Sed videtur ꝙ habeat locū retētio, propter expenſas, vt ff. de do. excep. l. Paulus. ff. de cōdi. inde. l. qui exceptionem. §. ſi pars. & l. ſi in area. ff. de rei ven. l. ſumptis. ff. de leg. j. l. domos. & l. ſi domos. ff. de pet. hære. l. planè. & ff. de neg. geſt. l. ſi ex duobus. So. in feudo & emphyteuſi ideò
2 eſt ſecus, quia in pœnam ſui delicti cadit à iure ſuo. †Itē in emphyteuſi eſt alia ratio: quia emphyteuſis videtur conceſſa ad meliorādum. †Sed quid erit tali caſu: Eccleſia vēdidit mihi domum iure proprio, & areā iure libellario: finita
3 eſt emphyteuſis tēpore: quæritur vtrum eccleſia debeat vnū de duobus facere, vel pati ꝙ ædificium tollatur, vel reſtituere mihi omnes expenſas quas vtiliter feci in ædificando. Et videtur ꝙ ſit in electione eccleſiæ vt hîc. In contrariū videtur, ꝙ ſit in electiō mea qui vtiliter geſsi negotia ſua in poſterum, licet à principio geſſerim negotiū meum. Nā pro rato debet haberi quod vtiliter geſtum eſt, vt ff. de neg. geſt. l. Pōp. ſcribit. Itē cùm ſciam rem ad eccleſiā poſt certū tēpus reuerſuram, videor habuiſſe animum eccleſiam obligandi.
4 †Sed videtur dicendum, ꝙ ſi eccleſia mihi offert, quantū ex ruina ædificij eſſem percepturus, ꝙ eccleſia nō teneatur in plus: quia nō intereſt mea in plus. vt ff. de rei vē. l. in fundo. Poteſt dici ꝙ ſi expēſa eſt vtilis, teneatur mihi ad expenſam. Sed ſi nō eſt vtilis, teneatur mihi ad valorem ruderum. arg. ff. de neg. ge. l. ſed an vltro. §. j. Vel dic præciſè obſeruari iſtū text. ꝙ eccleſia eligat alterū de duobus in emphyteuſi. ſicut hîc dicitur in feudo. Nā cùm eccleſia debet eſſe cultrix iuſtitiæ, vt ſuprà de alie. feu. c. j. nō debet locupletari cū aliena iactura. & ita ſeruat conſuetudo. Aut ergo ſoluat, aut ædificiū eleuari permittat. nō ob. d. l. in feudo. quia ibi poſſeſſor nō habebat cauſam ab agente, nec vlla ratione iuſta motus fecit expēſam: hîc verò ſic. & ita credo per iſtū tex. licet aliàs debuerim. de hoc dixi ſuprà, ſi contro. fue. de inueſtit. c. j. §. ſi quis de manſo.

ADDITIO.

a Si vaſallus. Vide Bal. in l. ſi §. emptor. C. communia dele. ad quid al leget iſtum tex. And. Barba.

1 ☞ *Fructus rei feudalis uel emphyteutæ reuerſi ad dominum ad quē pertineant.*
2 *Quid de penſionibus?*

His conſequenter. Caſus. Vaſallus defunctus eſt ſine filio relicto extraneo hērede, & ſic feudū reuertitur ad dñm, quę titur de fructibus eius anni quo reuertitur. Rñ. diſtingūtur Aut vaſallus deceſsit ante Martiū, & tunc fructus oēs eius anni pertinent ad dominum: Aut ante Auguſtum, & tūc fructus pertinent ad hæredem vaſalli: Aut poſt Auguſtum, & tunc omnes fructus anni percipiet dominus. Quidam tamē dixerūt indiſtinctè omnes fructus pendētes ad dominū per
1 tinere. h. d. †No. ꝙ iſte §. habet in ſe nullā rationē. Si em diuiſiſſet fructus proportionaliter pro rata anni, potuiſſet rationabiliter, hoc dicit quia totius anni vſusfructus eſt pro rata anni diuidendus: vt ff. ſol. mat. l. diuortio. §. ꝙ in ſementem. Item ſi dixiſſet, ꝙ fructus pēdētes tēpore mortis vaſalli pertinerēt ad dominū, ſicut fructus prędij emphyteutici, habuiſſet in ſe rationē propter. cohęrētiā ſoli, vt ff. quæ in frau. cre. l. ſi. §. pe. ff. de vſufr. l. defuncta. ff. de act. empt. l Iulianus. §. ſi fructus. ff. de iure fiſc. l. Valerius. ff. qui. mod. vſusfr. amit. l. ſi vſufructuarius meſſem. ff. de vſufr. ſi fur decerpſerit. Sed dicere ꝙ Martius vel Auguſtus habeat diuidere fructus, nulla eſt ratio, niſi rō beneplaciti, & fortè ideo, quia poſt Martiū vaſalli debēt ſe præparare ad prælū, qua de cauſa meretur lucrum. Vel dic, quia annus incipit à Martio quò ad virētes fructus: ſicut mūdus incepit de menſe Martij, & tū primū terra produxit herbā virentē. Et intelligo, ꝙ omnes fructus qui percipiūtur vſq; ad calendas Auguſti, vel percipi debēt, etiam ſi aliquo modo non potuerūt percipi, ſed ſint in agris, pertineāt ad vaſallū. His acceptis reliqui mortuo vaſallo ſi-
a ne hærede pertineāt ad dominū. a †Quid de penſionibus
2 ſi feudatarius locauerit feudū. Reſpō. bidem ꝙ de fructibus
b quia loco fructuū ſuccedūt, vt l. defuncta. ff. de vſuf. ſecundū Iacob. de Bel. qui dicit, & hîc eſt caſus ſecundum ſecundam lec. ſuā. & vide l. j. C. de anno. ciuil. lib. x). & infrà an agna. vel filius. c. j. vbi videas. & de materia in c. ſi propter tua. in verſ. primum. de reſcrip. in vj.

ADDITIONES.

a Ad dominum. Quid ſi eſſemus in caſu in quo nō reuerteretur, ſed ad fratres deſcendentis, an dicti fructus diuidantur ſecundum formā huius legis, an ſecundum formā d. l. diuortio. ff. ſol. mat. Videtur quòd ſecundum formam d. l. diuortio.

b Reſpondeo. Vide B. in c. j. ſuprà de treu. & pac. Vide Bal. in c. ad audientiam. el ij. de reſcri. vbi loquitur de iſtis penſionibus, & quādo ſunt ſoluendæ. And. Barba.

1 ☞ *Vaſallus quando tenetur iuuare dominum non habetur ratio effectionis.*
2 *Vaſallus in quibus caſibus non tenetur iuuare dominum.*
3 *Et an teneatur iuuare contra ſeipſum.*
4 *Et an dominus teneatur iuuare uaſallum contra omnem hominem.*
5 *Et cui domino teneatur auxilium præſtare uaſallus.*

Contra omnes. Caſus. Queſitum eſt cōtra quos vaſallus debet dominū adiuuare. Reſpō. ꝙ contra omnem hominē: quinimò & contra patrem, & filium, & fratrē: ſed non cōtra dominū an
1 tiquiorē. h. d. †No. ꝙ non habetur ratio affectionis, cùm vaſallus teneatur iuuare dñm contra patrem & filium, & fratrē. ſic & alibi talis ratio non conſideratur, vt no. ff. de pac. l.
2 fideiuſſores. †Itē nota duos caſus, quibus vaſallus nō tenetur iuuare dñm: primò cōtra Imperatorem. Itē contra priorem dominū. Nā ius Regis ſemper videtur exceptū: extrà de iureiur. c. veniētes. imò debet ſemper ſpecialiter excipi, vt in frà de prohi. feu. alie. c. imperialē. §. j. Itē videtur exceptū ius prioris dñi, vt hîc: ſed quò ad hunc effectum, vt nō teneatur ſecundū dñm contra primum iuuare. Tñ ſi ſecundū dñm celauerit, tenetur ei ad intereſſe, vt ff. de act. emp. l. j. in fi. & ff. de pig. act. l. j. §. fi. Et ideò vaſallus cū iurat fidelitatem, debet nominatim excipere ius prioris dñi, vel ſaltem adijcere, ſaluo iure alterius dñi, cui eſſem obligatus. argu. ff. de ma. te. l. ſi quis locuples. Et hæc maximè vera ſunt in feudo legitimo, quia videtur aſſerere ſe nullū alium dñm habere: vt dixi in
3 euidentialibus huius operis ſuper rubrica. vbi videas. †Quęrit gl. nūquid vaſalus teneatur iuuare dñm cōtra ſeipſum, ex vi iurameti fidelitatis. & videtur ꝙ ſic, vt ff. de cond. inde. l. frater à fratre. in fi. prin. In contrarium videtur, quia in generali ſermone non continetur perſona loquentis vt C. de ſol. l. inquiſitio veritatis. Et quia quælibet res naturaliter appetit conſeruationē ſui eſſe: vt no. ff. de verb. ſign. l. liberorū Finaliter gl. determinat, quòd non teneatur iuuare cōtra ſe ipſum. Et ratio eſt nō ſolùm illa de qua loquitur d. l. inquiſitio veritatis. ſed etiā quia dñs ecōtrariò non tenetur iuuare

contra

cõtra ſeipſum. Et nota iſtam rationẽ, quia ſi inuicẽ teneren
tur iuuare contra ſeipſos, nulla eſſet obligatio vt ff. de leg. j.
4 l. ab omnibus. §. ſi à Titio. †Quærit gl. nũquid dñs teneatur iuuare vaſallum contra omnẽ hominẽ, & dicit ꝙ ſic. etiã contra patrẽ dñi, & filiũ eius ex natura parilitatis fidei hinc inde debitę. Et iſta gl. quotidie allegatur, & no. eã bene. Sed Ia. aliter dicit, ꝙ teneretur conta fratrem & filium, ſed nõ cõtra patrem, non obſtante iſta litera: quia loquitur in vaſallo ſed quæſtio noſtra loquitur contrà, ſcilicet in domino. Sed gl. iſta verius dicit: quia correlatiuorum & mutuæ obligationis eadem eſt natura. vt C. de indi. vidu. l. fi. Et bene facit quod no. in l. qui ſe patris. C. vnde lib. in glo. ij. magna, &
5 vide ſuprà de no. for. fidel. c. j. †Facit & iſte tex. quòd ſi vaſallus habet duos dominos pugnãtes adinuicem, cui teneatur auxilium præſtare. dixi C. de ſcadu. tollẽ. in §. ne autem.

De filijs natis ex matrimonio ad morganaticam contracto. Rubrica.

1 ☞ *Conſuetudo an poſſit diſponere ſuper matrimonio.*
2 *Excluſus ſemel ſemper eſt excluſus.*
3 *Primogenito mortuo ſine hærede an ſuccedat ſecũdogenitus in regno.*

1 QVidam. †An cõſuetudo poſsit diſponere de ſubſtantia matrimonij. Dic vt extrà de ſpon. c. j. ſuper dote verò & ſucceſsione põt, vt hîc habes. & vide quod no. in c. ſtatutũ. el j. de hære. li. vj. in nouel. Caſus. Quidam nobilis ex nobili muliere ſuſcepit filios, ea mortua non valẽs cõtinere, accepit minus nobilem, ea conditione, quòd nec ipſa, nec filij ex ea nati de bonis eius aliquid habeant: deceſsit poſteà ſuperſtitibus filijs vtriuſq; matrimonij: filij nati ex hoc matrimonio non ſuccedũt patri in bonis proprijs extãtibus filijs primi matrimonij: aliàs bene ſuccedũt eis non extãtibus: ſed in feudo nullo caſu ſuccedere poſſunt. h. d. No. ꝙ iſtud ca
a pitulũ cõtinet magnã iniquitatẽ. [a] vt in auth. de nup. §. illud quoq;. coll. iiij. Iac. de Bel. & licet iſtud capitulũ loquatur de nobilibus, loquitur gratia exẽpli. Virtus enim iſtius capituli ſtat in cõſuetudine generali, vt patet in c. fi. Itẽ nõ ſtat in eo ꝙ litera innuit, ꝙ ſecundã vxorẽ prius habuerat pro cõcubina: quia prout dixi, alia ratio pactum reformat. †*De bonis fra*
2 *tris.* No. etiã feuda his verbis cõtineri etiã alijs nõ extãtibus. arg. ꝙ ſemel excluſus ab alio etiã illo mortuo perſeueret excluſus: de quo in auth. ſed ſi quis. C. de nup. dixit Cy. in l. ſan
3 cimus. C. de nup. †Itẽ ar. ad ſucceſsionẽ regni Sicilię, quod ex pacto defertur primogenito, quia ſecũdogenitus nõ ſuccedat etiam primo mortuo ſine hærede: quia de primogenito loquitur pactũ, nõ de ſecundogenito, vt C. ad Treb. l. iubemus. §. fi. & in prima conſtitutione ffor. & ſic ad Papã liberè redeat diſpoſitio regni. &c.

ADDITIO.

a Magnam iniquitatem. Quod etiam not. pro ſtatutis excludentibus filias fœminas extantibus agnatis, quia valida de iure: licet iniquitatem ſapere videantur per Cyn. in l. j. quę ſit long. conſue. & ſuprà, epiſcopũ vel Abba. & per Ioannem Andream in addi. ad Spec. de ſucceſsione ab inteſtato.

De beneficio fœminę in feudo tradito. Ru.

1 ☞ *Fœminæ ſuccedunt in feudo materno deficientibus maſculis.*
2 *Renuntians iuri ſuo pœnitere non poteſt.*
3 *Vaſallus an uideatur renuntiare feudo per ſuſceptionem minorum ordinum.*

SI fœmina. Diuide in duas partes. Primò de ſucceſsione fœminæ in feudo fœmineo. Scdò de ſucceſsione clerici, ſecunda ibi, in §. ex hoc. Caſus. Filiæ matri in feudo fœmineo ſuccedũt maſculis nõ extãtibus ſm Obe. Gerar. ſed ſm alios nõ ſuccedũt, niſi p pactũ actũ: hinc eſt ꝙ clericꝰ nec ſuccedit in feudo paterno, etiã ſi poſteà habitum depoſuerit. Idẽ in monachis qui feudũ antè quæſitũ perdũt, h d
1 †No. ꝙ in feudo materno deficiẽtibus maſculis ſuccedũt fœminæ. Et non dicetur hoc feudũ paternũ, ſed maternũ eiſdẽ regulis, licet mutato vocabulo trãſmittatur: quia in habẽtibus ſymbolũ facilis eſt trãſitus. Item quia à primordio tituli poſterior formatur euẽtus: vt C. de impo. lucra. deſcr. l. j. li. x. Itẽ quia initiũ eſt ſpectãdũ ff. de dona. l. qui id quod. ff. de fideiuſ. tuto. l. j. Itẽ quia qualitas quę cœpit ineſſe, perdurat. ff. de leg. iij. l. pater. §. quindecim. nec videtur alterari qđ in originali qualitate in habitu retinetur. vt l. fi. ff. ſi ex noxal. cauſ. aga. & hoc de æqtate. Sed ſecus ſm naturã originis ex cõſuetudine feudi, ſm glo. Sed de iſta origine nõ eſt curãdũ. ff. de
a iuſt. & iu. l. manumiſsiões. a *Poſtquam fuerit.* †No. ꝙ qui tacitè, &
2 ipſo iure renũtiat iuri ſuo, poſteà pœnitere nõ põt. C. de reb. cre. l. ſi qs iuſiurãndũ. ff. de min. l. ſi filius. ff. de ędil. edic. l. quę ritur. §. ſi vẽditor. C. de pac. l. poſtquam liti. C. de iur. & fac. igno. l. ſi emãcipati. C. de fi. inſtr. ſi aduerſarius. & in c. gratię.
3 de reſcrip. in cle. †Quærit hîc gl. vtrũ per ſuſceptionẽ minorũ ordinũ quis videatur renũtiare feudo, vel ad ipſum feudũ
b reddatur inhabilis, & gl. notabiliter determinat ꝙ nõ. [b] Et hoc caſu ſeruiat per ſubſtitutũ. Si verò promotus eſt ad ſacerdotiũ, poſſet ſubdiſtingui. Aut erat feudũ ſibi apertũ, & videtur renũtiare, & ideo per ſubſtitutũ nõ poterit ſeruire: Aut nõ erat apertũ, verbi gratia, quia primogenitꝰ poſſidebat feudũ, & erãt tres, vel quatuor fratres, & vltimus eſt factus cardinalis, deinde oẽs frattres deceſſerũt ſine hærede: vn de de iſto vltimo nõ põt dici ꝙ habuerit intẽtionẽ renũtiandi, nec etiã facultatẽ. Videtur ergo ꝙ de ęquitate admittitur ad feudũ, & poſsit ſeruire per ſubſtitutũ, licet ſecus ſit de iuris rigore, niſi eſſet tale ſeruitiũ certum, qđ ſui natura poſſet per quẽlibet explicari. quia tũc etiã de iuris rigore feudũ perdit. ar. ff. de ver. obl. l. cõtinuꝰ. §. ſi ab eo. De hoc dixi ſuprà ſi de feu. fue. cõtto. c. ſi clericus. & ſuprà de mili. vaſal. qui arm. bel. depo. c. j. Sed Pe. de Cer. ſimpliciter dãnat iſtã gl. dicit clericũ in ſacris conſtitutũ nullo modo ſuccedere. Et multi alij hoc dicũt, inhærẽtes textui magis quã glo. licet tex. videatur iudaicus, & contra tex. in c. inter dilectos. de fi. inſtru.

ADDITIONES.

a Manumiſsiones. Et ex ſententia tantum præſmitur quantum ex iu dice conſtat: naturalis enim ratio eſt conſuetudinis interpres legitima ff. de excu. tu. l. ſcire oportet. §. ſufficit.

b Quòd non. Et iſtud ſequitur Andr. de Iſer. in §. prætereà. tit. de prohibi. feu. ali. per Fed. vbi vult ꝙ inhabilitas vnius ſuccedẽdi ſuppleatur per alium habilem. Idem Ia. de Ardi. in ſua ſumma ſi feudum ad plures defe. Idem Dulius in Margarita, & Hoſt. in ſumma feu. & Odof. & Io. Faſo. de piſis & Azo in ſumma de loca. pro hoc facit c. extrà de voto. & l. quiſquis. & l. quod ad ſimilitudinẽ. C. de epiſ. & cle. Ray. de Forliuio. in l. continuus. §. ab eo. de ver. ob.

Si vaſallus feudo priuetur cui defe. Rub.

1 ☞ *Dominus non poteſt facere gratiam in feudo alteri in præiudiciũ agnatorum.*
2 *Delictum patris an noceat filio in feudo.*
3 *Feudum ſi amittatur propter delictum cui applicetur.*
4 *Vaſallus an poſſit propter aliquam ingratitudinem priuari feudo dato ob benemerita.*
5 *Feudũ cui applicetur, an agnatis, an domino quãdo perditur per alienationem.*
6 *Pater non poteſt priuare filium legitima.*

VAſalli. Filius nõ ſuccedit patri in feudo, nec agnati vſq; ad tertiũ gradũ: qñq; nec deſcẽdẽtes in infinitũ, ſi vaſallꝰ feudo priuetur, ꝓpter ſuũ delictũ, niſi filiꝰ cõgrat, dño gratiã ſibi faciẽte nõ extãtibus agnatis. h. d. Et dũ tex. loqtur de agnatis vſq; ad quartũ gradũ, ad eius intellectũ aduerte quia feuda locorũ trãſeũt in infinitũ in oẽs deſcẽdẽtes maſculos hæredes, vt in c. j. hîc autẽ ſciendũ. qui feudare poſ. Sed ſi non ſint hæredes eius qui vltimò poſſedit feudũ, ſed ſunt agnati, nõ ſuccedũt niſi vſq; ad vij. gradũ. Sed alij dicũt ꝙ per infinitũ. ca. j. ſi vaſ. feu. pri. cui defer. qđ capitulũ in ſe nullã habet rõnẽ. & ideo nõ eſt ſeruãdũ, niſi in proprijs terminis: ſed ſta

Source : BIU Cujas

ri debet textui: quia in feudo nō eunte per ſaltū, ſed ſuo ordine, taxatus eſt ſeptimus gradus, vt in c.j.§.hoc quoque. de ſuc.feu. licet aliqua ſit differētia: quia quartū gradū nō vocat
1 paternū, ſed antiquū. Not. extātibus† agnatis dñm nō poſſe facere gratiā filio in ꝓiudiciū agnatorū. Itē no. ꝙ delictū magis nocet proximioribus, quā remotioribus. Itē no. ꝙ hîc cō funditur ordo ſucceſſorij edicti: qa ſucceſsio incipit à poſteriore: qđ eſt irregulare, & cōtra oēs iuris ciuilis regulas: & iō nō eſt trahēdū ad emphyteuſim, nec ad liuellū, vt ff. de legi.
2 l. quod verò cōtra rationē. †Hîc tāgitur illud brocardū, An delictū patris noceat filio: loquor qñ pater deliquit extra cō tractū, & dic vno verbo ꝙ nō nocet, niſi in caſibus expreſsis in iure. Sed Iac. de Bel. ſup hoc more ſuo multū inſiſtit. & dicit in effectu ꝙ aliqñ ſic, aliqñ nō: illud no. ꝙ interdū maiorū tuorū exēpla tibi præiudicant: vt l. ſi cohortalis. C. de cohor. li. xij. Bar. Et quia materia iſta qñ feudum amittitur, ad quos reuertatur, eſt vtilis & quotidiana, iō diuido iſtā materiā in duas partes. Primò, qñ vaſallus cadit à feudo propter ingratitudinē delicti. Secūdò qñ vaſallus cadit à feudo propter ingratitudinē (vt ita dixerim) cōtractus
3 † Quæro ergo ad quos feudū reuertitur qñ propter ingratitudinē delicti amittitur. Rñ. dicit Ia. de Are. ꝙ aut vaſallus cuius erat feudū, deliquit in dñm, & tūc reuertitur ad dñm excluſis deſcēdēti bus agnatis quibuſcūq; Aut deliquit in aliū, tūc ad agnatos, vt in §. deniq; quæſitū. ſ. quæ fuit prima cauſ. bñfi. amittē. & c. ſi quis interfecerit. infrà an ille qui interfec. fratr. dom. ſui feud. amit. Et hîc eſt caſus: vbi filij, licet proximiores, repellū tur, & vlteriores agnati admittuntur: vt in capitul. ſi vaſallus culpā. ſ. ſi de feu. defun. cōtē. ſit inter domi. & agna. Et eſt rō, quia vaſallus delinquendo præiudicat ſibi, & liberis ſuis: qa
a pater & filiꝰ cēſetur eadē pſona, & viuo patre cēſetur dñs: ª Vñ & viuo patre priuari potuit, ſed ſecus eſt in agnatis qui viuo delinquēte nō erāt dñi, & ideo nec priuantur iure qđ nō habebāt. ar. ad hoc de bo. li. l. iiij. §. ſi capitis. & l. cōi liber. & l. Iulianus. ff. de ope. lib. l. vlti. ff. ſi quis aliquē teſta. prohi. l. ij. Sed nūquid expectabitur mors delinquētis, vt veniāt agnati. dicit ibidē Iac. ꝙ nō, ſed veniēt ſtatim tāquā eo mortuo. Sed in cōtrarium videtur tex. dicere, ꝙ vbi culpa vaſalli aufertur ei feudū, ſiue delinquat cōtra dñm, ſiue cōtra aliū, ꝙ viuente dño vaſallo delinquente, & eius filijs maſculis, ad quos aliàs deberet pertinere, ad dñm debet peruenire & eo hæredibus nō præiudicat, niſi ad tēpus, dū delinquēs & eiꝰ filij ſuperſint: allegat de feudo extraor. §. beneficiū paternū. & §. qđ damus. & ſatis bene hîc arguit. Sed dñs Io. de Bro. in ſumma ſua ſub rubricella, An felonia à patre commiſſa, noceat filio quominus ſuccedat: ſic diſtinguit. Aut feudū incepit à patre meo: quia res aliqua fuit nouiter data patri meo in feudū, & felonia nocet mihi: qa in tali feudo non poſſum ſuccedere, niſi ex perſona patris mei: vñ ſicut ꝑ felonią quā cōmiſit pater meus ipſe repelleretur, ita & ego repellar: quia hæredis ſuccedētis in alterius vitiū par eſt habēda fortuna. vt C. de fruc. & lit. expē. l. ij. & facit C. de bo. li. l. j. vbi filij propter delictū patris amittūt iura libertorū paternorum. Aut feudū incepit ab auo meo, & tunc aut ego viuēte meo auo nō fui animatus, puta quia ipſo viuēte nō fui cōceptus. tunc felonia patris mei mihi nocet, quia ex pſona aui nihil vēdicare poſſum, & ex pſona patris mei me fundare nō poſſum. primū pater, qa inter me & auū meū nulla iura cōſanguinitatis fuerūt, vt ff. de iniuſt. teſt. l. ſi quis filio exhęredato. ver. cæterū. & ff. vñ cogna. l. j. §. ſi qs proximior. Aut viuēte auo fui cōceptus, & tūc aut pater meus cōmiſit felonią viuēte auo meo, & nō nocet mihi: quia ex pſona patris mei nolo admitti ad feudū, ſed ex perſona aui. vñ in hoc caſu perinde erit ac ſi pater meus nō eſſet in medio. arg. ff. de iure pat. l. diui fratres. & l. iura. Aut pater meus deliquit poſt mortē aui. & tūc mihi bene præiudicat: qa tēpore mortis aui mei pater meus bene erat capax feudi: vñ ex perſona aui nō poſſum admitti in feudū, qa pater meus me præcedebat. Inſtit. de hære. qua. & diff. §. ſui. Et hoc eſt verū, ſi pater meus adiuit hæreditatē aui mei: aliàs ſi repudiaſſet, vel nō adiuiſſet, tūc poſſem ego ſuccedere auo, & ex pſona aui hȝ feudū. ar. C. vñ liber. l. qui ſe patris. Io. de Bro. Sed Hēricꝰ Ebridiſ. in ſumma ſua ti. qui. mo. feu. cau. feu. ſic ait. Propter felonią aūt, ſeu culpā alteriꝰ, & nō ſuā amittitur feudū, puta, ſi vaſallꝰ delinquat, ſiue cul
4 pā cōmittat, propter quā feudū amittere debeat: qm̄ tūc filij eius, & alij deſcēdētes ſimiliter amittūt. vt in ca. vaſallus ſi feudū. & d. c. ſi vaſallus culpā. imò etiā agnati amittūt. licet fuerit paternū ſi felonia dñm reſpiciat: vt dñs habeat ſuę iniuriæ vltionē. vt in §. deniq;. ſ. quæ fue. pri. cau. bene. amit. licet qdā dicāt ꝙ illud c. loqtur de feudo nouo, & non de pno. Hēricus Odoff. in ſum. ſua ſub rubricella, ad quos feudū reuertatur, qñ amittitur. ſic ait. Aut vaſallꝰ peccauit in dñm, ſed ad eū reuertitur, & nō ad hæredē, vt habeat dñs ſuæ iniurię vltionē. Si verò nō deliqt in dñm, ſed aliud graue qđ fecerit ꝓpter ꝙ feudū amittere debet, tūc reuertitur ad cohæredes, ſi feudū paternū eſt vt in d. §. deniq;. quæ fu. prim. cau. benefi. amit. & infrà an ille qui interfec. fra. domi. ſui. c. ſi qs interfecerit. Et pōt poni exēplū, quādo in dñm deliquit: puta, ſi nō petijt inueſtiturā intra tēpus legitimū, vel iacuit cū vxore dñi, vel filia, vel in prelio dimiſit eū, vel nō iuit cū Imperatore ad ſuſcipiendū coronā. Exemplū verò qñ deliquit, ſed nō in dñm, vñ reuertitur ad cohæredē: puta, quia tradidit hominē, ita ꝙ in curia eſſe nō pōt. vt d. c. ſi quis interfecerit. Vel qñ eſt factus monachus. nā tūc cohæredi aperitur. vt in c. miles. de inueſtitura quā Titius. & idē crederē in omnibus cauſis vbi non ſunt culpæ. puta, deceſsit vaſallus ſine filijs, vel hæreditatē repudiat filius. nā in his caſibus aperitur feudū in cohæredē de vaſal. qui contra cōſti. Lotha. c. ſi cōti gerit. Idē puta in quibuſdā culpis, puta, ſi interfecit aliquē de parētibus, qui appellatiōe parricidij appellantur, vel cōtinē tur: vt in c. deniq;. quæ fu. pri. cau. bene. amit. & in d. c. ſi quis interfecerit. & infrà qui teſt. ſint neceſ. ad probā. no. inueſtit. Odo. Sic ergo vides quibus ſermonibus vtuntur iſti illuſtres doc. Ego aūt in materia delictorū per ſe cōſidero deſcendētes, & per ſe agnatos. Circa deſcēdētes tria cōſidero. Primò formā inueſtituræ. Pone, dicit dñs, cōcedo caſtrū in feudum Titio, & ſuis hęredibus de vno in alterū reuertēdo: vel dicit cōcedo oībus principaliter. vel dicit, cùm extēt filij & nepotes. vel dicit attētis meritis ſingulorū. tūc non puto ꝙ culpa vnius alteri noceat: quia vnuſquiſq; per ſe cēſetur, & tāquā
4 indepēdēs ab alio. †Dicit dñs Ia. de Ra. in ſumma ſua ti. qui. mo. feu. amit. qđ eſt aliqñ tale feudū qđ nulla cauſa, vel ingratitudine eſt amiſsibile, vt quia datū ſit eō ꝙ à morte dantē liberauit, vel ab hoſtibus, vel latrūculis eripuerat. vt ff. de do. l. ſi pater. §. j. & ſic magnitudo meritorū cū demeritis cōpenſatur. ar. tñ ꝙ demerita vltima magis pōderātur quā pcedētia, quia vltima culpa nocet. ff. de act. emp. l. ſi per emptorē. Scdò debet cōſiderari ſtatus perſonæ delinquētis. Nā ſi patri erat radicatū feudū pōt delictū eius nocere filio ſuo, qui deliquit circa feudū: ſed ſi nō eſt radicatū, tūc nō eſt quo ad ſe feudū, vñ nō deliquit cōtra naturā feudi, ideo nō nocet filio ſuo. Et iſta cōſideratiōe fundātur oīa mēbra Io. de Bron. Tertiò eſt cōſiderādū, vtrū filij ſint nominati tanquā extranei, an tanquā hæredes, an dubitatur. Nā ſi tanquā extranei, quia meruerūt à patre ſuo ſic nominari, nō nocet eis delictū patris. Si verò vt cohæredes, vel ſimpliciter, tūc ſic. & rō differētiæ patet, quia nō veniunt ex vi paternæ inueſtituræ qñ tāquā extranei, ſed mero beneficio dñi. Sciēdū eſt tñ ꝙ do. Odo. in ſumma ſua ti. qui poſſunt ſuccedere in feudū. ſic ait. Sed quæro nunquid pactum valet inter fratres de ſucceſſione feudi, puta, inueſtio Titium ita vt ſuccedat in hoc feudo, ſi decedat ſine liberis quidā extraneus, nūqūid ſuccedit extraneus. & videtur ꝙ ſic: quia pacta appoſita in feudo debēt ſeruari. Sed cōtrariū credo. Nā ſi ſtatuitur hoc ſpeciale in fratribus ergo in alijs cōtrariū: vt ff. de iud. l. cū prętor. Itē hoc pactū eſt cōtra ius cōe: qa alter alteri non pōt paciſci. vt ff. de ver. ob. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. Odoffr. Iſtud eſt verū, ſi verba nō ſunt aptè cōcepta: qa nemo recepit, pillo extraneo: ſed ſi aliquis recepit ꝓ ipſo, videtur ꝙ inueſtituram teneat. vt no. in l. huiuſmodi. in prin. de le. j. & ff. de ver. ob. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulā. l. j. ff. de ſtipu. ſeruo. Certè probatur etiā per l. j. C. de dona. quæ ſub modo. & ff. depoſi. l. publia. & in auth. de nō alie. §. emphyteuſim. colla. ij. & de felonia delicti dicta ſunt hæc. Sed quęro quid de felonia cōtractus. Et diui

ditur

Soufce : BIU Cujas

ditur in duas partes,Prima an præiudicet deſcẽdẽtibus.Secũda an præiudicet cohęredibus.i.agnatis ſuper hoc.ſ.de ingratitudine contractus &c.dicit Acc.vbi ſ.& q vr̃ q feudũ ad dn̄m redeat vide ſ.in q.cau.feu.ami.§.vl.& in c.imperialẽ.§.callidis.Sed Pil.ibi diſtinguit,q aut vaſall⁹ habet filios, aut nõ.Itẽ aliàs aut cõſenſerunt alienatiõi agnati,aut nõ:Itẽ aliàs aut volũt offerre pretiũ,aut nõ:de quibus dic vt melius p Iac.de Bel.ſ.de ſuc.feu.c.j.§.hoc quoq;.Io.Faſolus in ſumma ſua ſub rubricella,an alienatiõe feudi perdatur feudũ,ſic ait.Itẽ perditur feudũ alienatiõe facta in caſu nõ permiſſo. infrà de vaſallo q̃ cõtra cõſti.Loth.c.ſi vaſall⁹.& tũc ad dn̄m reuertitur vt d.ca.Imperialẽ.§.callidis.item ſi alia lege alienat quã ipſe habet,ipſo iure feudũ perdit,ſm Gerardũ. ſed hoc caſu ſm Obertũ acquiritur dño qñ maſculus nõ extaret vt in c.ſimiliter.§.profecta.infrà de lege Corr.Innuit ergo ſe cũdũ opi.Obe.q prædicto caſu extãte maſculo hærede feudũ ad ipſum maſculũ deuoluatur.Sed nõne cõtradicit oĩb⁹ quæ ſuprà dicta ſunt de alienatiõe,quę aperit viã inueſtitori,quia à principio videtur facta ea lege ne alienetur.Et inde quæcũq; ſequẽtia formã & originẽ ducũt vt dicit tex.in ſimili ff.ad l.Fal.l.in rõne.la.j.§.ſi filio.Rñ.vtrũq; verũ eſſe,quia aut delinqtur in ſubſtãtia alienationis,aut in modo,ſeu qualitate vt infrà de lege Corra.§.profecto,primo caſu reuertitur ad dn̄m.ſecũdo caſu ad maſculũ hęredẽ:ga multũ refert vtrũ ſubſtãtia corrũpatur,an eius qualitas.qđ eſt no.dignũ. Et eſt exẽplũ,ſi permiſſa eſt alienatio ex cõſuetudine,vel pacto paribus,& vt fiat alienatio aliįs dũtn̄ ſine dolo.Itẽ ſi pmiſſa eſt infeudatio paribus,& infeudãt eis quos dño expedit nõ habere tn̄ quia iſtud delictum nõ eſt in toto,ſed in tali,reuertitur ad filios ſm Io.Fa.quod ſatis videtur no.dignũ. Sed Odo.ti.ad quos feu.reuertatur,& in ſumma ſua ſic ait.

5 Sed quæro quid ſi vaſallus alienat feudũ cõtra naturã feudi nũquid aperiatur in dn̄m,vel in cohæredes,& videtur q liberè reuertatur ad dn̄m,vt dicit cõſtitutio Fede.ſ.quæ fu. prima cau.bene.amit.c.fi.de vaſal.qui cõtra cõſti.Lotha.c.j. qui.mo.feu.amit.c.itẽ ſi dño.Nã alienãdo videtur dn̄m cõtinẽre vt ibi dicit.ſic in vſufructuario,ff.de iu.do.l.ſi vſufructus.Sed cõtra videtur,ſ.q in cohæredẽ aperiatur feudũ.ſ. de ſuc.feu.in prin.ſ.ſi de feu.defun.§.Titius.ar.extrà de feu. c.fi.So.ſapiẽtes diſtingunt qñ vaſallus alienat feudũ vtrũ domino,vel alij:Si quidẽ dño,aperitur feudũ in cohæredẽ,Si verò alij,aut dñi volũtate,aut non:Si dñi volũtate,aperitur feudũ in cohæredẽ.Si nõ dñi volũtate,aperitur feudũ dño. Odo.Sed in codicibus antiquis feudorũ ſub ti.de inueſt.in maritũ fa.reperiebatur talis tex.quẽ habeo in libro meo ſubtus ſcriptũ.Si aliquis feudũ habuerit,dũ habuerit,& aliquã cõuentionẽ,aut refutationẽ fecerit dño,aut alicui perſonæ, qđ vel quæ nocere videatur ei q in feudũ ſuccedere debeat, talis cõuentio aut refutatio ei qui ſuccedere in feudũ debet, nõ nocet excipimus patrẽ qui feudũ acquiſiuit:niſi capitulũ in odiũ filij,vel nepotis fecerit.Et ſicut aliàs dixi,iſtud videtur apocriphũ,& neſcitur author,& per conſequẽs nõ habet authoritatem ab authore ſed habet in ſe ex ęquitate multũ

6 de medulla rõnis.†Nã videm⁹ q pater nõ põt fraudare filiũ legitima,vt extrà de teſta.Ray.Nec libertus patronũ,vt l.j.ff.ſi quid in frau.patr.nec arrogator.filiũ arrogatũ:vt ff.ſi quid in frau.patroni. l.fi.nec diuortium alios quorũ intereſt vt ff.ſol.ma.l.filiæ meæ.Nec renũtiatio & in c.j.de renun.li. vj.& in ſumma fraus,& dolus vnius alteri nocere nõ debet Et ſi tu dicas q ideo non nocet,quia habet cauſam à delinquẽte.Reſpõ.q illud eſt verũ,qñ à delinquente habeatur totalis cauſa.Sed in feudo paterno nõ habetur totalis cauſa à patre,ſed à genere.ergo &c.Sed hoc reſtricare eſſet multoties dicta repetere,& ideo ſubſiſto.

ADDITIO.

a Dominus.Et viuo patre Rege,filius Rex dicitur. xxiiij.diſtinctio. in ſumma.per gl.nota.

Qui teſtes ſunt neceſſarij ad probandum nouam inueſtituram. Rubrica.

1 ☞ *Teſtes qui ſunt neceſſarij in inueſtitura.*
2 *Iuramentũ nõ ſemper defertur poſſidenti feudũ ſed arbitrio iudicis.*
3 *Incrementum feudi qualiter probetur.& nu.4.*
5 *Inueſtitura an probari poſſit ſi nõ inueniatur breue teſtatũ per alios quàm per pares curiæ*
6 *Et an probetur inueſtitura per confeſſionem domini.*

SIue clericus. Diuide in duas partes. Primò qualiter probetur noua inueſtitura.Scđò qualiter vet⁹.ſecũda incipit in §.de veteri. Caſus.Noua inueſtitura,pbatur p teſtes pares curtis,aut breue teſtatũ à paribus cõfirmatum ſiue dn̄s ſit laicus ſiue clericus.nec aliter facta valet etiã ſi dn̄s cõfiteatur factam,& alij cõtra teſtẽtur.Et dicitur noua inueſtitura qñ feudũ de nouo acquiritur. Vetus autẽ inueſtitura probari poteſt teſtibus quibuſcũq; paribus, vel non paribus maſculis tn̄, & non fœminis.h.d. *Siue clericus.* Qñ facit inueſtiturã de re propria. *Ad ſolennitatẽ.*Not. verbũ nec à paribus.Hæc opinio nõ vr̃ mihi rõnabilis,qa iſtud nõ eſſet,pbare p breue teſtatũ,ſed ſimul p breue teſtatũ & p pares:argu.ff.ſi cer.pe.l.certi condictio.§.quoniã.Vel dic,ſi potuerunt haberi pares,debet eſſe cõfirmatum à paribus: ſed ſi non potuerint haberi,ſufficit inſtrumentũ publicũ teſtibus roboratũ per eius authoritatẽ.Tutior opi.eſt deſeruire textui q interſint pares ad ſolẽnitatem inſtrumẽti ſecundũ Iac.de Bel.& Odof.in ſumma ſua in tit.qũo probetur inue. Sed ad quid ſe intromittit Imperator de factis clericorum.

a Reſpõ.ratione cõtractus nõ ratione perſonarũ.[a] †Sed ſu
1 per hac materia Iac.de Bel.ſ.ti.quid ſit inueſt.ponit talẽ diſtinctionẽ:cũ quæritur q teſtes ſint neceſſarij in inueſtitura, & per quos probetur,& qualiter,& cui onus probationis incũbat:diſtingue,aut quæritur de inueſtitura veteri, aut de noua.Si de veteri,regula eſt,q ſufficiunt pares & extranei indiſtinctè,vt hoc capitulo:Si de noua,tũc aut de clericorũ inueſtitura,aut laicorũ.Primo caſu regula eſt,q pariter admittũtur pares extranei,vt ſ.ſi de inueſt.inter dominum,& vaſal.lis.ori.§.fi.Et eſt ratio vt ibi patet in litera,hoc verũ ſi ex rebus eccleſię fiat inueſtitura:ſed ſi de propriſs,idem tũc ſeruatur quod in laico:vt infrà de cle.qui inueſti.fecit.c.j. Si laicorũ,& tunc aut quæritur de inueſtitura tẽpore quo fit, aut poſt tp̃s quo facta eſt.Si quæratur de noua inueſtitura tpe quo fit,ſi qdã dn̄s habet pares, debet fieri inueſtitura cotã eis ſaltẽ duob⁹,vel tribus vel breui teſtato interueniẽte à paribus cõfirmato.licet Mediol.aliter ſeruent:vt hoc c.& ſ. quid ſit inueſti.§.j.aliàs inueſtitura facta nõ valet,etiã ſi ſint abſentes pares:quia expectãdi ſunt:vt infrà de conſue.rect. feu.c.j.§.fi.Nõ ob.ſ.ſi de inueſti.inter dn̄m & vaſallũ.c.j. vt ibi no.Si verò nõ habeat pares,tũc adhibet dn̄s quos meliores põt,liberos tn̄.vt ſ.quid ſit inueſti,c.j.§.ſi aũt inueſtitura.& infrà de notis feud.§.quod autẽ pares.Si verò quæris de inueſtitura noua poſt tẽpus quo facta eſt,aut cõtẽtio eſt inter dn̄m,& vaſallũ,vel deputatũ ad guardiã,aut inter dn̄m,& creditorem,aut inter dn̄m & emptorem,aut inter dn̄m & eũ qui ſibi prætẽdit ad feudũ cameræ:vel feudũ cauenæ aut inter dominum & vaſallũ qui dicit ſe inueſtitũ de noua inueſtitura:aut inter dn̄m & agnatũ,qui dicit ſe ſucceſsiſſe vaſallo:aut inter dn̄m & filiũ vaſalli,aut eſt cõtẽtio inter agnatos & filiã:aut cõtẽtio inter vaſallũ.& aliũ quẽ cõſtat nõ eſſe vaſallũ.Si quidẽ cõtẽtio eſt inter dominũ & caſtaldũ,vel deputatũ ad guardiã,dic vt dixi ſuprà de feu.guardię.c.j.& de cõtro.inueſti.c.j.§.itẽ ſi vaſallus.de contẽ.inter dominum & vaſal.de inueſt.§. cæterũ.Si verò cõtentio eſt inter dominum creditorem dic vt ſuprà de cõtrouerſia inueſti.c.j.§.ſimiliter.& de feu.da.in vicẽ l.commiſ.c.j.& ca.fi. Si verò contentio eſt inter dominum & emptorem,tũc dic vt infrà de cõtro.inter dominum & vaſallum.c.j.§.fi.de cõten.inter dominum & emp.feud.ca.j.Si verò eſt contentio inter dominum,& eum qui ſibi prætendit feudum camerę, vel cauenæ,dic vt infra in ca.j.§.ſi verò vaſallus.Si verò eſt contentio inter dominum & vaſallum qui dicit ſe inueſtitũ de noua inueſtitura,hoc membrum proſequitur gl.ſed dic

Source : BIU Cujas

clarius. Aut eſt contentio de inueſtitura quam dominus negat eſſe factã: Aut econtrario, de contentione quam dominus affirmat, & vaſallus negat: aut de incremento feudi, aut de pactis initis inter eos præter feudi naturam, aut eſt contentio de ingratitudine vaſalli. Si quidem eſt contentio de inueſtitura quam dominus negat interueniſſe, tũc aut dominus poſsidet aut vaſallus: ſi dominus tunc probare debet vaſallus per pares curtis, vel breue teſtatum à paribus cõfirmatum vt in capit. primo. §. j. quid ſit inueſtitu. & ſuprà de cõten. inter dominum & vaſal. de inueſti. c. j. in prin. & ſi de inueſt. inter dñm & vaſal. lis ori. c. j. licet ſecundũ Mediolañ. aliter ſeruetur vt dixi. hoc eſt verũ ſi teſtes nõ recuſent dicere veritatem, aliàs cogẽdi ſunt à paribus, vel à dño: vt ſuprà quid ſit inueſti. c. j. & ſuprà de nou. for. fidel. c. j. §. notandũ. & ſi dominus non compellat, licet vaſallo probare per extraneos, vt ca. j. quid ſit inueſtitu. Poteſt etiam cogi petere teſtes à Comite, vel à populo, vel ab Imperatore, vt ſuprà ſi de feu. inter dominũ & vaſallum lis ori. c. j. ſiue teſtes ſunt pares ſiue extranei, vt ibi patet in litera. Hæc vera, ſi dominus habet pares, aliàs admittuntur indiſtinctè etiam extranei. vt c. j. quid ſit inueſti. Si verò vaſallus non poteſt probare per teſtes, vel per breue teſtatũ, regulariter domino poſſidenti datur iuſiurandum vt iuret, vel referat, vt ſuprà quid ſit inueſtit. §. j. ſuprà de controuer. inueſtit. c. j. circa prin. de cõten. inter dominum & vaſ. de inueſti. circa prin. In caſibus tamen remittitur domino iuramentum, vt ſuprà de cõtro. inueſt. c. j. §. ſi verò feudum. & de cõten. inter dominum & vaſal. c. j §. cæterum. Si autem poſſideret vaſallus, domino incumbit probatio, quia actor eſt, vt C. de prob. l. actor. & de eden. l. qui accuſare. & ſuprà quid ſit inueſti. §. ſi verò. Eo autẽ deficiente in probatione, aut vaſallus poſsidet anno, domino ſciente, & ſeruitium ſponte recipiente, & defertur vaſallo iuramentum, vt ſolus iuret. vt ſuprà ſi de inueſti. inter do. & vaſal. lis ori. c. j. §. fin. Vel dic ꝙ ibi conſtabat feudum eſſe: dubitabatur tamen an eſſet paternum vel collaterale: aliàs fortè non iuraret ſolus, vt infrà de conſue. rec. feu. c. j. ſi autem poſſedit minus anno, vel domino ignorãte, tũc iurat dominus, vt ibi: ſi autem vaſallus præſcripſit rem iure feudi xxx. annis: tũc obtinet ſine ſacramẽto. ſuprà ſi de feu. fue. contro. c. ſi quis per xxx. Aut poſſedit maiori tempore anni domino ignorante, non tamen præſcripſit, tunc iurat cum xij. ſacramentalibus, vt ſuprà de cõten. inter dominum & vaſallum de inueſti. c. j. circa prin. & ſi de inueſti. inter do
2 minum & vaſal. lis ori. circa prin. †Sed eſt notãdum, quòd iuramentum non ſemper defertur poſsidenti, ſed iudicis arbitrio committitur cui ſit deferendum: quod intueri debet ſecundum facti qualitatem, & perſonarum cõditionem, & cauſæ naturam. vt infrà de conſuetu. rec. feu. ca. j. C. de reb. credi. & iureiur. l. in bonæ fidei. & plenè dixi ſupra de contro. inueſti. c. j. circa prin. Qualiter autem iurare debeat dominus, & vaſallus, & eius hæredes, dic vt ſuprà de content. inter do. & vaſal. de inueſtitu. feud. capit. j. circa prin. & ſi de inueſt. inter do. & vaſal. lis oria. ca. ij. circa princip. & infra de cõſue. rec. feu. c. j. §. fi. Itẽ eſt ſciendũ quod nõ obſtãte cõtro uerſia debet vaſallus inueſtiri de ſuo, & alio recto feudo, qd habetur ab eodẽ domino ſine cõtrouerſia vt ſ. de cõtrouerſia inter me & domi. de por. feud. fratris mei. cap. j. §. fi. & infrà de alie. feud. pat. c. ij. Si autem econtrariò eſt controuerſia de inueſtitura, quam dominus affirmat, & vaſallus negat dic vt ſuprà ſi de feu. fue. contro. cap. vaſallus. de leg. Cor. c.
3 fi. †Si verò eſt contentio de incremento feudi, dic vt ſuprà de controuerſia inueſti. c. j. §. ſi quis de manſo. & de inueſti. de re alie. fac. c j. §. fi. & ſuprà hîc finitur lex. c. j. §. ſi vaſallus. & §. ſequenti. Si autem eſt contentio inter dominum & vaſallum de pactis appoſitis inter eos, dic vt ſuprà quid ſit inueſtitura. §. fi. Si autem eſt contentio de ingratitudine vaſalli, dic vt ſuprà qui teſtes ſint neceſſa. ad probandum ingratitudinem. c. j. Si autem eſt cõtentio inter dominum & agnatos vaſalli, dic vt ſuprà de contro. inueſtit. §. cum autem. de conten. inter me & do. de por. fra. mei. c. j. de gra. ſuc. in feu. c. fi. & de inueſtit. in mari. facta. c. j. §. item placet. & ſi de feu. fue. contro. ca. j. ſi autem contentio eſt inter dominum & feliam vaſalli, dic vt ſuprà ſi de feu. fue. controuer. c. inter filiã. & de contentione inter maſculum & fœminam. c. primo. Si autem contentio eſt inter agnatum, & filiam, dic vt ſuprà ſi de feu. fue. contro. c. ij. & de gradi. ſucc. in feu. c. fi. de cap. qui cu. ven. c. ſi contentio. Si autem eſt contentio inter vaſallos. dic vt ſuprà de pace tenenda. cap. ſi duo. & §. tres. & de lege Corradi. capitu. ij. Si autem eſt contentio inter vaſallum, & alium quem conſtat non eſſe vaſallum, dic vt infrà de cõtro. inter vaſallum & alium de bene. c. j. Ia. de Bel. Sed iſta diſtinctio licet ſit bona & perfecta, tamẽ poteſt abbreuiari. Dico ego quòd aut quæritur de cõtractu, aut de probatione, Si de contractu, aut eſt noua inueſtitura, aut antiqua. Primò requiritur alterum de duobus, vel ꝙ interfuerint pares curtis ſi dominus habebat pares, vel breue teſtatum. Et quia alternatiuè lex loquitur non requiro quòd per breue teſtatũ habuit preſentiam parium. ſtatur enim in dubio propter publicam fidem. vel dic vt ſuprà dixi apoſtillando textum. Si autem dominus non habebat pares ſufficiunt extranei dũ-
4 tamen ſint viri probati, & omni exceptione maiores. †Si verò loquimur de veteri inueſtitura, quia fomentum antiquitatis habet ſufficiunt teſtes extranei, dumtñ ſint probatæ & optimæ opinioñis. & hoc in inueſtitura laicorũ. Sed in inueſtitura clericorũ de rebus eccleſiarũ ſiue ſit noua ſiue vetus, ſufficiunt teſtes idonei extranei, vt hîc probatur in ca. noſtro. vt ſuprà quæ ſit inueſt. quam Titius. c. j. & ſi de inueſtitu. inter dominum, & vaſallum lis oria. c. j. Dico autem de cõtractu quo ad valentiã contractus quæ conſiſtit in duobus, ſci licet in ſubſtantia, & ſolennitate. Nã omne quod eſt habet
5 aliquod principiũ ſui eſſe: vt l. j. ff. de regula Cato. †Nũc ſequitur ſm mẽbrũ principale de ꝓbatiõe. Et ad intelligẽtiã huius præmitto ꝙ iſta ſunt diuerſa eſſe, & pro habito eſſe: vt ff. de teſt. tu. l. duo ſunt Titij. põt enim accidere qd inueſtitura ſit ſolenniter facta: tamen breue teſtatum nõ reperitur vel pares curtis deceſſerunt. Et ideo videndũ eſt quid iuris ſi non reperitur breue teſtatũ, vtrũ cõtractus, vel caſus poſsit probari per alios, quã pẽr pares curtis. & eſt arg. ꝙ ſic C. de fide inſtru. l. ſicut iniquũ. Nã debet caſus fortuitus reſcindere ea quę legitimè facta ſunt: ſicut videmus in ſententia quę licet ſit lata in ſcriptis, tamen perdita ſcriptura caſu fortuito põt probari eius tenor & amiſsio per teſtes: vt l. quoniã. C. de hæreticis. Itẽ videmus in priuilegijs dũmodo teſtes ſint literati, & ſolennes. extra de cenſi. c. cũ olim. Si verò nõ interuenit inſtrumẽtũ & teſtes ſubſtantiales ſunt mortui non ſupereſt vaſallo facultas probãdi: debuit enim facere teſtes recipi ad æternã rei memoriã, ne fortuitis caſibus probationis copia ſubtraheretur ei. vt C. de vſuris pupil. l. fi. ff. ad leg. Aquil. l. in lege Aquil. ſi deletũ. C. de teſti. l. publicati. extrà
6 de teſti. c. ſignificauit. & c. Albe. †Modò reuocatur in dubiũ vtrũ per confeſsionem domini probetur inueſtitura. Et dic aut loquitur de præiudicio tertij, & non ſufficit cõfeſsio domini. vt ff. de iureiur. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fi. cum l. ſequẽti. Aut loquimur de præiudicio ipſius confitentis. & tunc aut cõfitetur rẽ verè & ſolenniter actã, & tũc ſtatur cõfeſsioni: vt l. j. de cõfeſsis. & quod no. C. de lib. cau. l. iubemus. & l. cũ precum. & C. de omni agro deſer. l. rura. lib. xj. Aut dñs cõfitetur veritatẽ, ſed negat ſolennitatẽ, & tũc aut à principio & dominus debet audiri, quia pro nõ facto habetur quod non legitimè factũ eſt. Aut primò negat, & poſteà delato ei ſacramento confitetur veritatẽ & negat ſolennitatẽ. & tũc nihil patrocinatur ei negatio vt C. de fideic. l. quæſtionẽ. & inſtit. de fideicõ. hære. §. fi. vt hîc. & ſic propter mandatũ inducitur quædã conualeſcentia & ciuilis obligatio, quæ eſt vbicunq; agi poteſt ſecundum noſtræ ciuitatis iura, vel melius, ideo eſt quia propter primum mendacium ſuper veritatem. & ſic fingitur omnia ſolenniter acta. vt C. de non nu. pecun. Authen. cõtra qui propriam iuxta illud qui ſic ſæpè mentiri ſoles quod ſi quando dicere verum velis non adhibeo fidem. ar. ff. de accu. l. ſi cui. §. j. ff. de re mili. l. nõ omnes. §. à barbaris. Alius caſus eſt quando quis confitetur ſolennitatem, & negat veritatem vt quia intentatur feudum rectũ & dominus dicit verè ꝙ interuenerunt pares curtis, ſed tamen non eſt feudum rectum, ſed guardię, vel ſimile. & tunc

dic

Source : BIU Cujas

dic vt notat.suprà de feu.guar.& supra de controuer.inue-
7 ſtit. ca.j.§.ſimiliter.cum ſimilib. *Nouam inueſtituram.* †Not. hîc caſum expreſſum,quę dicatur *inueſtitura noua.Pater fœminas.*Not.in feudis fœminarum teſtimonium non admitti.

ADDITIO.

2 Perſonarum.Et not.ꝙ propter abſentiam teſtium inſtrumẽtaliũ, aliquando alij idonei admittuntur,vt C.quemadmo.teſta.ape.l.ij.

De conſuetudine recti feudi. Rub.

Sicut non licet ignorare generales leges,ita non licet ignorare generales conſuetudines:ita dicit Ia.de Are.C.de ſum. tri.l.cunctos populos.

1 ☞ *Succeßio feudi an ſit duplex:ſicut eſt duplex bonorum poſſeßio.*
2 *Poſſeßio quot modis tradatur.*
3 *Confeßio eſt probatio à lege approbata.*
4 *Decimæ & iuriſdictio an poßint dari in feudum.*
5 *Abſens quanto tempore debeat expectari.*
6 *Actus factus non expectatis expectandis non ualet.*
7 *Statutum quòd mulieres non poſſunt contrahere ſine præſentia propinquorum: & propinqui nolint adeſſe quid iuris.*
8 *Ius ſibi dicere an quis poßit ſi iudex ſit abſens.*

SCiendum. *Diuide in duas partes. Primò quibus modis acquiritur feudũ. Secũdò qualiter probetur noua inueſtitura.ſecunda incipit in §.quod autem dictum eſt.Caſus.* Feudũ acquiritur inueſtitura ſucceſsiõe vel eo qđ habetur pro inueſtitura.Et ſi dominus dixerit corã curia vaſallo.vade in poſſeſsionẽ feudi,& iuit, acquiritur ſibi feudum ac ſi eſſet propria facta inueſtitura,quinimo & ſi vaſallus per annũ tenuit beneficiũ dño ſciente & nõ cõtradicẽte, & ſeruitium eius quaſi vaſallo recipiẽdo,ſi vaſallus hoc probet per teſtes,vel per iuramentum,vaſallus obtinebit,niſi à domino contrariũ probetur,& hoc in prima parte.In ſecunda dicitur nouam inueſtiturã probari per pares curtis ſi habet pares,vel admittuntur etiam extranei.ſed ſi dominus pa-
1 res habet & abſunt expectandi ſunt h.d. *Succeſsione.* † dicit Spe.*in ti.de feu.*§.quoniam.verſi.xxvj.ꝙ dixerũt quidã ꝙ ſi cut eſt duplex bonorũ poſſeſsio.ſ.edictalis & decretalis:quia ſunt idẽ in ſubſtãtia:ita eſt duplex ſucceſsio.ſ.edictalis, quia filius ſuccedit in feud.& decretalis:quia debet intra certũ tẽpus dñm agnoſcere,& fidelitatem ei preſtare.Et ſicut bonorum poſſeſsio decretalis nihil operatur ſine edictali, & edictalis anno finitur ſine decretali: ita ſtatutus eſt filio annus, & dies.ſed ſi tu ponderas iſtum tex.in inueſtitura quæ fit de filio,nõ eſt verum ꝙ ſit decretalis:ſed eſt quædam executio primæ,quæ propriè dicitur inueſtitura paterna, hæc verò quæ fit filio ſe recognoſcente in vaſallũ nõ eſt propriè inueſtitura,ſed ſucceſsio. Tex.eſt hîc ꝙ apparet caſu econuerſo ſi vaſallus viuit,& dominus mortuus eſt: quia inueſtitura quam faciunt hæredes domini non tribuit ius nouum, ſed eſt quidam ordo qui debet ſeruari pro conſortiõe iuris quę ſiti quod habetur pro inueſtitura.Et not.hîc quod non eſt omnino idem quod habetur pro eodem.vt no.ff.de verborum ſignifi.l.mercis.*Vide & teneas.*No.quod ſecuto effectu iſtorum verborum,quia apprehẽſa eſt poſſeſsio corporalis. & iſta verba fuerunt prolata corã paribus curiæ,vel per breue teſtatum,iſtud eſt rectum feudum,& recta inueſtitura,ac
2 ſi dominus tradidiſſet per ſe corporalem poſſeſsionẽ. † Nã tribus modis vera poſſeſsio traditur. ſcilicet proprio corpore tradentis.Item cum ille qui eſt in poſſeſsione diſcedit & alius ingreditur & ff.de cõtrahenda emptio.l.fiſtulas.§. fundũ.& ff.de acqui.poſſ.l.permiſceri.§.ſpecies.Item qñ data tur licentia,& ſequitur ingreſsio:nimirũ quia iſte eſt nũtius in rem ſuã,& fungitur officio nũtij,& iure vaſalli:vt no.ff.de re iud.l.miles.§.qui iudicati.& facit ff.de acquir. poſſ.l.q abſenti.ſed ſi iſta verba nõ fuiſſent ꝓlata corã paribꝰ curię, vel breui teſtato,licet de abuſiua inueſtitura cõſtaret per pares curtis,vel p breue teſtatũ,vel per cõfeſsionẽ dñi,iſtud nõ cẽ-
3 ſeretur iure recti feudi.†Sed hoc de cõfeſsione nõ credo verũ:qa cõfeſsio eſt ꝓbatio à lege ꝓbata vt in auc.de equa.do. §.illud. tunc iſtud feud.non cenſeretur iure recti feudi:nec tranſmitteretur ad hęredẽ.Et ideo eſt quia eſt vndique ſua ſolennitate vallatum.vt ſuprà qui.mo.feu.conſti.poteſt.c.j.
4 †Sed quæritur quid in iuriſdictione, vel decima, ſeu iure decimationis,vel alijs rebus incorporalibꝰ.Reſpon.ſine poſſeſsione dari poſſunt in feudum quia non poſsidentur. Alij dicunt ꝙ debet iuteruenire ceſsio,quæ idẽ operatur in incorporalibus quod operatur traditio in rebus corporalibꝰ vt no.ff.de dona.l.ad eum.& C.quando fiſcus, vel pri.l.fin. Alij dicunt quòd ſufficit ſi dominus patitur vaſallum vti.ff. de iu.do.l.ſi ſponſalibus.§.j.ff.ſi ſer.ven.ſi à te.C.de vſufr.l. corruptionem.ff.de ſerui.l.quoties.ff.de ſer.ruſt.prædio.l.ſi ædes.in fi.Alij dicunt ꝙ ſi datum eſt caſtrum cũ iuriſdictione,poſſeſsio iuriſdictionis non requiritur ſine poſſeſsione, ſiue apprehenſione territorij. Et ſic eſt neceſſe ꝙ prius de iſto caſtro & territorio fiat inueſtitura corporalis tanquã de principaliori,& tanquam de fundamento iuriſdictionis. vt C.vbi & apud quos.l.fi.Conſidera quòd caſtro nulla eſt attributa iuriſdictio actiuè,quia nullum eſt ei deputatũ territorium quod dicitur à terrendo,vt notat Inno. de reſtitu. ſpo.cum ad ſedem.Paſsiua autem iuriſdictio bene ineſt. vt C.de epiſco. & cleri.l.nulla.§.quòd ſi inuito.& nota.in authen.qui.mo.na.effic.ſui.§.ſi quis autem ex qualibet. & pro tanto imperium merum vel mixtum,& ipſa iuriſdictio non eſt quid acceſſorium caſtri,imò eſt quid maius eo. Tamen conſidera quòd quædam quaſi poſſeſsio cõſiſtit in habitu, & hæc in iſtis incorporalibus acquiritur poteſtatis collatione.vt extrà de elec.c.trãſmiſſa.Quędã cõſiſtit in actu,& executiõe,& hæc acq̃ritur operis effectu. Porrò qui nihil agit, nihil poſsidet.vt no.ff.de ſer.ruſti.præd.l.ſeruitutes quæ in ſuperficie. *Aliquo tempore.* non minus anno.Iac.Bel. *Domino præſente.*ff.de procu.præſentis.& l.mutus.§.is qui curatorem.vel in eodem foro exiſtente.vt C.de præſcri.lon.tẽpo.
5 l.fina.ver.de hoc. *Expectandi.*†Nota abſentes expectandos: quod verum eſt ſi cõmodè poſſunt expectari: vt plenè legitur & not.ff.de vaca.mu.l.prætor.§.ſi poſt cauſam.& expectabuntur per duos menſes & non vltra.vt ff.de iure fiſci.l. aufertur.§.qui cõpenſatione.& ff.qui ſine manumiſ. ad lib. perue.l.Latius.& argu.extra de loc.c.potuit.vel iudex diffiniet tempus ex quo non eſt à iure diffinitum.vt l.j.ff.de iure delib.& no.in ſimili.ff.de procur.l.omnium.& arg.C. de inge.& manu.l.diffamari.& ff.de hæred.inſti.l.ſi quis inſtituatur.& l.de die.in prin.qui ſatiſ.cog.& l.ſi ſeruus.de bo.
6 autho.iud.poſ.†Et no.hîc ꝙ non valet factum non expectatis expectãdis,niſi requiſiti adeſſe noluerint.argu.eorũ quæ no.ff.de in integ.reſti.l.fi.Et hoc verum, quãdo talis cõtrahens qui habeat adminiſtrationem,ſecus ſi propter abſentiam nõ habeat adminiſtrationẽ,vt adultus abſente curatore.Nam tunc abſentia impedit actum geri.vt ff.de autho.tu
7 to.l.j.in fi.†Et tunc eſt arg.ad quæſtionem ſtatuti dicẽtis ꝙ mulieres non poſſunt cõtrahere ſine præſentia propinquorum. Nã cũ auferat eis adminiſtrationẽ poſito quod ꝓpinqui nollent intereſſe,tamen non valet cõtractus niſi ꝓpinqui hoc facerent dolo malo.Nam nunc iudex poteſt eorum præſentiam ſupplere decernendo ſe ratum habiturum id quod geſtum erit eorum calumnioſa abſentia non obſtante.argu.ff.quod cum fal.tuto.l.j.§.ij.Nam tunc & remouere poteſt eos,vt ſuſpectos. vt C.de procur.l.eum qui res a-
8 git hæredum. † Deinde nota valde gloſſ. hîc poſitam, quia nos dicimus quòd propter abſentiam magiſtratus poteſt interdum quis ſibi ius dicere. Nam certè imò debet magiſtratus expectari.Ita dicit gl.hîc not.*Sed ſi expectatio eſſet* fruſtra non puto expectandum. vt ff.de ſtatu hominum.l. Arethuſa. & extrà de ſortile.c.ij.facit ff.de ritu nuptiarum. l.ſi ita pater.

9 ☞ *Actiones interrogatoriæ an hodie ſint in uſu.*
10 *Probationum tria ſunt genera.*

Source : BIU Cujas

11 *Indicia uerisimilia per quas res fiant*
2 *Testis non legitimè examinatus an faciat indicium.*
13 *Testis si deponat super eo quod est remotum à natura contractus, nõ*
1 *defertur iuramentum.*
14 *Probationibus deficientibus quid fiendum sit in materia feudorum.*
15 *Probare an possit testis unus semiplenè solenniter factã inuestituram.*
16 *Probari an possit possessio annalis per unum testem semiplenè.*
17 *Quasi possessio an acquiratur circa feudum iurisdictionis per proces sum factum contra penitus contumacem.*
18 *Possessio an probetur per spoliationem.*

Sacramentum. Diuide in quinque partes. Primò cui dabitur sacramẽ tum. Secundò qualiter & cum quibus iuretur in causa feudi. Tertiò an iuretur de calũnia in causis feudalibus. Quartò an liceat vasallo dominũ accusare, vel contra eum testimoniũ reddere Quintò qualiter sit dirimenda cõtentio orta inter dñm & vasallũ. Secũda incipit in §. si autem iudice. Tertia in §. quibusdam. Quarta in §. similiter. Quinta in §. item si inter dominũ. Casus. Quæsitum est cui iusiurandũ debeat deferri in causis feudalibus an actori vel reo. Respõdetur, quòd nõ potest regula dari, sed relinquitur arbitrio iudicis qui interdũ deferat actori, interdũ reo, interdũ neutri. Et tũc demum defertur si præsumptio est pro reo cui datur, & iudicem moueat, si nulla est præsumptio pro actore, tunc vel defertur reo possidenti vel absoluetur sine iuramẽto. Deinde dicitur quòd aut iuramentum defertur à parte: aut à iudice, si à parte, aut iurare debet cũ duodecim sacramentalibus, aut referre. Si à iudice defertur vasallo, tunc iurare debet cum duodecim sacramentalibus, sex paribus, & alijs sex extraneis si vult, & iurare debet semper sine mẽtione cõscientiæ. Si verò defertur domino à iudice iurare debet cum duodecim sacramentalibus vel paribus vel extraneis, vel permixtis. Et aut iurat de facto suo, & iurare debet sine mentione conscientiæ. Aut de facto alterius, & iurat secundum conscientiam. Quidam tamen dixerũt nunquam iurare debet secundum conscientiam. hoc dicit vsque ad §. in quibusdam.[a] *Petenti*, id est actori. *Neuter*, quia cum † officio iudicis defertur cum interrogatoriæ, vel curatoriæ actiones recesserunt ab aula: vt ff. de interro. actio. l. j. & lege vbicunque. eo. titu. nisi aliqua causa iuri cõsona debet esse, quæ iudicem moueat ad suum officium impartiẽdum: quia sine causa neminem audit prætor. vt ff. de transact. cum hi. §. causa cognita. & C. de edic. diui Adria. tol. l. edicto. & ff. ad Carbo. l. iij. §. causæ. & §. duæ causæ. extrà de proba. c. ij. *Iudicem moueat.* Adde quòd iudex debeat moueri non solum ex allegationibus partium, sed ex proprijs motiuis, & rationib⁹: vt notat Ber. extrà de concess. præben. c. ex parte. Host. *Nihil est.* quomodo potest esse quòd nihil sit quod faciat pro reo, vel actore, cum actore non probante ius cõmune faciat pro reo, vt C. de eden. leg. qui accusare. Respondeo hîc non loquitur de probationibus iuris, sed de probationibus facti.

10 Not. † autem ꝙ probationum tria sunt genera, scilicet vera & plena. & hæc nõ indiget patrocinio iuramenti, sed nec cõtra eam iurari potest. Verisimilis & non plena: & iuuatur patrocinio iuramenti. dumtamen aliæ circunstantiæ moueant iudicem. Est & alia quæ neque verisimilis, neque plena est, & ista pro nulla habetur in causis in quibus agitur de magno præiudicio. & dic vt suprà de controuer. inuestitu. circa

11 prin. † Quæ autem sint illa quæ inducunt verisimilem & legibus consonantem coniecturam glossa in l. admonendi. ff. de iureiur. dicit quòd sunt plura: inter cætera ponit quòd est vnus testis de veritate: dicit Ioãnes seu Nicolaus furiosus in apparatu suo quem fecit ante apparatũ Accursij ad legem admonendi, quod tunc vnius testis testimonium facit indicium, quando est probatæ vitæ, & bonæ opinionis, nec pót haberi suspectus familiaritatis, vel alia de causa, quæ verba notabilia sunt & vera. Expone tex. dum dicit vel alia de causa iudicis arbitrio committẽda: vt hîc, & si iste testis esset infamis de infamia facti quæ habet debilitare eius fidem, non esset integer testis ad deferendum iuramentum vt not. ff. ad

12 Senatusc. on. l. Cassius. C. de sum. trinit. l. j. † Et vnũ scias quãdo testis non legitimè examinatus, non facit indicium ad iuramenti delationem: vt ff. de quæstio. lege maritus. Et dico non legitimè etiamsi testis sit legitimus: tamẽ modus examinandi fuit non congruus: vt quia non sit interrogatus de causa scientiæ. Nam licet duo testes non interrogati faciant plenam probationem, puto tamẽ quòd vnus non faciat semiplenam. & idem si vnus testis dixit plenè factã: vt not. ff. de dã. infec. l. Lucius. quia talis examinatio non caret quali-quali boni viri suspicione, cum iudex non laborauerit ad veritatem inquirendam: vnde modicus defectus impedit semiplenam probationem vnius testis, nimirũ, quia satis exorbitat fides vnius testis à iure communi vt extrà de testibus. capitulo innotuit. pro hoc quod not. in lege secunda. C. qui

13 & aduer. quos. Sed † illud est semper memoriæ retinendum, quod quandocunque vnus testis deponit super eo quod remotum est à natura contractus, tunc & vno testi nunquam defertur sacramentum: quia eius testimonium non cõsonat naturæ negotij, nec iuri quod naturam imitatur: vt supra quid sit inuest. § item si vasallus. quia contra naturam negotij nulla præsumptio surgit. & vide quod nota. ff. pro socio. l. si margarita. Alia verò quæ de iure communi in ista materia possunt dici plenissimè examinaui in dicta l. admonendi. &

14 C. de rebus credi. l. in bonæ fidei. † Reuertamur ergo propriè ad materiam feudorum. Quæro itaque probationibus deficientibus, quid debeat fieri in causis feudorum. Dicit Odoffredus in sua summa subdita rubricella, ꝙ circa hoc iura sunt valde obscura in vsibus feudorum. Vnde ad hoc vt possis eorũ iura apertè habere, scias quòd de iure communi si nulla partium quicquã probet in causa, semper qui possidet debet absolui: vt C. de edendo. l. qui accusare. de probationibus. lege finali. Tamen in feudis si videtur iudici, poterit deferre sacramentum possidenti: id est sacramentum defensionis: vt hic cum multis similibus. de quo sacramento in iure ciuili non sic reperitur, nisi in quodam loco: vt in authẽtica: vt liti. iurent. §. si quis autem. collatione nona. Sed text. suprà, si de inuesti. inter dominum & vasallum lis oriatur. capitu. secundo. sic ait. *Si vasallus sit in possessione feudi solus iurabit, si per vnum annum sciente domino & non contradicente in possessione feudi permanserit.* Item textus, suprà *quid sit inuestitu. capitulo primo. §. si verò vasallus.* sic ait. *Si vasallus possideat, vel quasi possideat, puta, feudum cameræ vel cauenæ duabus vel tribus quietis acceptationibus, non est opus probatione:* sed aut iuret aut referat. Alius tex. suprà, de gradibus succeff. in feudo. §. si verò dominus. sic dicit. Bonus autem iudex causa cognita diligenter inuehitur cuius potius iureiurando sit dirimenda hæc quæstio. text. videtur dicere quòd quando iuramentum datur, ita demum datur, si aliquid pro eo sit quod iudicem moueat. Vbi considerat de ista dictione, aliquid, quia nos dicimus quòd vbicunque significatio orationis sumitur ex aliquo, sufficit quòd pars sit vera ad veritatem orationis: vt ff. de rebus dubijs. l. si is qui ducẽta. §. vtrum. Et ideo si aliquid pro eo est, vt probatio vnius testis, tunc ei defertur sacramentum: vt hic. Et ita nota. dicit gloss. Sed nunquid hoc consonat cum iuris ciuilis regulis. Videtur quòd non, quia quoties ad solennitatem actuum requiritur testium pluralitas, ibi si deest

b vnus testis, non suppletur[b] per iuramentum: vt C. de testibus. lege, si vnus. Sed in feudis requiruntur saltem duo pares ad solennitatem inuestituræ nouæ. vt suprà, qui testes sint ne. capitulo primo. ergo deficiente numero inuestitura ipso iure non valet. Sed dices, hîc non deficit numerus inuestituræ tempore, licet deficiat tempore proba-

15 tionis. † Sed tunc ego quæro quomodo sciam quòd deficit numerus: nunquid vnus testis potest probare semiplenè solenniter factam inuestituram coram duobus testibus, puta coram se & alio impari. Istam disputationem habemus in testamentis. ff. de testamentis. lege hæredes palam. in prin. & no. in l. ij. C. de bono. pos. secundum tab. Oportet ergo ꝙ iste testis deponat de veritate inuestituræ & eius solennitate, & vtrũq; semiplenè probabit, aliàs sequeretur quòd inuestitura esset ipso iure nulla, & sic iusiurandum non patrocinaretur: quia esset iuramentũ super facto ab omni iure remoto,

Source : BIU Cujas

remoto, & non super iure vt l. final. ff. de iureiurando. Sed mirum est secundum Odoffr. quòd in aliquo casu detur sacramentum vasallo possidenti. Nam dum confitetur quòd tenet à domino in feudum, ergo cõfiteri videtur ꝙ allodium sit dñi, & sic super directa rei vẽdi. debet condẽnari ex vi cõfessionis: vt C. de proba. l. siue possidetis. Sed ego respondeo, ꝙ ista cõfessio non est simplex, sed habet cõtradictionem annexam ita ꝙ vnũ ab alio separari nõ potest. Secus enim si possent separari. vt ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. idẽ quæsijt. C. de trãsac. l. si quidẽ. ff. si cer. pe. l. quidã æstimauerunt. ff. de leg. ij. l. qui solidũ. in prin. C. de dona. ante nupt. l. ij. C. de excep. l. si quidẽ. Vel dic ꝙ iste casus est similis ei qui cõfitetur promissionẽ, sed allegat pactũ de nõ petẽdo, quod probat per vnũ testem. Nam si iudici videtur potest deferri super hoc pacto de non petẽdo sacrm in defectũ probationis, nec enim sunt ista contraria, imò sunt cõpatibilia: & sic plena ꝓbatio non derogat semiplenæ: vt dixi in d. l. in bonę fidei. Sed qualis debet esse iste vnus testis in feudo. Respondeo debet esse permissus non ꝓhibitus. Et sic distinguendũ est inter nouã inuesticurã, & veterẽ: vt suprà ti. j. c. j. Nam testis inualidus non facit semiplenã probationẽ nec indicium maximè semiplenæ. i. quod non adminiculatur probationibus, nã quædã sunt indicia motiua, nõ adminiculatiua, quæ minus sunt quã semiplena ꝓbatio. vt not. ff. de proba. l. cum
16 probatio. & l. etiã matris. † Sed ego quæro cũ vt dictũ est superius requiratur possessio annalis, nũquid per vnũ testẽ ista possessio semiplenè ꝓbetur ita ꝙ super ea deferatur sacrm in defectũ probationis. Respõ. non, quia cũ ista possessio debeat ꝓbari tanquã indiciũ ad deferendũ iuramentũ in causa principali oportet ꝙ ꝓbetur plenè: quia vnus testis super indicio nõ facit indiciũ, vt no. in l. fi. C. fa. erc. Deinde ex his quæ legũtur hic, & suprà de cõtro. inuest. c. j. & de cõten. inter do. & vasal. de inuesti. c. j. colligitur ibi quædã distinctio per Iaco. de Bel. quæ talis est, quia aut iuramentũ defertur à parte parti: & tũc debet iuramẽtũ præstari vel referri. vt hoc §. manifestæ enim turpitudinis est nolle iurare, vel iuramentũ referre. vt l. manifestæ. ff. de iureiur. Vel dic aliter de iure cõmuni: vt ibi, aut defertur à iudice, & tunc aut actor plenè probat, & reus cõdẽnatur. ff. de rei vend. l. officiũ. Aut nullo modo probat, & tũc reus absoluitur de iure Romano vt in cõtrarijs. C. de his qui ad eccle. cõfu. l. præsenti. §. ficubi. Sed in feudo potest iudex deferre si sibi videbitur expedire: hoc §. Aut actor semiplenè probat, vt per vnũ testẽ, vel priuatã scripturã: vel per cõparationem literarũ: & tũc aut vnus tantùm nouit veritatẽ & sibi defertur iuramentũ. ff. de iureiur. l. iusiurandum ad pecunias. §. j. Aut vterq; nouit veritatẽ, & tũc honestiori defertur. Si autẽ sint pares, tũc aut feudũ est modicũ: & tũc actori defertur, aut magnũ & tũc reo, vel cõfertur in arbitriũ iudicis. vt hoc §. in dubio verò magis defertur possidẽti. Magnũ enim non est cõmodum possessionis: vt insti. de interdi. §. cõmodũ. & potius reo: vt not. C. de re. cre. l. in bonæ fidei. Iac. de Bel. In hac ergo cõclusione remaneamus, videlicet, ꝙ aut dñs possidet, & vasallus nullo modo probat: & tunc absoluitur dñs nullo præstito sacramento. Aut possidet vasallus & dominus nihil probat, & tunc si vasalli possessio est antiquo & eius sacramẽto quæstio diffinitur & absoluitur. Aut noua, & committitur tunc sacramẽto domini, nisi aliud pro possidẽte faciat. Aut probatio per agẽtem dñm vel vasallum fit semiplena, & tũc cui sit sacramẽtum deferendum cõmittitur iudicantis arbitrio: qui quãdoq; actori, quandoq; reo, quãdoq; neutri deferet, & vt hic dicitur & in c. fi. de iureiur. nota. & intelligitur & limitatur. suprà de cõtrouer. inuest. in princ. & suprà si de inuest. inter dominũ & vas. lis oria. c. j. vbi non existẽtib⁹ probationibus res deciditur sacramẽto possidẽtis, quod est verum si possidenti iudex crediderit sacramentum esse deferendum. Adde quòd iuramentum non dicitur propriè probatio[c] sed quasi probatio. vt not. suprà de feu. cog. ca. sciendum. Item sciendum est ꝙ duplex est feudum, corporale, & incorporale: puta iurisdictionis & decimæ ecclesiarum: igi-
17 tur feudum est iurisdictio. † Circa ergo feudum iurisdictionis, quæro vtrum acquiratur quasi possessio per processum factum contra penitus contumacem, & dicẽdum est quòd non. dicit enim Inno. ꝙ ex hoc iudex non possidetur nisi labia sua. vt ipse not. extrà de restit. spol. c. cum olim. Oportet ergo ꝙ aliqua executio sit facta pura per capturam pignorum, vel descriptionem bonorum & huiusmodi. Et est ratio quia iurisdictio requirit extremum in quo aliquid rea-
18 liter agat, & non abusiuè. † Sed occurrit quædam dubitatio: nam ego dixi superius in capitulo primo. §. si verò vasallus. suprà quid sit inuest. dicitur quòd vasallus per duas vel tres acceptationes cõstituitur in quasi possessione, & si subtrahentur sibi probationes, defertur sibi iuramentum. Nam primò videtur quòd tanquã spoliatus probet, quia eoipso probat quòd spoliatus est, vt C. de prescriptione triginta an norũ. l. si quis emptionis. §. sed hic sup illis. sed ibi loquitur in vera spoliatione, hîc in ficta. argumento ff. de vsucap. lege sequitur. §. si viam. Item ibi erit cõtentio longissimæ possessionis: vt ibi per Innocen. in capitulo bonæ. de postulatione prælatorum. *Conscientia.* Quia de conscientia fit hic mentio, quæro si ecclesia est domina prælatus habet conscientiam contrariam conscientiæ conuentus, qualiter iurabit. Respon. secundum conscientiam conuentus iurabit in anima conuentus, quia ipsa non est maior pars capituli, imò nec habet mediam vocem, sed ad totum capitulũ conferatur. Exemplum magistratus qui interponit authoritatem in creatione sindici, vel magistri societatis, nemo enim dixerit magistratum societatis habere dimidiam in factis collegij, quia sufficeret sibi adhærentia vnius in facto collegij quod est falsum. Et est exemplum hic notabile. vt not. Io an. Monach. in cap. præsentium. de test. libro sexto. in gloss. d sua quæ incipit & ita *Abbas.* De conscientia d non ... i. prima. C. de bonorum possessio. secũdum tabu. Et adde quod not. de elect. cum in veteri. in nouella. vbi etiam episcopus debet iudicare secundum allegata & probata, non secũdum suam propriam conscientiam: vt in cap. venerabili. de censi. per Innocen. in nouella.

ADDITIONES.

a In quibusdam. Et scias quòd cõscientia animi motus transmitti non potest, & ideo hæres denuo tenetur iurare de malitia. arg. ff. de damno infect. l. qui bona. §. si quis stipulatus.

b Non suppletur. Sed istud est verum quando certus numerus est statutus ad solennizandum actum.

c Probatio. Sic dicas de concessione, vt not. voluit Io. And. in rubri. de proba. vide Bal. in rub. C. de proba. And. Barb.

d De conscientia. Et scias quòd tribus modis cadit conscientia in homine: vt not. in c. ij. extrà de offic. ordi. in nouella. Et an super conscientia possit referri quæstio? Dic quòd non, in his quæ modici sunt præiudicij. vt not. in §. assessorem. in c. statutum. de rescrip. in vj. Sed in his quæ sunt magni præiudicij bene potest querela proponi coram superiore, sed non appellari. Ita dicit gl. vnica. in cle. j. de iurepat.

1 ☞ *Dominus si vult præstare iuramentum calumniæ an possit, & ipse exigere à vasallo.*

2 *Clausula appellatione remota an extendatur ad causam reconuentionis.*

In quibusdam. Casus. Contentio est inter dominum & vasallũ de feudo, quæritur an vasallus poterit à domino exigere iuramentum calumniæ. Respon. quòd non, quia Imperator prohibet; sed nec dominus exigere potest à vasallo. Alioquin si exegerit, & ipse etiam cogetur iurare: quia quod quisque iu-
a ris &c. & hoc dicit.[a] † Quæro si dominus vult præstare iu-
1 ramentum calumniæ, vtrùm possit & ipse exigere à vasallo. Quidam dicunt quòd sic, quia vtitur iure communi. Item quia priuilegium sibi datũ non debet retorqueri cõtra eũ: vt ff. de mino. l. si iudex circunuento. In contrariũ videtur ꝙ istud priuilegium est consummatum, & ex eo perfectè ius quæsitum vasallo: ergo dominus id reuocare non potest: vt ff. quod quisque iur. l. iij. in prin. Item non debet conferri in potestate aduersarij mei: vt ff. de iurisdict. om. iudi. l. si idem cum eodem. §. quòd si mutuæ. Item quia licet beneficium habeam ex quadam consequẽtia, tamen possum eo vti principaliter propter se etiam aduersario meo nolente: vt ff. de

Source : BIU Cujas

contratab.l.ſi poſt mortem.§.fi.& per doct.C.de tempo. in
2 integ.reſti.l.petendæ. † Simile habemus de impetrante appellatione remota,b quæ clauſula non extè ditur ad cauſam reconuentionis:vt extrà de mut.peti.c.prudentiam. Nam licet impetrans renuntiet clauſulæ non tamen nocet aduerſario. Idem habemus in ſportulis.C.de fruc.& lit.expen.l.fi. Et hoc credo verius. Sed quomodo reſpondebis ad l.ſi iudex. Reſpondeo ibi loquitur in correlatiuis.arg.ff.de accu.l. fi. Vel verius ibi ſolus minor habet priuilegium,ſed aduerſarius venit de iure communi.vt C.de repu.quæ ſi.in iudi.l.j. & ideo priuilegiatus eſt potior. Denuo opp. nam litera iſta videtur falſa. Si enim tu cõſideras naturam illius tituli quod quiſq; iuris. duo requirit,ſcilicet quòd ad impetrationem, & quod ad ius cõmune ius iniquum ſit cõceſſum. Sed neutrum horum eſt hic. Nam nec conſtat hic q̃ dominus impetrauerit,nec eſt ius iniquum cũ dominus cenſeatur loco parentis vel patroni,cui remittitur iuſiurandum calumniæ:vt l.iuſiurandum.& ad pecunias.§.hoc iuſiurandum. Sed dicamus q̃ hoc ſit ſpeciale in iudicijs in quib⁹ debet ſeruari parilitas,ſi ſtatim ego opponam quia ſi patronus non iurat de
c calũnia,c tamen libertus iurat. Dic ergo q̃ ille titulus quod quiſque iuris, habet hic locum per extenſionem, non per inuentionem.& facit ff.de dam. infect.l.ſi quis mihi bona. §.ſi quis quia.

Similiter. Vaſallus non poteſt dominum accuſare vel contra eum teſtimoniũ ferre in cauſa ciuili vel criminali. Et ſi cõtrà fecerit amittit feudum.h.d. licet quidam aliter dixerunt.h.d. *Si contrafecerit*.ſcilicet ſponte,nam ille qui cogitur contrà facere,quia ius prætoris cenſetur eſſe ius diuinũ quod excuſatur:vt ff.de dam.infe.l.fluminum.§.ſi ſeruus.& ff.de publi.l.Cæſar.& ff.de regu.iur.l. non videtur.§.qui iuſſu. & ff.de infa.l.furtis.§.qui iuſſu.& quod not.in regula quod quis mandato.per Dy.& licet nõ adijcit tex.cauſa cognita ſe pœnale iudiciũ daturum,tñ hoc
d ſemper ſubintelligitur:vt ff.de in ius voc.l.quamuis.d

ADDITIONES.

a Hoc dicit. Vide Oldr.cõſi.xlvj.vbi conſuluit per iſtum tex.quòd Epiſcopus accuſans ſubditum,tenetur ſe inſcribere ad pœnam talionis. Vide ibi. Andre. Barba.

b Remota. Idem ſi cauſa reconuentionis eſt ſummaria : quia cauſa reconuentionis debet etiam eſſe ſummaria. Vide gl.quæ alleg. pro ſing. in c.ij.de mut.peti.& gl.in cle.ſæpè.de verb.ſig.And. Barb.

c Calumnia. Sed hic quæro an vbi non iurat de calumnia reus, poſsit in facto proprio allegare contraria in origine, vt falſum & inofficioſum,quia quando factum excludit factum illa ſunt contradictoria : & videtur quòd non, quia qui de inofficioſo excipit agere videtur.ff.de inoffic.teſta.l.Papinianus.§.ſi filius.ſed in mera exceptione videtur q̃ ſic,quia non calumniatur qui facit hoc iure permittente,niſi ſit cõtradictio iuris ſibijpſi in facto proprio:vt in c.nullus pluribus.de reg.iur. in vj.per Dy.& alibi de hoc notaui. Porrò iudex non fundat ſe in iuramento calumniæ,ſed in calumnia,quia etiam ſine vllo iuramento calumniante repellit etiam lite non conteſt. Et ſic nondum iurat de calũnia.vt not.Inno.in c.j.de offi.vica. Hinc eſt quòd ſi actor non vult edere actionem, vel reus non vult edere exceptionem, audientiam ſuam denegat.C.de tranſac.l.vbi.Extrà not.quòd. veritas & innocentia defendunt quem à calumnia.vt C.de iniur.l.ſi non conuitij.C.de his qui. vt indig.l.ſororem.Item not.quòd non ſolum lex prouidet cõtra præſentem calumniam,ſed contra futuram.C.de vſufru. pupil.l.pupillus. Extrà not.quòd petitio ſimulata non iuuat ſimulantem.ff.de trãſact. l.cum hi.§.ſi cum lis.& C.de leg.l.ſi in fraudem.

d L.quamuis. Et quando teſtimonium contra dominum dicit. Adde ſuprà quæ fuc.pri. cauſa benefic.amit.§.item ſi delator. ibi in gloſſ. & Spe.de teſt.§.j.verſi,nunquid vaſallus.

☞ *Poſſeſsio longa quæ dicatur & quæ uera.*

1 **Item ſi inter dominũ.** Caſus. Si cõtẽtio eſt de beneficio inter dñm & vaſallũ dño poſsidẽte,vaſallo autẽ in pbatione deficiente, ſi longa eſt poſſeſsio vaſalli ſibi defertur ſacrm.Sed ſi noua nõ defertur ſibi,ſed dño,niſi præſumptio
1 ſit pro vaſallo.h.d. *Longa*. † Not.q̃ longa poſſeſsio dicitur in eo qñ in ea ſtetit per annum,& eſt valde impropria locutio. C.de vſufr.trãſfor.l.j.in prin.vbi nõ ſolũ annus,ſed bienniũ vocaturus dantẽ guſtũ.i.breuiſsimũ,quo tẽpore miſeri dñi à iure ſuo nõ deberẽt excludi. Sed ſpeciale eſt in feudis propter ſeruitia quæ dñi recipiũt à vaſallis. *Noua poſſeſsio*. i. minus anno.Pet.de Cer. *Niſi aliud*.i.aliqua idonea præſumptio cum xij.ſacramentalibus.Pet.de Cer. Bal.&c.

De lege Corradi. Rubr.

1 ☞ *Priuilegium principis quò ad interpretationẽ eſt ſimile legi.*

Ex Corradi. Diuide in duas partes.Primò tenor legis Corradi.Secũdò quædã diſtinctio fm conſuetudinẽ Mediolañ.Secũda incipit in ver.ſed talis.Caſus.*Si* inter capitaneos Regis eſt quæſtio corã Rege debet diffiniri per legẽ Corradi.Si verò inter valuaſores corã parib⁹ curiæ.Sed Mediolani nõ ſeruatur dicta lex, & diſtinguitur.Aut cõtẽtio eſt inter duos quicũq; fuerint de beneficio Regali, tũc corã Rege deciditur. cæteræ verò cauſæ corã parib⁹ curtis.h.d.Quæro quæ diſtinctio ſit rõnabilior. Et videtur q̃ diſtinctio Corradi, qa omne ius quo vtimur primò ptinet ad perſonas:deinde ad res,vel actiones.Eſt ergo perſona tãquã dignior inſpiciẽda:vt l.quæritur.ff.de ſtatho.ſic inſti.de iur.na.§.fi.In cõtrariũ videtur inſpiciẽda cauſa potius quã pſona,maximè qa ius in cauſa poſitũ eſt:vt ff. ad le.Aql.l.ſi ex plagijs.§.in cliuo capitolino. Sol. diſtinctio Corradi rationabilior eſt,& tenẽda,quia eſt lex Imperialis. Nã pro pſonis in dignitate poſitis nonnulla priuilegia inuenit veteris iuris authoritas:vt C.vbi ſena. vel clar.l.quoties. C.de iniu.l.fi.C.de ꝓcur.l.pe.C.de dig l.quoties.lib.xij. cũ infinitis ſimilib⁹.Pro Mediolañ.cõſuetudine facit,qa ſolum modo de bñficijs principis ad eũ pertinet iudicare, & ipſe eſt qui pót & habet determinare de eorũ ſubſtãtia & qualitate,& quẽ modũ bñficij ſui eſſe malit:vt ff.de reg.iur.l.Ne-
1 ratius.& extra de iud.cũ veniſſet.† Nã bñficiũ principis ſimile eſt legi ab eo cõditæ:quã ipſe ſolus habet interpretari: vt C.de legi.ſi Imperialis maieſtas.In cauſis aũt ei nõ reſeruatis ita magnos iudex debet iudicare vt paruos abſq; perſonarũ differentia:vt C.de iudi.l.rem nouam.

1 ☞ *Guarentari ſine guarentigia quid ſit.*
2 *Dominus ſi erit iudex ſi quæſtio uertatur inter duos non de iure feudi ſed de poſſeſsione.*
3 *Compromitti an poſsit in aduerſarium.*
4 *Quid ſi compromittatur in offenſum.*
5 *Arbitratori data poteſtas quòd poſsit arbitrari altè & baſſè,quid talia uerba operantur.*
6 *Compromiſſum factum in arbitratorem quanto tempore durat.*
7 *Quid ſi compromittitur ſuper ſubſtantialibus.*
8 *Quid ſi in compromiſſo apponitur tempus hoc acto quòd ſit utile.*
9 *Quid ſi compromiſſum ſit prorogatum ſine replogatione alterius cõpromiſsi.*
10 *Arbitrator ſi ſtatuit quòd darẽtur x.bonus uir ordinat quòd dentur quinque ſi illa quinque non dentur an pœna committatur.*
11 *Partes ſi compromittant in iudices delegatos an uideantur renuntiare reſcripto.*
12 *Notarius infamis an poſsit conficere inſtrumentum.*
Quid de notario excommunicato.
13 *Notarius excommunicatus inſtrumentum conficiens de conſenſu partium an ualeat.*

Inter pares. Diuide in tres partes.Primò coram quo ſit dirimẽda cõtẽtio orta inter pares.Secũdo an dñs poſsit feudũ alienare, & quo caſu.Tertiò an vaſallus poſsit feudũ alienare vel alij dare,& quo caſu.Secũda incipit in §.ex eadẽ lege.Tertia in §.ſimiliter. Caſus.Si cõtẽtio eſt inter duos vaſallos quorũ vterq; dicit feudũ propriũ eſſe ſiue producãt eundẽ inueſtitorẽ,ſiue diuerſum,cã diffiniri debet corã iudice vel arbitro.Verumtamẽ ſi ambo producãt vnũ,& eũdẽ inueſtitorẽ ſi dño poſsidẽti ſine fraude variare voluerit ille obtinebit niſi aduerſari⁹ contrariũ probauerit.h.d.*Inter pares*.i. inter duos qui dicũt ſe pares:ſed tñ nõ cõſtat,aliàs dñi eſſet cognitio.vt j.de phi. feu. alie.p Fed.c.j.§.præterea ſi inter.Et dic vt ibi plenè no.Pet.
1 de Cer.*Corã iudice*.ſ.ordinario.Pe.† *Guarẽtare*.eſt vulgare Tuſcorũ qui appellãt inſtrumẽtũ guarẽtigiæ.i.firmitatis & præ

ciſum

eiſum cui eſt omnino ſtandũ. Hæc eſt intẽtio literæ ꝙ cæteris paribus qñ vterque allegat dñm dñs poteſt alteri affirma
2 re feudum. arg. ff. de leg. ij. l. ſi ſeruum. §. ſi inter duos. †Sed quæro quid ſi inter duos agatur non de iure rei, ſed de iure poſſeſsionis puta quis ad quem venerit poſsidentẽ: vt C. de app. l. j. licet vterque vaſallus ſit & hoc cõfiteatur. Reſpõdet Ebreduñ. in ſumma ſua ꝙ quæſtio violentiæ non tractabitur corã dño feudi: vt extrà de ſo. cõpe. c. ex parte. ſm Goff. & no. extra de iudi. c. cæterum. ſm Ber. & dixi ibi de prohi. feu. alie. per Fed. in §. prætereà. Dicit tñ Ebreduñ. ꝙ de conſuetudine in multis locis ſemper cognoſcit dñs in hoc caſu ſiue de poſſeſsione ſiue de proprietate quæratur. Ita ponit ipſe in ſumma in vltima charta. Ego aliàs dixi ꝙ ſi iſtud poſſeſſorium reſpicit adminiculũ petitorij ꝙ pertinet cognitio ad dñm. ar. C. de iudi. l. nulli. Si autẽ nullum præſtat adminiculum, ſed agitur ad aliã pœnã quàm priuationis feudi. & altera lege quàm lege feudorũ, talis cognitio nõ pertinet ad dñm ſed ad ordinariũ loci. Et eſt ratio, qa nõ pertinet ad naturam feudi: quia duæ tantũ cauſæ ſpectant ad naturã feudi, ſcilicet ipſius feudi cõſtitutio vel cõſeruatio. Itẽ eius priuatio quæ ſecũdum cõſtitutiones feudales deſcẽdit. De aliis enim pœnis non cognoſcit iudex feudi, ſed ordinarius loci: vt no. in d. c. cæterũ. per Inno. & ideo ſiue criminaliter ageretur, ſiue ciuiliter actione iniuriarũ ad vindictã ſiue actione leg. Aquiliæ, vel interdicto quod vi aut clam iudicis ordi
3 narij eſſet cognitio: vt in d. c. cæterũ. † Sed quia fit mẽtio hic de arbitris & ideo ſcias ꝙ do. Iaco. de Ardizo in ſumma ſua quæſiuit vtrũ quis poſsit cõpromittere in aduerſarium. Et dixit ꝙ non: vt l. pe. ff. de arbit. quia cõpromiſſum requirit duo extrema quæ non ſunt hic, quia non eſt niſi vnus cõpromittens: vt l. ij. ff. de ſtipu. ſer. Sed licet iſtud non teneat tanquam cõpromiſſum in arbitrũ nũquid tenebit tanquam quoddam pactum. argument. quòd ſic. ff. pro ſoc. l. ſi margaritam. ff. de præſcript. verb. l. inſulam. In contrarium quia ad obligandum ſi non valet quod ago, vt ago non valet vt valere poteſt: vt l. j. §. j. de conſtitu. pecun. De hoc dic, quòd aut tanquã in arbitrũ & non valet, aut tanquam in bonũ virum & ſi quidem cõpromittitur de re familiari valet. Idẽ dico ſi cõpromittitur de aliquo beneficio ſuper quo liceat paciſci: vt not. Inno. in c. ſanè. extra de renũ. Aut de vindicta & tunc aut ciuiliter & valet. Aut criminaliter & non valet: vt ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. de liberali. ar. cõtra. ff. de cõdi. ob cau. l. pe. & ff. de fur. l. interdũ. §. qui furem. Sed ibi nõ fuit cõpromiſſum, & fuit proceſſum de facto & nõ de iure: vt not. C. qñ ciui. actio. in rubr. Aut eſt dubium vtrũ tanquã in arbitrum vel arbitratorem & præſumo ꝙ tanquã in arbitratorem vt res magis valeat quàm pereat. Et quia non præſumitur ille velle litigare qui ſe ponit in manibus aduerſarij, & ideo nõ præſumitur eum eligere tãquã diſceptatorẽ, ſed tanquam amicum. ar. ff. man. l. creditor. §. j. Itẽ quia habet facti proprij notitiam: vt extra de reſcrip. ab excõmunicato. Itẽ facit quod no. Hoſt. extra de arbi. c. innotuit. & ibi
4 in nouel. † Quærit idem Iac. quando cõpromittitur in offenſum vtrũ offenſus poſsit mãdare offendenti ꝙ de ciuita-
a te exeat.[a] Et dicit ꝙ non, niſi in cõpromiſſo fuerit hoc actũ nec per hoc dicitur infringi libertas: vt leg. & no. in c. quintauallis. de iureiur. & in l. ſi. de præto. ſtip. per Bar. ſed quodammodo de iniuria ſatisfieri. ff. de iniur. l. ſi vnius. §. ſi autẽ. Caue tamen tibi quia iſtud præceptũ non habetur loco relegationis vel interdictionis publicę, ita quòd ſi non ſeruetur debet tanquam violator interdicti criminaliter puniri. Nõ enim hæc authoritas competere poteſt his qui non habent merum imperium. C. de ſen. & interlo. om. iudi. l. nulli. Hæc enim retuli quia iſta & plura alia prædictus dominus Iacobus de Ardizo poſuit in ſumma ſua huius operis in vlti. & penul. charta. vbi ipſum videre poteris ſi ſummam eius
5 habes. † Sed hic quæro ſi eſt data arbitratori poteſtas quod poſsit iudicare altè & baſsè prout ſibi placuerit quid operantur iſta verba. Sol. dicit Ioan. And. in cap. humilis. de ma
b io. & obed. quòd poteſt facere quicquid ſibi videbitur.[b] ſed pondera verbũ videbitur, quia ſi eſt in dolo, non facit quod ſibi videtur, ſed eius contrarium, quia cum appareat de mẽte ſua id quod eſt fiendum & facit oppoſitum, tunc dicitur eſſe in dolo. ff. manda. l. creditor. §. Lucius. Et not. quòd arbitrator ex certa ſcientia de alieno largitur, ideo non valet quia non eſt permiſſum donare de alieno: vt ff. quod vi aut clam. l. prohibetur. §. planè. imò eſt quãdoq; ſpecies furti de
c alieno largiri. [c] † Sec hîc immediatè quæritur quan-
6 to tempore duret compromiſsio quæ fit in arbitratorem. Reſpondeo per annum & ideo non valet præceptum factũ poſt annum à tempore compromiſsi. arg. C. com. de le. l. fin.
7 §. ſed & ſi quis. † Ita dicit Iac. prædictus. Sed Bar. dicit quòd ſi compromittitur in ipſum contrahentem ſuper reſoluendis ſubſtãtialibus cõtractibus debet declarare intra lx. dies: vt ff. de ædili. edict. l. quòd ſi nolit. §. ſi quid ita. Vbi dicitur quòd ſi res ſit vendita vt ſi diſplicuerit redhibeatur nec ſit diffinitum tempus ad redhibendum quod intra lx. dies po-
8 teſt redhiberi & non vltra. † Et eſt argument. quòd ſi in cõ promiſſo apponitur tempus hoc acto quòd ſint dies vtiles, quòd ſi non poteſt haberi copia partium non currit dilatio. dicas quòd in §. ſi quid illud. eſt de natura pœnitentiæ quæ fit in alterius præiudiciũ. ſed hoc eſt quòd intimatur aduerſario aliàs nihil operatur vt C. de ſatiſd. l. j. ff. de procurat. l. ſi procuratorem abſentem. Si autem ſuper aliquo extrinſeco compromittatur in quendam tertium tunc durat per annũ. Ita no. ipſe in lege ſi quis arbitratu. de verb. obli. Sed illa lex quòd ſi nolit, ſalua reuerentia ſua nihil facit quia ibi erat collatum arbitrium ſuper reſolutione contractus & non tanquam in bonum virum, ſed tanquam in voluntarium cuius arbitrium non poſsit reduci ad arbitrium boni viri. Item d. l. fin. C. communia de lega. hoc probat, quia ibi eſt caſus ſpecialis vbi præfigitur annus. quia ſperatur electio conuerti in aduerſariũ. Et ideo dico quòd debet ſtatui terminus à iudice: vt C. de iur. deli. l. ſi curatores. iuxta not. in ſimili. ff. de procu. l. omnium. Sed certè & ſine termino ſtatuendo à iudice. ſicut enim eſt, eſt commiſſa ei quidditas negotij tanquã bono viro & ipſa ſubſtantia totius litis ita & tẽpus & ideo debet laudare iuxta tẽpus æquũ arbitrio boni viri. & ſecundum quod videt expedire vtriq; parti. ar. ff. de ſol. cũ Stich⁹, & ff. ſi quis cau. l. j. Certè & illud qđ dicitur de anno, ſatis videtur æquũ: tamen nõ cõputabo annũ à die cõpromiſsi, ſed à die quo potuit cognoſcere præſentibus partibus, non ꝙ mora anni faciat euaneſcere compromiſſum: ſed eò quia tãto tempore eſt in mora, non eſt bonus vir. Vel dic quòd aut
d compromittitur [d] ſuper lite, aut ſuper negotio. Primo caſu arbitrator ſuccedit loco arbitri, & datur triennium. Secundo caſu vel aſsignabitur tẽpus arbitrio iudicis de quo apertius loquitur Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de arbit. in § . differt. Vel per lapſum anni inducetur tacita renuntiatio cõpromiſsi tam partium quàm ipſius arbitratoris. ar. ff. de arb. l. item ſi vnus. §. ſi multò poſt. Et eſt ſimile de anno. extra de
9 officio delegati. capitul. conquerenti. † Sed pone compromiſſum fuit factum ad menſem poſtea prorogatur ſine repilogatione alterius compromiſsi an ſit idem compromiſſum, quia duo termini reſpiciunt vnum & idem determinabile, id eſt vnum compromiſſum. Reſpondeo iuris fictione eſt vnum, ſed reuera ſunt duo, ſecundum Cyn. in l. ſi cùm dies. ff. arbi. in additionibus. Vide not. in capitulo hi qui. de præbend. libr. vj. & per Bart. in l. iiij. ff. de dam. infect. Tu dic, aut nouo animo & verum dicit Cyn. Aut à principio fuit data poteſtas prorogandi, & tunc etiam reuera eſt vnum & idem. l. Pompo. la ij. de neg. geſt. Sed ſi aliquid eſſet innouatum, vel iam elapſo termino eſſet facta prorogatio tunc eſſet omnino nouum factum ſeu compromiſſum: vt C. loca. l. ſi cum Hermes. ff. locat. l. cum impuberes. §. lege dicta. & ff. de præt. ſtipul. l. Valerianus. de verborũ obligatio. l. cum ſtipulatus ſim mihi à procura. ff. de preca. l. ſed ſi manẽte. cum ſi. Adde quòd omne tempus arbitrij intelligitur eſſe præciſum iudici, & arbitro. ff. locat. l. ſi in lege in prin. & extrà de officio delegati. capit. de cauſis. ff. de iuriſ. om. iud. l. eũ qui. Cõſidera ꝙ ideo in termino ſunt tria ſcilicet terminus à quo, terminus ad quẽ, & ipſum terminabile, puta compromiſſum. Si ergo prorogatur terminus ad quem aſsignatus à principio iſte admodum eſt voluntatis & non eſt terminus

Source : BIU Cujas

ad quem quia ab eo eſt receſſum ergo dies vltima prorogationis eſt terminus ad quē. Et quia vnus eſt terminus à quo, & vnus ad quem ergo vna & eadem dilatio quæ non poteſt eſſe niſi habeat vtrāque extremitatem. Et iſta eſt ſubtilis ratio & incognita vt dicta l. ſed ſi manēte. Sed pone datur arbitris poteſtas prorogandi: nunquid tunc eſt idem ſpatiū & idem numerus & nūquid prorogatio prorogationis ſit vnū & idem cum principali quod non puto propter diuerſitatē perſonarum vt alibi dixi. Alij dicunt eſſe idem. arg. ff. de hæ re. inſti. l. aſſe toto. ff. de ma. vin. l. pater. ff. de leg. ij. l. vnum ex familia. §. j. de reb. dub. vtrum. §. j. cum ſimi. Illud autē conſtat quod eſt circa idem. Et ſi ius cōpromittentium ex mora nō eſt factum deterius arbiter poterit prorogare multoties ſi hoc ei cōceſſum eſt, aliàs ſecus. arg. ff. de ver. obl. l. ſi ita qs. §. ea lege. & l. qui Romæ. §. Callimachus. in fi. Et ſi arbitri dicunt prorogamus tempus & non dicūt quantum tēpus, intelligitur de breui. vt no. ff. de min. l. Aemilius. per Accur. Et ſi petitur reſtitutio cōtra laudum quod eſt ipſo iure nullum: an per hoc videatur cōfirmari ipſum laudum. & tex. dixit ꝙ per hoc non videtur cōfirmari & tunc ſed tunc fruſtra agi: vt C. de tut. & cur. qui ſatiſ. non dede. l. in dubium. Sed ponamus ꝙ opinio Bar. de anno ſit vera in arbitratore & de triēnio in arbitrio. quid ergo ſi cōpromittatur tanquam in arbitrum & arbitratorē an erit vna meta an duæ. Et dic ꝙ duæ. arg. l. ſi domus. de ſer. vr. præd. imò videtur ꝙ cōpromiſſum in arbitramētum perpetuò duret, quia vbi cōtractus non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus niſi iudice mediante: vt l. de die. cum ſimi. ff. qui ſatiſ. cog. ff. de bo. autho. iud. poſſ. l. in venditione. §. de tēpore. & ff. depoſi. l. Lucius. Sed pone ꝙ ſtatuti ſint duo menſes in cōpromiſſo cum poteſtate prorogandi: modò arbitri intra terminum prorogant hoc modo videlicet vſque ad alios duos menſes inchoandos finitis primis duob⁹ an valeat iſta prorogatio cum eius effectus ſumat initium eo tēpore quo geri non poteſt nec eſt propriè prorogatio cum non incipiat ſecūda dilatio durāte prima. d. l. ſed ſi manente. Vide Bar. in l. iiij. de dā. infect. Et videtur ꝙ non ſit prorogatio, ſed nouum cōpromiſſum ꝙ arbitri in ſeipſos facere non poſſunt. ar. ff. de teſta. mili. l. quod dicitur. Bar. Sed ſi non curat niſi ad iudicem ire & arbitrium ſperne re tacitè ſoluitur cōpromiſſum & laudū poſtea latum ſperni poteſt impunè. l. item ſi vnus. §. ſi multum. ff. de arbi. circa
10 quod tu hic conſidera. Bal. †Sed quid ſi arbitrator præcepit quòd darentur decem, ſed poſtea bonus vir diminuit & ſtatuit ꝙ dentur quinq;, nūquid ſi illa quinq; non ſoluuntur cōpromiſſi pœna cōmittitur: vel nūquid ille qui petiſt quia plus petijt inciderit in pœnam cōpromiſſi. Super iſto ſecundo dicit idem Iaco. ꝙ non: quia iuſtam habuit cauſam litigādi, & ignorauit iſte quātum eſt quod debetur vnde non debuit ius ſuū indiſcuſſum metu pœnæ relinquere. vt ff. de peti. hære. l. illud. Itē quia non debet dici cōtraueniſſe antequā debitum fuerit declaratū ſic nec pēdente appellatione. ar. ff. de ſtatulib. l. ſtatuliberi. ratio eſt maximè ſi in iudicio offerat ſe ſoluturū quod declaratum fuerit interim non dicetur in mora. arg. C. de diſtr. pig. l. ſi reſiduum. ſm Iaco. prædictum. Et per hoc eſt determinatū an petens reductionē inciderit in pœnam cum demū poſt ſentētiam appareat qui habebat iuſtā cauſam litigādi pro parte, & pro parte non. Sed quantum ad alium paſſum vtrū ille qui ſoluit quinque in quibus remanſit arbitrium firmum incidat in pœnam cōpromiſſi. Et videtur ꝙ ſic ſaltem pro rata. vt ff. ſi quis cau. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. In cōtrarium videtur ꝙ agatur ex ſententia iudicis non ex cōpromiſſo & arbitramēto. iuxta not. ff. de pac. l. tale pactū. §. qui prouocauit. Itē pro hoc quia mutata perſona ſtipulatio pœnæ non cōmittitur: vt ff. iud. ſolu. cum apud Sēpronium. & ſic impunè à pœna cōuentionali ſentētiæ iudicis non parebitur. Nam promiſsio pœnæ non extendit ſe ad perſonā iudicis de qua nō fuit cogitatū. ff. de arbi. l. in cōpromiſſo. & iſta opinio placet Bart. Sed pone partes dederunt arbitro poteſtatē ſub hac forma de iure & ſtatuto ſecundum conſciētiam quid operātur iſta verba ſecundū cōſcientiam. Reſpond. intelligitur ſecūdum multam conſcientiam, aliàs poteſt per ſuperiorem corrigi. vt not. in clemen. j. de iurepatro. illa autem verba de iure & ſtatuto exponuntur, id eſt de ſtatuto ſi eſt rationabile. vt not. Bar. ff. re. amot. l. rerum. & not. ꝙ conſcientia debet conſonare rebus ſenſatis: vt C. de teſt. l. omnium. ſed quid ſi verba dicunt de concordia vel de iuſtitia. dic vt extrà de reſcri. c. cū cauſam. el ij.
11 †Quæro ſi partes cōpromiſerunt ſe in iudices delegatos, an videātur renūtiare reſcripto. Reſpon. non, imò ex vtraq; authoritate intelligitur procedere, & poteſt pro parte valere ſentētia ex vna authoritate, & pro alia parte ſeu capitulo valere ex altera authoritate, vt extrà de præbē. c. niſi eſſent.
e & non eſt alibi. eExtrà poſſet quæri, vtrū poſsit eligi in arbitrum procurator litis, & videtur ꝙ non, quia ſuſpectus eſt. In cōtrarium quia cōſenſus partium purgat ſuſpicionem, & hoc verū eſt. Nā ego video ꝙ de partium volūtate procurator poteſt eſſe teſtis ſicut mediator. Sed ſi nō procederet de partium volūtate tunc aut loquimur de procuratore litis & non poteſt eſſe teſtis propter repugnātiam officij: Aut in ꝓcuratore negotiorū, & tunc dicūt quidam quòd in illo negotio non poteſt teſtificari: ſed in alio ſic. & hoc no. Io. Mona. in c. vlt. de teſti. li. vj. in gl. ſua quę incipit: eſt ratio. Sed quod dicit de eodē negotio ſubdiſtinguitur per Bart. quia aut ad eum redundat præiudiciū vel cōmodum & repellitur propter affectionem commodi. Aut non & non repellitur: vt ff. de iure fiſ. l. deferre. §. idē decreuerūt. quem §. alleg. etiā Io.
12 Mona. †Extrà quæritur nunquid notarius infamis poſsit conficere inſtrumētum de cōpromiſsis & laudis, & videtur ꝙ non ſi cōpromiſſum eſt iudiciale: ſecus ſi extraiudiciale. per ea quæ no. Bar. ff. ad le. Iul. repe. l. eadē lege. & C. de hære. l. quoniam. Tu dic ꝙ ſi eſt infamis infamia iuris per ſentētiam irrogata non poteſt, ſed donec ſit cōdemnatus poteſt: vt ff. de infa. l. ij. §. miles. & in Spe. de inſtru. edi. §. inſtrumentum ergo. verſi. itē op. ꝙ tabellio. & per Inno. de accu. qualiter. Nec curo vtrū ex crimine falſo vel alio famoſo ſit dānatus. fIn hoc tamē eſt differētia: quia ſi ab alio officio in quo
f erat eſt remotus non tamē criminaliter condēnatus nō deponit officiū tabellionatus. Sed ſi quia falſitatem commiſit remotus eſt ab aliquo officio. puta cancellariæ nō valent amodo ſua inſtrumenta. leg. ſi aliquid. C. de ſuſcep. arc. lib. x.
13 De notario autem excōmunicato conficiente inſtrumētū de partium conſenſu an valeat. Dic vt no. de ſent. exc. c. decernimus. lib. vj. in glo. & de exce. ca. pia in nouella. Si eſſet notarius authoritate eccleſiæ non poſſet conficere inſtrumenta. Et not. quod licet teſtimonium ſit publicum officiū tamen teſtis eſt priuata perſona. tabellio ſimiliter in teſtificando, ſed in conficiendo inſtrumenta eſt publica perſona. C. qui teſt. fac. poſ. leg. fin. & de elec. nihil per Inno. Sunt etiā quidam teſtes qui vocantur ſynodales ad ſimilitudinem Venetorum, & ſunt infames quando creantur non repellitur eorum delatio. Sed ſi poſtea fiunt infames. ſic extra de te. co. ca. præterea. Et eſt arg. quod idem in tabellione dici debeat.

ADDITIONES.

a Exeat. Vide quod not. Bart. in l. j. ff. de iniu. & not. in ca. quintaual. de iureiu. & cap. veniens. And. Barb.

b Si tibi videbitur. De natura iſtorum verborum, ſi tibi videbitur, ſi exiſtimaueris, ſi arbitratus fueris, ſi tibi placuerit, & ſimilium eſt quòd important arbitrium boni viri & nō voluntatem propriam. probatur in l. fideicommiſſa. §. quanquam. ff. de legatis tertio. & in lege Thais. §.
c ſororem. ff. defideicommiſ. li. vbi tex. de verbo placet. & tex. cū gloſſ. in c. ij. de cor. vi. & gl. in c. Abbate. de verb. ſig. & per Bar. in extraua. ad repri. & in l. alio. de ali. & cib. le. Et hoc dixit gl. in c. vt debitus. de ap. quòd iudex poteſt iudicare ſecundum quod ſibi videtur vide etiam gl. in c. iudicet. iij. quæſt. vij. & vide Inn. in c. cum ſpeciali. de ap. quæ dicit quemliber iudicem poſſe ita interpretari de cauſis vertentibus coram eo.

c Largiri. Niſi hoc ſit modici præiudicij: vt l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbi. vel facit pro bono pacis: vt extra de præb. c. niſi eſſent. & d. l. creditor. §. j. ff. mā. ſed hic quæro quando dicatur factū pro bono pacis. Reſpōdeo, quādo res eſt dubia. vt no. Ber. extra de elec. in c. cū inter R. vbi omnino vide.

d Cōpromittitur. Et hoc cōprobatur argumento eorū quæ no. C. de his qui. vt indi. l. j. per Acc. & hæc vera: vt no. in Spec. de arbi. §. differre. ad fi. Pone enim quòd debeo recipere decem à Petro quod cōpromitto nōne ex mora minuitur actio mea. certè ſic. inſtit. de actio. §. idem iuris. & hac ratione videretur quòd liquidata cauſa deberet ſaltē intra quatuor

Source : BIU Cujas

tuor menſes iudicari. & iſta eſt noua conſideratio, tamen non vrget qa non ſequitur debuit facere antè : ergo non valet factum poſteà. Et adde ꝙ ab extra no. ſuprà de contro. per par. termi. Iſta ergo eſt noua ratio : qa nimis ꝓgrando minuit ſubſtantiã debiti q̃ ratio habet locum ſi debitũ erat liquidũ, aliàs nõ. Et eſt ſimile de anno. extrà de off. deleg. cap. quærenti.

e Alibi. Extrà quæro, vtrum per hæc verba viderit expedire, detur arbitriũ. Reſpon. ſic vt in c. ij. de in. calum. in vj. in nouel. Et ſi cauſa eſt compromiſſa de iure & de bona conſuetudine valet ſententia lata ſecundũ ius cõmune contra conſuetudinẽ : ſed poteſt appellari vt extra de do. & contu. c. cum veniſſet. Item per dicta verba poſſunt partes componere, quãquã agatur de crimine. C. de his qui. vt indig. l. polla. & in c. quãuis. extrà de offi. ord. in nouel. Sed ſi cõpromiſſum eſt factum cum iura mẽto de periurio poteſt etiam cognoſcere iudex ſecularis vt in l. licet. de iureiur in vj. in nouella. Sed illud conſtat arbitrũ territoriũ non habere ; vt in d. c. j. de fo. cõpe. in vj. in nouella. Si vnus ex tribus arbitris cõparuit & audita duorũ opinione receſsit valet laudum iſtorũ duorũ : vt in ca. vlti. de arbi. in vj. in nouel. quia recedens videtur verus cõtumax ſecundũ Io. An. qui receſsit ex abrupto. ſecus ſi de licentia ſociorũ. Sed pone, arbiter dixit ꝙ per A. & B. teſtes ꝓbatũ eſt. ideo te cõdemno qui teſtis nihil ꝓbat. an pſumatur ꝓ ſententia arbitri ſicut pſumitur ꝓ ſententia iudicis etiã ita ꝓnunciantis : vt no. Inno. c. quoniã contra falſam. extra de ꝓba. Reſpõdeo nõ, & miror de Inn. qa ꝓ eo qui mentitur ꝓ fundamentis ꝓbationũ non eſt præſumendum. ar. ff. ad Treb. l. ſeruo inuito. §. cum Prætor.

f Damnatus. No. de notario infame. vide eundem in c. de fi. inſtru. & in l. j. C. de ſum. tri. in x. col. l. iubemus. §. ſanè. de ſac. ſan. ecc. l. ſi quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. l. ij. §. miles. ff. de his qui no. infa. dixi in c. fraternitatis. de fri. & ma. But. in l. eadem. ff. ad l. Iul. repetunda. And. Barb.

1 ☞ *Dominus non poteſt alienare feudum inuito uaſallo.*
2 *Ruſticus poteſt emere dignitates & iuriſdictiones.*
3 *Licitum quod eſt inſolidum an ſit licitum pro parte.*
4 *Res quæ tranſeant cum uniuerſitate.*

Ex eadem lege. Diuide in duas partes. Primò recitatur cõmunis & generalis conſuetudo. Secundò conſuetudo ſpecialis Medio. Secũda incipit in ver. qui Medio. Caſus. Datur regula ſecundum generalem conſuetudinem quę talis eſt. Dominus ſine voluntate vaſalli feudum alienare non poteſt : ſed hæc regula non ſeruatur Mediolani ſed diſtinguitur. Aut dominus alienat feudum totum ſine curia maiori, aut æquali : & põt. Aut inferiori & non licet ſine vaſalli voluntate. Aut alienat partem feudi, & non poteſt ſine voluntate. Aut alienat feudum totum cum curia etiam inferiori. & tunc licet etiã ſine
1 voluntate vaſalli aliter alij dixerunt. hoc dicit. † *Non poteſt.* No. ſecundum hoc ꝙ dñs non poteſt alienare vaſallo inuito : quod verum eſt per viam delegationis. C. de noua. l. j. & ibi per Cy. ſed per modum ceſsionis poteſt. ſi alienat cum curia, quia cum vniuerſitate licet quod aliàs non liceret : vt ff. de acqui. re. do. l. quædam. & infrà de vaſal. qui cur. ven. c. j. Alij dixerunt ꝙ etiam ſine curia licitũ eſt dummodo totam proprietatem dñs alienet : nimirum videtur licere domino de ſua proprietate diſponere cum proprietas affecta non ſit : ſicut etiam licet alienare cum prædio aſcriptitios & cenſitos etiam inuitos : vt lege quemadmodum. C. de agr. & cen ſi. lib. xj. quanquam ipſi ingenui ſint : vt no. inſti. de iure perſon. Et quod dicunt licitum eſſe, intelligunt quando dominus alienat maiori vel pari : ſecus enim minori quia vaſalli non debet deſcendere : quod eſſet ſi fortè dñs alienaret proprietates ſuas cuidam ruſtico. Sed ſi proprietas eſt quid vniuerſale puta plebs, caſtrum vel villa etiam ruſtico poteſt alie
2 nari. † Et eſt notandum ꝙ ruſticus poteſt emere dignitates & iuriſdictiones quæ ſunt proprũ patrimonium venditoris. tene menti. Sed de iure communi iuriſdictiones nõ poſſunt vendi : quia publici iuris ſunt & æſtimationem non recipiunt, & maximè merũ imperium quod exercetur in perſonas quarum nulla eſt æſtimatio : vt ff. Aquil. l. liber homo. Sed per conſuetudinem vſurpatũ : & quotidie videmus caſtra, & villas emi & vendi cum mero & mixto imperio : & omnimoda iuriſdictione quæ conſuetudo vincit legem : vt ſuprà de feud. cog. c. Obert⁹. & adde ꝙ no. ff. de fideicõ. lib. l.
3 in iure. & alibi de hoc dixi. † Et no. ꝙ hic tãgit gl. duo brocarda. Primũ eſt ꝙ licitũ eſt inſolidũ : ꝙ pro parte nõ licet ꝙ eſt verũ qñ non eſt eadem ratio partis quo ad partẽ q̃ eſt totius
4 quo ad totum. † Item verum eſt iſtud in indiuiduis. Aliud brocardum eſt ꝙ quædam tranſeunt cũ vniuerſitate q̃ per ſe non tranſeunt. hoc verum in his de quibus vniuerſaliter prædicatur & ab ea dependet. Sed quomodo cognoſcam q̃ ſint iſta. Reſp. illa quæ p ſe non ſunt in commercio noſtro. vt ſacra, religioſa, liber homo, aſcriptitij, & cenſiti, & huiuſmodi de quibus in lege eſt expreſſum quòd per ſe non alienantur. vnde contra vim & authoritatem legum commerciũ nullum eſt. ff. de lega. j. l. ſi quis inquilinos. §. finali. Itẽ quæcunq; per ſe poſſideri non poſſunt : vt patet in ſuperioribus exemplis. *Maior.* Nota mirabilem caſum in quo alienatio poteſt fieri potentiori & non inferiori. *Nec licet partem.* ſcilicet vt per hoc emptor ius aliquod conſequatur in vaſallo. Et eſt ratio : quia non cogitur habere duos dominos ſed ſufficit primus cuius remanet vaſallus inſolidum. Text. eſt hic multum nota. dominium tamen prædiorum bene credo quòd ſit translatum in emptorem, ſed non trahit ad ſe fidelitatem. *In pluribus locis.* Nota quòd licet plura ſint loca vnũ tamen eſt feudum ſicut vna inueſtitura. vt hic. & ff. de verb. obliga. l. ſcire debemus. Item vnitas dicitur reſpectu actus di
§ ſponentis, licet plures ſint res de quibus diſponitur. † Nam ſi legantur mihi alimenta vnum eſt legatum pro toto tempore & vna reſcriptio inchoata à principio. ſecus ſi forma legandi fuiſſet hoc modo : lego alimenta ſingulis annis : quia non curreret vna præſcriptio pro omnibus annis : vt C. de præſcript. xxx. anno. cum notiſsimi. §. in his. de preſcript. lõg. tempo. l. fin. nam vſus qui conſiſtit in neceſsitatibus alimentorũ, tamen recipit vnam & eandem præſcriptionẽ pro toto tempore, ſecus ſi exprimeretur, lego tibi vſum ſingulis annis : quia tunc non eſt vnum legatum. quod not. Extrà quæro quid ſi vnam medietatem vendit dominus vni, & alteram medietatẽ vendit alteri à quo recognoſceret ſe vaſallũ. Vel die quid ſi vaſallus medietatem emit ab vno & medietatem ab alio à quo recognoſcet ſe vaſallum. Et videtur quòd à neutro niſi inter ſe cõueniant à quo vaſallus debeat ſe recognoſcere : quia regula eſt quòd pro vno feudo nõ tenetur recognoſcere plures dominos. Concordent ſi volunt aliàs ſibi imputent. arg. ff. de vſufruct. l. quoties.

1 ☞ *Vaſallus ſi alienauerit infeudando eo modo quo ipſe habet ſi poſtea remittat ſeruitia an priuetur feudo.*
2 *Eccleſia ſi habet conſuetudinem infeudandi proſe & ſucceſſoribus maſculis an prælatus etiam poſſit dare fœminis.*
3 *Actio directa quando præferatur utili & econtra.*

Similiter. Caſus. regula & exceptio & regula & exceptionis declaratio. Regula eſt ꝙ regulariter non poteſt vaſallus feudum ſine domini voluntate alienare. Exceptio eſt niſi det alij in feudum. Exceptionis declaratio eſt ſi dat æquali perſonæ ſibi : vt ſi miles eſt det ſimiliter militi, & cuilibet vaſallo licet alij dare in feudum vſque in infinitum. in quibuſdam tamen curijs obſeruatur quòd ſi perueniat ad quartam perſonam feudum amittitur & reuertitur ad dominum. Profectò quidem qui alij dat in feudum ſuum feudum dare debet ea lege quà ipſe habet. Et ſi alteri alicui dederit alia lege feudum amittit. Alij aliter dixerunt. hoc dicit. Super verb. perfecto. habeo talem apoſtillam in li
1 bro meo. † Quid ergo ſi vaſallus liberè feudum in alium transferat infeudando ea lege & conditione quam ipſe habet poſtea verò tractatu temporis fidelitatem, & alia ſeruitia verè remittat. Reſpondeo valet nec per hoc amittit feudum argumen. ff. de iure dot. l. quia pactum. ſui conceptione æquum non debet vitiari ex poſtfacto : vt lege ſi ſocius pro
2 filia. ff. pro ſo. † *Seruire.* argumen. eſt hic quòd vaſallus vaſalli cogi debet domino dñi ſeruire : vt infrà de pace iura. fir. §. fin. Sed hoc eſt falſum. vt hic dicitur in gloſſ. arg. ff. vſufruct. quemadmod. caueatur lege vſufructus mihi legatus. De hoc die vt no. ſuprà de contro. inue. §. fi. & d. §. fin. de pac. iur. fir.
3 Ia. *Sui maſculi.* † arg. eſt hic & videtur quaſi caſus ꝙ ſi conſuetudo eſt eccleſiæ dare in feudum res eccleſiæ accipienti pro ſe, & ſucceſſoribus maſculis tantum ꝙ prælatus non poſsit dare in feudum accipienti pro ſe & ſucceſſoribus maſculis & fœminis. De hoc die vt nota. ſuprà de his qui feud. da. poſſunt. capitulo primo in princ. Iac. Bel. quia conceſsio in qui-

Source : BIU Cujas

buſdam inducit tacitam prohibitionem in reliquis: vt C.de procur.l.maritus.& C.de pac.conuen.l.fi.& iſtud operatur natura termini reſtrictiui: vt in ca.exiui.de verbo.ſig. in clemen. Quærit glo.pono quòd tertia perſona alienauit in quartam vel quarta alienauit in quintam quis agit contra poſſeſſorem vtrum proprietarius an feudatarius. Vel pone ſic conceſſæ ſunt duæ infeudationes per pactum. ſecundus cui facta eſt infeudatio alienat quæro quis vẽdicabit vtrum proprietarius an feudatarius primus. Et videtur quòd feudatarius, quia vtilis præfertur directæ: vt ff.de procu.l.procuratore in rem ſuam dato. Contrarium eſt verum, quia primus feudatarius qui ſecundo infeudauit vtile dominiũ trãſtulit: vt ff.ad Trebel.ex aſſe,& ſic non habet ius vendicãdi. Alius autẽ qui illicitè alienauit ipſo facto cecidit à iure ſuo: vt ſuprà quæ fue.pri.cau.bene.amit.c.j.§.fi. Et nota rationem quia dominum, id eſt proprietarium contempſit: ergo ad eum redit: vt d.cap.j.§.fin. Nec occurrit hic ille articulus quæ actio præferatur vtrum vtilis vel directa: quia illud tũc loquitur quando vni competit vtilis: alij directa. Sed hic vtilis nulli competit. vnde ſequitur quòd directa habet vim di
4 rectæ & vtilis: vt ff.ad Trebel.l.ſi hæres. † Super articulo autem vtilis & directæ dic quòd aut ſunt compatibiles & exequibiles ambæ, puta proprietarius agit ratione poſſeſſionis ciuilis per alium detentæ. feudatarius agit ratione naturalis occupatæ, tunc quilibet auditur in ſuo iure exẽplo proprietarij & vſufructuarij. arg.ff.de vſufruc.l.cuiuſcunque.§. ſi fundus. Aut non ſunt compatibiles nec exequibiles,& tũc aut vtraque eſt intẽtata & præfertur vtilis: vt C. de præſcri. triginta anno.l.ſi quis emptionis. Item ſi ſit intentata vtilis tantum: vt ff.de rei vend.l.ſi culpa. Sed ſi directa tantum tertius tũc poſſeſſor non poteſt excipere de iure non ſuo ſicut nec agere: vt nota.ff.de condi.indeb.l.indebiti.§.fi.& quod ibi Bar.in l.ij ff.de excep.rei iudi.

3 **Si fuerit.** *Si contentio eſt inter dominum & vaſſallum de beneficio, aut vaſallus feudum inficiatur:& dominus contra eum probat,& tũc amittit feudum. Aut dubitantet reſpondet & non amittit feudum: ſed ſecundum alios ſi fraudulenter negauit perdit & non aliter. hoc dicit. Neſcio.* Nota quòd qui dicit neſcio dubitanter reſpondet dicit Ioa. Mona. quòd iſta non eſt bona reſponſio. & ideo debet dari terminus ad deliberandũ, & ſi malitioſè ſic reſpondet poſitioni habetur pro confeſſato, quia edere non videtur qui malitioſè edit. Et per verbum neſcio, nulla ſoluitur quæſtio. vide Ioan.Monach.in c.præſentium. de teſtibus.libro ſexto. ſuper ver.credit.adde quod not.in l.de ſtatu.ff.de teſtamen.&c.

ADDITIO

3 Si fuerit. Vide Bart.in authen.qui rem.C.de ſac.ſanct.ecc.ad fi. alle. iſtum text.& malè.vide Io.de Imo.in c.ij.de fer.& ibi dixi. And. Barb.

De clerico qui inueſtituram facit. Rubr.

1 *Archiepiſcopus Mediolanenſis quam rem non poteſt dare in feudum.*
2 *Adde ad idem.*
3 *Res reuerſa an & quando præſumatur eſſe de menſa prælati.*
4 *Epiſcopus unus an ſit maior altero.*



Clerico. Diuide capitulum in quatuor partes. Primò de inueſtitura facta à clerico de rebus proprijs. Secundò de inueſtitura facta à clerico de rebus eccleſiæ quas tenet inueſtitor. Tertiò de inueſtitura facta à clerico de reb' eccleſiæ quas tenet aliàs in feudum. Quartò de inueſtitura facta ab archiepiſcopo & epiſcopo & alijs clericis de rebus eccleſiæ quæ à nemine detinetur. Secunda pars incipit in §. quicunq;. Tertia in §.vbi verò. Quarta in §.& ideo. Caſus. Si clericus fecit inueſtiturã de ſuis proprijs bonis eius ſucceſſor cogitur eam ratam habere. Si verò de rebus eccleſiæ ſi quidem poſſeſsio rei per beneficium inueſtituræ eſt apud eum qui inueſtire debet inueſtitor & eius ſucceſſor cogitur eam adimplere. hęc omnia obtinent etiam in laico inueſtitore. Si autẽ clericus de beneficio ſui militis alium inueſtiuit aut purè & non valet aut in diem vel ſub conditione, tunc valet etiam ſine voluntate vaſalli tamen ſi prius deceſſerit inueſtitor quàm feudũ retinens ſucceſſor eius non cogitur ratã habere, ſed ſi ſe viuente feudum ſibi aperiatur ipſe cogitur adimplere. Inſuper ſciendum eſt ꝙ ſi archiepiſcopus Mediola. qui tempore ſui introitus inuenit in dñico poſſeſsionẽ menſæ ſuæ etiam breui non poteſt dare in feudum: ſed ſi feudũ poſtea aperiatur bene poteſt poſtea in feudum dare. Epiſcopi aũt & alij clerici qui in dñico inuenerunt feuda poſtea aperta & olim & hodie in feudum dare poſſunt. h.d. No. bonam diſtinctionem ꝙ aut tractatur de rebus clericorũ, aut de rebus laicorũ, aut de rebus eccleſiarũ. Primis duobus caſibus hæres inueſtitoris tenetur inueſtituram implere. Ter-
1 tio caſu diſtinguitur vt hic: & ſuprà, qui ſuc.te.c.j. † Nota ꝙ ꝙ archiepiſcop' Mediol. id quod inuenit in dñico tempore ſui introitus puta caſtrum reuerſum ad archiepiſcopatum ꝙ ſuus prædeceſſor cui erat apertum nõ infeudauerat infeudare nõ põt, & eſt ſpeciale priuilegiũ ſanctæ Medio.eccl.ar. de ſac.ſan.eccl.l.iubemus. Sed cæteri alij epiſcopi & prẹlati poſſunt idem ꝙ potuit prædeceſſor licet inuenerint poſſeſſum in dñico quia ratione breuis poſſeſsionis rei qualitas non eſt
2 mutata. † Adde tamen ꝙ ſi ita inueniret in dñico, ꝙ eſſet factum de menſa p ſtatutũ prælati vel capituli vel p antiquam poſſeſsionem ꝙ ſucceſſor nõ poteſt reinfeudare ſine licentia ſummi pontificis cum oẽs epiſcopi & prælati exempti iurẽt nõ alienare Romano Pontifice inconſulto. ꝙ dic vt in c.vt ſuper.de re.ec.non alie.in nouel. & adde ꝙ dixi ſuprà qui feu. da.poſ.cap.j.in princ.& in authen. hoc ius porrectum. C.de ſac.ſan.ec.in ver.quid in abbatibus exemptis.& ꝙ no. Bart. in l.ſi vacantia.C.de bo.va.li.x. Et no. ꝙ in li.dñi Simonis,& Ia.de Are. hic eſt quoddam ca. ꝙ cõmuniter nõ habetur quo ſic cauetur archiepiſcopus Medio. non tantũ feudũ ꝙ aperitur ei ſed ꝙ tẽpore introitus ſui in dñico loco reperit infeudare poteſt ſecundum modernorũ rectum & rationabilem
3 vſum,& ꝙ in feudũ dederit ſtabile pmanet. † Vlt.no. ꝙ eo ipſo ꝙ eccleſia reperitur *in poſſeſsione feudi*: ideò pſumitur incorporatũ eſſe *niſi hoc ꝓbetur*. Et tene menti & vide qd no.Bar.in l.vl.C.de bo.vac.li.x.& ꝙ no.Io.An.in c.j.de reſc. in clc.& inqt gl.no.in clc.frequẽs.de reſt.ſpo. ꝙ illa bona in qbus prælatus habet directum dñm & alius vtile vt ſunt bona feudalia & ſimilia non cenſentur eſſe de menſa prælati. ꝙ
4 no.per Archi.in c.ij.de re.ecc.non alie.in vj. † Extrà quæro nunquid vnus epiſcopus ſit maior altero. Reſpondeo ſic, ſecundum eccleſiæ ſuæ dignitatẽ. vnde nõ oẽs epiſcopi ſunt pares: vt no.in c.ſi fortè.in fi.de elec.in vj.per Io.Mo. Quęro nunqd deficiente prælato regulari diœceſanus poſsit ſupplere eius vices. Reſpondeo. dic vt no.in c.ij. de ſen. exc. in nouel. Quæro qd in dubio ſi nõ conſtat cuius ſint res infeudatæ vtrũ pſumantur clerici vel eccleſiæ. Dic vt diffuſè no. per Inn.extra de teſt.c.cùm in officijs. Sed Hoſt. ibi breuiter ſe expedit dicens ꝙ ſi non apparet cuius res ſint, pſumun-
a tur eccleſiæ. a Ad hoc ſuprà de feud.Mar.c.j. Nam ſimile videmus in fiſco: vt no.in l.facultas.de iure fiſ.li.x.licet multi damnent illam gl.& de conſuetudine non ſeruatur ita in diſtinctè vt loquitur. Et Adde ꝙ no.in c.vlt.de ꝓcu.in cle.&c.

ADDITIO.

a Præſumuntur eccleſiæ. Niſi factum ſit inuentarium legitimè de rebus eccleſiæ. nam tunc ſtamus inuentario. item ſi eccleſia habet æſtimũ ſtamus æſtimo. ff.de proba.l.cum delego.

An mutus vel imperfect. feu. retineat. Ru.

1 Iſta dictio imperfectus ſignificat totalitatem imperfectionis ſicut mutus totalitatem mutitatis: & ſurdus totalitatem ſurditatis: quia non eſt totaliter imperfectus ille qui compa ratione perfectionis eſt imperfectus ſed qui nihil poteſt vel

ita

Source : BIU Cujas

ita parum quod est prope nihil: quia ista duo sunt paria ni-
a hil & minimum, sicut nihil & vilissimum. a Et no. in isto c.
quòd si mutuus vel aliter imperfectus habet filium, quòd
b non aufertur b ei feudum. C. qui admit. in bono. possess. l. j.
per Cynum.

ADDITIONES.

a Vilissimum. Idem quando est talis imperfectio quòd homo non habet naturalem requisitionem ipsius rei causalis vel causatæ à natura sicut nauis non dicitur nauis quæ non est apta ad nauigandum vel ad nauigationem vnde etiam oculus non dicitur oculus nisi equiuocè si non videt. secundum Auerro. ff. de verbo. signi. l. ædificia. §. fin.

b Non aufertur. Et not. quòd priuilegia præsertim libertatis non minuuntur morbo laborantibus. C. de prin. ag. in rebus. l. ex agentibus. ibi per Bartolum. Sed aliud est morbo laborare: aliud à perpetuo vsu rei cadere & inhabilem fieri quod naturale est à nullo subiecto abesse præsumitur C. de co. l. nec codicillos. & ideo nemo præsumitur imperfectus natura sui generis & sic quod naturale esse debet singulis generũ inesse præsumitur & sic not. quòd natura nunquam præsumitur esse separata à suo naturato.

1 ☞ *Hæc dictio imperfectus quid significet.*
2 *Priuilegia libertatis non minuuntur morbo laborantis.*
3 *Adde ad idem.*
4 *Rationes duæ iungunt unam.*
5 *Filius iuuente patre an possit dici feudatarius.*

MVtus. Casus. Miles feudum habens decessit filio superstite qui est mutus vel aliter imperfectus: quæritur an sibi succedat in feudum. Et videtur ꝙ sic secundum Obertum & Gerar. & plures alios Sed alij contradixerunt quia feudo ser-
1 uire non potest sicut nec cleric⁹ vel fœmina. † Super materia ista Ia. de Are. sic ait. Mutus verò vel aliter imperfectus succedit & hoc vtilitate suadente receptum est ne langor animi damnum in bonis afferat ar. ff. de vsuc. l. iusto. §. eum qui. Vel dic ꝙ non succedit sed ad sustentationem suijpsius ipsum retinet si aliunde non habet: vt suprà epi. vel abb. §. mutus. & ar. ff. de ven. in poss. mit. §. extraneo. & in authen. de ince. nu. §. j. col. iij. Et talis excusatur si dño non seruiat. ar. ff. ad Sill. l. si quis in graui. §. subuenitur. & §. ignoscitur. Ita dicit ipse in summa sua ti. de succ. feu. sub rubricella mutus. Sed do. Iac.
1 ctus eiuſdem anni. h. d. *Adiutorium.* † No. quòd adiutorium & quale debeant facere vaſalli dominis ſuis & ad aliud charitatiuum ſubſidium non tenentur eis: puta quãdo maritat filiam vel ducit vxorem niſi ſuper hoc eſſet ſpecialis cõſuetudo: nam quod de vno dicitur de alijs prohibetur. ar. l. vlt. C. de pac. conuen. Item no. pro varietate locorũ aliquid variari: quia lex ſic diſponit expreſſè. Item ſume hic arg. quòd Lombardi plus abundant in pecunia quàm Theutonici. So-
2 *lumme do eius anni.* † arg. quòd non poſsit imponi collecta ratione fructuum niſi dũtaxat reſpectu fructuum illius anni. ff. de vſufru. l. pendentes. §. ſi quid cloacarij. Oppo. de l. Imperialem. §. finitur. infrà de prohibit. feud. alien. per Federi. Sol. vt in gloſſ.

1 ☞ *Delictum prælati an & quando noceat eccleſiæ.*
2 *Quid ſi eccleſia nõ habet in feudũ regalia, ſed alia à minori domino.*
3 *An autem eccleſia amittat proprietatem ſicut feudum amittit.*

Et iterum Caſus. Eccleſia feudum habet à Rege: prælatus eccleſiæ culpam commiſit contra dominum per quam debet amittere feudum: quę ritur an eccleſia perdat feudũ. Reſpondetur quòd ſic eo præ lato viuente, ſed poſt eius mortem reuertitur ad ſucceſſorẽ.
1 h. d. † Iſtud eſt mirabile ca. nam regulariter nos dicimus ꝙ aut delictum prælati eſt in faciendo & non præiudicat eccleſiæ: Aut in omittendo & tunc præiudicat: ſicut videmus in quolibet alio adminiſtratore: vt no. C. de vſur. l. aduerſus. Hic autem indiſtinctè dicit quòd eccleſia patitur damnum propter delictũ prælati. Solu. hic eſt tradita à iure certa forma circa pœnæ impoſitionem: vnde iuris regulæ hic ſilent: vt in c. delictum perſonæ. de reg. iur. lib. vj. Et ratio ſpecialitatis poteſt eſſe regis priuilegium publicę vtilitatis fauore & propter naturã feudi. Nam rigore iuris propter naturã feudi eccleſia deberet priuari feudo ſimpliciter. Sed fauore eccleſiæ eſt introductum ꝙ recuperet mortuo prælato qui cõ
2 miſit feloniam. † Quærit gl. quid ſi eccleſia nõ habet in feudum regalia, ſed alia à minori dño, nunquid erit idem quod hic ſtatuitur. Et dicit ꝙ ſic. Itẽ, quid in alio prælato qui non eſt epͤs vel abbas. Reſpondeo idem: quia ipſis officijs argui-
3 tur de ſimili ad ſimile. ff. de neg. geſt. l. ex facto. † Sed nũquid eccleſia amittit proprietatẽ propter delictum prælati in vita prælati quando eſt proprietaria ſicut amittit feudum qñ
a eſt feudataria videtur ꝙ non, a quia non eſt par ratio amittere propter ætatem, & amittere feudum: nec hoc eſt iure cautum: ergo ſtamus regulæ dicti c. delictũ perſonæ. Et hęc eſt veritas: vt extrà de excep. cum venerabilis. Nam cũ hic caſus non ſit in libello feudorum cõprehenſus debemus vti lege ſcripta: vt ſuprà de feu. cog. c. Obertus. §. fi. Pet. de Cer. Item quia regula iuris eſt quòd quando delictum eſt omnino ab adminiſtrationis officio ſeparatũ non nocet domino. C. de ſer. fug. l. quicũq; ſecus ſi ſit adeo connexum ꝙ non poteſt cõmitti niſi adminiſtrationis nomine: vt in l. polla. C. de his
b qui. vt indig. b Sed Iac. de Bel. tenet ꝙ viuente prælato eccleſia proprietate priuatur: ſed falſum dicit per id quod plenè legitur & no. C. vnde vi. ſi quis in tantã. & l. meminerint. & ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. l. ſi quis dolo. Nõ ob. l. iubemus nullam nauem. C. de ſacroſanc. eccle. quia ibi eſt ſpeciale ꝓpter publicam vtilitatẽ & principis authoritatem. Itẽ non obſt. quod no. in authen. hoc ius porrectũ. eo. tit. quia ibi probabiliter cõtrahendo: hîc improbabiliter delinquẽdo. Quæro quid ſi quis tẽpore delicti nõ erat prelatus eccleſiæ, ſed poſt cœpit eſſe: an eccleſia debeat priuari propter eius delictum. Dic ꝙ non per l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxal. & per l. apud antiquos. C. de fur. Et eſt ratio patens: quia dolus cõ miſſus ante mandatum non nocet domino. vt legitur, & no ta. ff. de excep. doli. l. ſi procurator agit. & ff. quorum leg. l. j. §. quod ait prætor.

ADDITIONES.

a Quòd non. Vide quæ plenè no. ad Bar. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. vbi plenè in vtroque iure remiſi concluſiuè. And. Barb.
b Indig. Ibi enim ex quo lex permittit agere vel accuſare, permittit hoc cum ſua cauſa, ſuiſque vitijs, extra quòd prælatus criminaliter nõ punitur niſi dolo. C. de admini. tu. l. liberti.

De contentione inter maſculum & fœminam de beneficio. Rubr.

1 ☞ *Filius quo iure ponatur in poſſeßione ſi poſſeßio primò uacat.*
2 *Teſtes duodecim ſacramentales ſuper feudo deponentes qualiter iurabunt & deponent.*
3 *Diſtinctio c. j. de conten. inter maſcu. de benefic. an ſit uera.*



Tem ſciendum. Diuide in tres partes. Primò qualiter decidatur quæſtio ſeu contentio orta inter agnatum & fœminam de beneficio. Secũdò qualiter decidatur contentio orta inter dominũ & fœminam. Tertiò qualiter inter dominum & emptorem. ſecunda incipit in §. ſed ſi inter dominũ. tertia in §. item ſi ſit. Caſus. Si contentio orta eſt inter agnatum & filiam dominus agnato dicente feudum ad ſe pertinere & filia negante deficiente filia in probatione, agnato cũ xij. ſacramentalibus defertur iuſiurandum. ſi verò cõtentio eſt inter dñm & filiam dño dicente feudum ad ſe pertinere: filia verò negante, deficientibus ꝓbationibus filiæ defertur iuſiurandum dño: ſi verò contentio eſt inter dñm & agnatũ emptorem feudi dño dicente feudum ad ſe pertinere emptore negante, dño deficiente in ꝓbatione emptori defertur ſacramentũ. Quidam tamen diſtinguere voluerunt. Aut magna pars eorũ quæ vaſallus tenet in loco vbi res eſt quã vendidit eſt feudũ: tunc præſumptio eſt pro dño contra emptorẽ. aliàs pro emptore & non pro dño. h. d. Pone caſum quatuor modis in principio huius ca. Primò dicit ꝙ cum ageretur inter eos ad diuiſionem de bonis & hæreditate paterna filius petebat ſecundò ſibi adiudicari quoddã prædium paternũ quod filia negabat: & ſecundũ hoc hic erat cõtentio inter fratres. Vel dic ſecundò ꝙ hic erat cõtentio inter agnatũ & filiã vt dixi in caſu & agnatus agebat cõtra filiã ad prædiũ dicẽs feudũ ad ſe pertinere qđ filia negabat. Vel dic tertiò ꝙ agnatus poſſidebat ꝑdiũ & filia petebat dicẽs allodiũ. Vel dic quartò ꝙ neuter eorũ poſſidebat filia tñ debet poni in poſſeſsione: & poſtea agnatus petere debet. vt ſuprà, ſi de feu. fue. cõtrouer. c.
1 inter filiã. Ia. † Quęro ſi poſſeſsio vacat: vt gl. ponit ſecundũ vnũ intellectũ quo iure filiꝰ ponatur primò in poſſeſsiõe. nã ſi dicimꝰ ꝙ ponatur primo in poſſeſsione per l. edicto. C. de edi. di. Ad. tol. iſtud eſt falſum: qa ſumus ab inteſtato: vt §. de ſuc. feu. c. j. Rñ. officio iudic. ponitur filiꝰ in poſſeſ. vacãte qa

Source : BIU Cujas

ſi filius eſt ergo hæres &c. vnde idem operatur exiſtentia ſui hæredis quod operantur tabulæ teſtamenti. quod eſt nota. dignum: quia filius magis venit ad poſſeſsionem continuati uè quàm ad omnino nouæ poſſeſsionis adeptionem vel petitionem vt no. inſti. de ſucceſ. ab inteſt. §. ſui. & ff. de acquir. poſſeſſ. l. cùm hæredes. Non dico tamen quòd in ſubſtantia poſſeſsionis non fit noua poſſeſsio: ſed quia eſt eiuſdem qualitatis pręcisè cum poſſeſsione paterna non fingitur noua. vt C. de vſucap. pro hærede. l. nihil. Hoc dicit text. ff. qui. ex cau. l. cùm miles. Et adde quod not. Inno. extrà de proba. c. in præſentia. Quæro quare imponitur onus probandi fœminæ & non agnato. Reſpondeo imò & agnatus qui affirmat aſtringitur ad certam probationis ſpeciem pro
2 bandam, ſcilicet cùm xij. ſacramentalibus. † Quæro quali ter iurabunt & deponent iſti xij. ſacramentales. Reſpondeo negatiuè, ſcilicet feudum non eſſe ſecundum glo. quod Iac. de Bel. reprobat: quia non crederetur eis ſic negãtibus. Sed modus deponendi debet eſſe affirmatiuus, videlicet quòd opinio eorum & conſcientia eſt quòd non ſit feudũ. Nam opinio eſt quidam ſenſus animæ & affirmatiuus qui eſt ens, ſed negatio entis non eſt ens. & ideo gloſſ. loquitur impropriè. vt ſuprà, ſi de inue. inter do. & vaſal. lis oria. c. j. in prin. Conſidera, duplex eſt negatiua, ſcilicet ſcientiæ & alterius rei. Negans ſcientiam nõ probat niſi negationi adiungat cõſcientiam: quia ibi ſufficit conſcientia vbi eſt iuramentum purgationis non ſenſus: vt hîc. In negatiua verò alterius rei an debeat probari & qualiter plenè dixi. C. de prob. l. actor. gloſſ. tamen noſtram ſuſtineas per no. in l. j. §. j. ff. de iti. actúque pri. & in c. fi. de reſcrip. in cle. Item not. regulã Auerrois ꝙ experimentum ſermonum verorum eſt vt concordet rebus ſenſatis. Quæro quæ eſt ratio ꝙ agnat⁹ eſt fauorabilior quàm fœmina & quàm dominus. Reſpondeo antiquæ poſſeſsionis qualitas. facit quod no. ff. de condi. inſtitu. l. pe. vel alia adminicula. vt C. de rei vendi. l. indicia. † Quæro an ſit
3 neceſſaria & vera diſtinctio hîc poſita per quoſdam de maiori parte. quidam dicunt, ꝙ ſic: vt ſuprà de contro. inueſtit. cum autem. Et quia cum res non debeat diuerſo iure cenſeri coniectura debet ſumi ab eo quod plurimum poteſt. arg. de contrahen. empt. l. domũ. Dicit Iaco. de Bel. ꝙ iſta diſtinctio eſt bona quantum ad præſcriptionem. Vel dic aut eſt vnum integrale ſicut vnus manſus, & tunc iſti verum dicũt ar. ff. de vſuca. l. eum qui ædes. & quod not. ff. de leg. iij. l. vxori. ff. de fund. inſtru. l. Seiæ. §. Tirannæ. ff. de leg. iij. prædij. §. pe. & fin. Aut ſunt diuerſa prædia in pluribus locis & tũc qui poſsidet vnũ locũ non ꝓpterea habet præſumptionẽ in alio loco quẽ nõ poſsidet. ar. ſuprà, de le. Cor. c. j. §. ex eadem le.

De controuerſia inter dominum, & emptorem feudi. Rubr.

1 ☞ *Dominus agit contra emptorem feudi & quo iure.*
2 *An autem ſuccumberet in publiciana.*
3 *Vaſallus poteſt feudum reſtituere authori ſuo etiam ſi dominus agat.*
4 *Vaſallus an poſsit agere de euictione contra uenditorem ſi reſtituat feudum domino.*
5 *Venditionis uerbo quid ueniat.*



Omino. Diuiditur in duas partes. Primò dictum ponitur. Secundò eius declaratio. Secunda incipit in ver. quo reſtituto. Caſus. Vaſallus vendidit feudum alicui dominus vẽdicat ab emptore, emptor denuntiat vaſallo ſi quidem vaſallus iurare poteſt qđ ignoranter vendidit feudum credens propriã rem: tunc eſt in electione emptoris an velit domino cedere fundũ, an velit reſtituere vaſallo: & ſi reſtituerit vaſallo retinebit in feudum. Deinde reſpondet tacitæ obiectioni quæ poſſet fieri nonne alienatione facta feudum domino aperitur: quomodo hoc procedit. Reſpondet, illud procedit quando ſcienter feudum venditur. Vlumò dicatur quòd dictum eſt in vendi
1 tione locum habet in qualibet aliena. h. d. † No. quòd dominus agit contra emptorem qui emit à vaſallo vẽdente bona fide. Sed quæro quo iure aget. Reſpondeo rei vendi. directa. Nam ſemper ſibi eam retinet. vt ſuprà, de inueſt. de re alie. fa. c. j. §. ſi verò. in quo conſidera hîc gloſſ. ſecundum Ia. de Bel. & qđ dixi ſuprà, in ti. de feu. ſine cul. nõ amit. c. ij. vbi omnino. & per gloſſ. infrà de prohi. feu. alie. per Fed. in c. imperialem. §. callidis. in glo. ipſo iure. Sed quid ſi cõcedens in feudum non erat dñs: certè ſuccumbet in rei vendi catione.
2 vt C. de proba. l. cum res. † Sed nũquid ſuccumberet in publiciana. videtur ꝙ ſic: quia emptor habet titulum. Sed contrà dico: quia habetur pro non titulo. Item quia prætendit cauſam ab eo qui non poterat referre quæſtionem quaſi dominij. vt C. locati. l. ſi quis conductionis. & C. vnde vi. l. non ab re. Vel dic ſecundum gloſſ. ꝙ emptor conuenietur actione perſonali. Sed contra hoc op. quia actio perſonalis nõ ſequitur fundum. vt l. j. C. de condi. inde. & l. fi. in fi. ff. de contrahen. empt. C. de ac. & ob. l. eum. ff. ad Treb. l. j. §. ſi hæres. Sol. illud eſt verum in actione merè perſonali, ſed iſta eſt in rem ſcripta ex diſpoſitione conſuetudinis. Vel dic ꝙ leges contrariæ loquuntur in actione perſonali quæ datur ratione obligationis: ſed hîc loquimur in actione perſonali, quæ datur ratione poſſeſsionis: quia ſcilicet habet facultatem rei reſtituẽdæ. vt ff. commo. l. iij. §. hæres. & ff. ad legẽ Fal. l. qui fundum. §. ſi tu ex parte. Vel dic dicit gl. ꝙ dabitur condictio ex lege ex *liberis Sabiniani*. C. de acqui. poſſ. l. fi. ſed certè *illa loquitur quando agens prætendit ſpoliationem*. vt C. de agri. & cẽſi. l. ſi coloni. li. xj. vnde Pe. de Cer. reprobat in hoc gloſſ. *quia feudatarius tradendo ſuam naturalem poſſeſsionem non ſpoliat dominum quia diuerſa genera poſſeſsionũ ſunt inter ipſos. allegat gl. ordinariam in l. j. in fin. ff. vſufruct. quemadmo. caue.* Ego puto gl. veram. Non enim ex ſolo actu traditionis poſſeſsio domini interuertitur vt ipſe dicit. Et in hoc bene cum per rebellionem poſſeſſoris eius poſſeſsio tenebatur. & in hoc eſt violentia. Item in modo poſsidendi: quia ille qui tenet non recognoſcit ſe ab eo: vt ff. qui. mo. vſusfru. amit l. Pomponius. Secũdò no. literam quæ dicit ꝙ vaſallus iurare poterit &c. Et opponitur, vaſallus iurare poteſt: quia ad actum verbi vel nõ verbi nemo poteſt cogi per viam abſolutam: vt no. extra quod met. cau. c. *in ſacris*. in no uel. So. litera iſta nõ intelligitur de ſimplici loquela, ſed vult hoc ꝙ non intelligatur poſſe qui non poteſt ſine calumnia, vel temeritate. & ideò ſi iudex videt eum velle deierare, vel aliquam temeritatem committere non deferat ei iuramen-
3 tum & iſte eſt ſenſus huius literæ. † No. tertiò de mirabili electione, quæ datur reo ꝙ ſi dominus agit poteſt reſtituere poſſeſsionem authori ſuo. Et ratio eſt: quia per hoc euitat omne damnum. facit quod not. ff. de pac. l. ſi cum fundus. & de alie. iudic. l. cum miles. Et tene menti iſtum caſum ꝙ licet habens directum dominiũ præueniat in agendo: tamen poteſt res reſtitui habenti vtile dominiũ prætendenti cauſam ab agente. ar. ad hoc. ff. de excep. doli. l. ſi opera. & ff. de procu. l. procuratore in rem ſuam dato. ſed magis eſt mirabile ꝙ habens directum cum ſciat ius alteri cenſum præferatur habenti vtile, vt ff. de tranſact. l. fi. ſed ibi loquitur in debitore obligato, ſed ille qui rei venditæ tenetur non eſt obligatus: vt inſti. de act. §. omnium. & ff. de procur. l. Pompo. §. ſed & his. & ff. de excep. rei iudi. l. ſi inter me & te. vbi text. vel verius ibi ceſsio abſorbebat vtilitatem cedentis: hîc non vt ibi directa non erat efficax hîc ſic contra poſſeſſorẽ. prima vera
a & nõ reperitur alibi.[a] † Quærit gloſſ. vtrum ſi reſtituat do
4 mino poſsit agere de euictione contra venditorem: & quicquid gloſſ. dicat dic quòd ſi vaſallus recuperat à domino agere poteſt: aliàs non. *Non enim debet habere vaſallus rem & pretium*: vt ff. de act. empt. l. bona fides. Not. quartò hîc tex. valde ſingularẽ quòd in omnibus alienationibus in quibus alienans cadit à iure ſuo quod debet intelligi in ſciente: ſecus in ignorante rei qualitatem. ſimilis diſtinctio fit ff. de legatis ſecundo. l. finali. §. finali. Quærit gloſſ. quid in iuris ignorantia & dicit eam nocere. Fallit in muliere, & milite: quod mihi non videtur verum: quia non licet eis ignorare iura contractus: vt C. de iur. & fac. igno. l. fi. & l. fi. C. de iu

re de-

Source : BIU Cujas

5 re delib. †Quintò & vltimò, ꝙ verbo venditionis continetur omnis alienatio. Circa quod dicit Bar. aut alienatio prohibetur ratione rei, & tunc omnis cõtractus prohibetur vt hic. Aut ratione personæ: & idem vt nota. in l. ij. C. de vsur. pro emp. Aut ratione modi & formæ: & tunc secus vt legitur & not. in l. vltima. C. de præd. curia. lib. x.

ADDITIO.

a Reperitur alibi. Item scias quòd habens iura vtilia potest rem intẽtare de domini voluntate perpetua, & incommuatbili vtiles actiones translatæ non possunt reuocari: sed si sint mandatæ habet locũ lex iij. C. de noua. & sic plus importat translatio quàm commissio.

De controuersia inter vasallum & alium de bene. Rubrica.

1 ☞ *Vasallus si agit obtinet primum locum & dominus tenetur ratificare.*
2 *Procurator in rem suam habet omnem potestatem expediendi.*
3 *Bona fides an præsumatur in transigente.*
4 *An autem transactio firma maneat si vasallus qui transegit sit mortuus sine hærede.*
5 *Emphyteuta & superficiarius an possit transigere.*

SI causa. Casus. Vasallus agere & cõueniri potest pro feudo & pro parte feudi etiam domino absente & quare pro re propria & transigere potest bona fide, & si cõtra eum iudicatum est vel ab eo transactum dominus cogitur postea
1 ratum habere etiam feudo sibi aperto. h. d. †Not. ꝙ vasallus in agendo & defendẽdo obtinet principalem locum: & ꝙ dominus tenetur ratificare iudicium & trãsactiones eius cessante fraude & simulatione. hoc est verum tam absente quàm præsente domino. Intelligo si dominus sciuit vel fuit citatus. vt ff. de re iudi. l. sæpè. §. sed scientibus. Nam si vasallus non fecerit dominum ignorantem citari præsumitur in
2 dolo: vt C. de distra. pig. l. si creditor. †Et vide ibi per Cyn. vel dic ꝙ ille qui facit aliquem procuratorem in rem suam videtur ei dare omnimodam licentiam experiundi: nec requiritur amodò licentia concessoris. vnde cum vasallus sit procurator in rem suam dummodo aliàs esset calumnia nõ habet amplius requitere dominum nisi velit reseruare sibi ius agendi de euictione contra ipsum. & iste intellectus probatur expressè suprà si de feu. fue. cõtro. c. si vasallus de suo.
a Et dic vt ibi.[a] Sed nunquid dominus perdet proprietatem. dic quòd non, sed vtile dominium quod præfertur proprietati possidente victore. & si possessio veniret ad tertium, dominus tunc eam poterit vendicare: vt C. de præscrip. xxx. anno. l. si quis emptionis. & miror quòd alij doctores de hoc nihil dicant. Item quod dicit de transact. intellige si transegit bona fide vt litera dicit. †Nunquid autem pręsumatur
3 bona fides in transigente: dico id esse iudicandum secundũ statutum causæ. Nam si dubius erat euentus litis præsumitur bona fides: aliàs secus: vt ff. de transac. l. cum hi. §. cum lis. & C. eo. l. præses. Certum est enim quòd etiam in transactione potest committi fraus. vt ff. si quid in frau. pat. l. j. §. vtrum
4 in fin. ibi si transegit in fraudem patroni. †Sed mirum est. ponamus enim quòd ex causa transactionis cessit possessionem feudi aliquo recepto cum postea decessit sine hærede: ergo resoluto iure transigentis resoluetur ius accipientis: cuius contrarium hîc dicitur quare malè. Respondeo hoc est ideo: quia res iudicata & transactio pariũt exceptionem rei finitæ: & sic sunt alterius naturæ, quàm simplicis cõtractus.
5 quod est no. †Sed nunquid hoc esset verum in emphyteuta, & superficiario transigentibus. Videtur quòd non: vt ff. de pigno. l. lex vectigalis. quapropter hoc non potest aliud dici quàm quòd sit speciale in feudo. vel dic idem in domino sciente, & patiente. argu. ff. ad Mace. l. si filius. Iuxta illud nõ improbare ratihabitionẽ hoc cõsensui par est: vt no. in l.
b quod enim. §. j. ff. rẽ ratã haberi.[b] †Super hoc c. habeo talẽ
6 apostillã. Potest ergo vasallus de feudo transigere dũmodo fraus nõ interueniat. vt hîc & suprà. si de feu. fue. controuer. c. si vasallus. Sed videtur huic obstare: quia cũ possit alienare: vt infrà de prohi. feu. alie. per Fede. c. imperialẽ. non videtur de feudo posse trangere: vt C. de prædijs mino. l. nõ solum. Iaco. Aure. Tu dic ꝙ olim poterat: sed hodie distingue. Aut transegit dimittendo feudũ apud possessorẽ: aut tradẽdo. Primo casu non videtur alienare. Secũdo sic. iste est casus vnicus in iure C. de transact. l. si pro fundo: quia non facit conditionẽ dñi deteriorem cũ feudatarius iste prius non possidebat. Et not. ꝙ in omnibus alijs contractibus ille qui dimittit & transfert & alienat sic ff. de rei vendic. l. quædam mulier. & ff. de iure dotium. l. si sponsalibus. §. j. & tamen secus est in contractu transactionis: quod est notatu dignum.

ADDITIONES.

a Vt ibi. Et facit iste text. an possit fieri compromissum de feudo per vasallum, de quo Spe. in tit. de arbi. §. potest. ver. sed nunquid vasallus.
b Ra. ha. Licet contrariũ Inn. in c. auditis. de præscri. sentire videatur.

Quid iuris sit si post alienationem vasallus feudum recuperet. Rub.

Non prodest pœnitẽtia vbi culpa est executa, secus si res integra, vel incontinenti purgetur culpa. ff. de in integ. resti. l. diuus.

1 ☞ *Actio ubi competere desinit interesse cessat.*
2 *Feudum restauratur per actum retro similem.*
3 *Consensus domini indifferens circa alienationem talis præsumitur qualis est alienatio,*
4 *Vasallus si alienat feudum iure libelli illud ius tenetur iure feudi.*
5 *Quid si vasallus redimit hunc libellum à libellario quo iure teneat.*

PRæterea. Diuide in tres partes. Primò recitatio iuris antiqui. Secundò iuris noui quãdo vasallus post alienationem feudi factã dño ignorante feudum recuperauit. Tertiò quando dñi volũtate vendidit & posteà recuperat, vel non, secunda pars incipit in verbo hodie. tertia in §. ꝓfectò. Actus retro similis
1 nõ inducit restaurationem deperditi. h. d. †Fallit vbicunq; desinit interesse: quia ibi desinit actio competere. ff. de alie. iudi. l. ex hoc edicto. §. pen. vel sic. Culpa quæ non transiuit in perpetuã priuationem nõ potest purgari. Hoc dicit iste titulus: si dñs remittit pœnas vasallo an dicatur vera donatio.
a Dic[a] ꝙ magis dicitur indulgentia: & ideò nõ requiritur insinuatio ff. de donatio. l. Modestinus. & l. in ędibus. §. j. Casus. Olim ante constitutionẽ Lotharij licitum erat vasallo feudũ in toto vel pro parte alienare. & si feudum alienabat & posteà ipsum recuperabat reuertebatur in causam feudi. sed hodie nõ licet alienare siue vẽdere pro aliqua parte. & si vẽdiderit dño ignorante licet post recuperet nõ retinebit in feudum: sin aũt dñi voluntate vendiderit per libellũ vel aliter alienauerit: & id posteà recuperauerit nõ retinebit pro feudo: sed iure ꝓprio si eo mõ recuperauerit. si verò ad libellũ dedit dñi volũtate adhuc retinebit feudũ: si verò posteà vasallus recuperauerit per libellũ non retinebit pro beneficio sed si dño feudũ refutauerit retinebit libellũ. h. d. Ia. Bel. Vu magis distinctè per notabilia casum intelligе qđ absurdum est nõ reuiuiscit ff. de act. & obl. l. seruus effectus. & l. fi. ff. de suc. edi. & ff. de cõdi. & demõ. l. interdicit. sed ar. cõt. ff. de ma. test. l. Arist. sed ibi loquitur in seruo cui[9] ꝑsona ꝓ inspiciturnisi tẽpore morę acquisitionis. vt ff. de lega. j. debitor.
2 §. seruo. †Et no. primò ꝙ per actũ retro similẽ olim feudũ vt ita dixerim renascebatur: qa nõ erat per priv apertũ dño & res de facili reuertitur ad suã naturã: vt ff. d pac. l. si vnus. §. pact[9]. ver. qđ & in spẽ dotis. & ff. solu. ma. pe. §. inter eos. & l. si seruus dotalis. sed nouo iure: qa alienatio est ꝓhibita & statim feudũ est apertũ dño ipso facto ideò nõ põt culpa purgari, quæ traxit secũ executionẽ pr trãslationem dñij, vt ff. de verb. obli. l. si seruũ. §. sequitur. per Dy. Et ideò no. ꝙ

Source : BIU Cujas

quando actus cecidit à ſua ſubſiſtentia perpetuò non reintegratur: vt C. de remiſ. pig. l. ſolita prouidentia. quæ lex eſt ad hoc not. ſecus ſi vitiũ rei ſit purgabile. ff. de vſuca. l. ſequi-
3 tur. §. idem Labeo. l. ex hoc edicto. §. pe. de alie. iudi. † Secũ dò no. in §. profecto. quòd indifferens conſenſus domini circa alienationem aſſumit differentiam ſecundùm qualitatẽ alienationis, id eſt, ſecundum vſum illius licentiæ. Et ideò ſi vaſallus alienat iure proprio intelligitur cõceſſum iure proprio, ſi iure libellario intelligitur libellario & ſic talis intelligitur fuiſſe licẽtia qualem poſſeſſionem poſterior declarat
4 euentus quod eſt no. † Tertiò nota quòd quando vaſallus de voluntate domini alienat per libellũ puta vt ſingulis annis debeat habere v. ſol. Iſtud ius percipiendi v. ſol. annuatim tenebitur nomine feudi. & ſi vaſallus committeret felo niam iſtud ius aperitur domino quod eſt no. vnde reliquiæ
5 feudi iure feudi cenſeri debent. † Quartò no. quòd ſi vaſallus redimit hunc libellum à libellario poſſeſſore tunc intelligitur tenere tanquam libellum à domino & non tanquam feudum. Iſtud autem ius v. ſol. eſt conſumptum quo ad vaſallum & eum cui alienauit per libellum: ſed ipſe vaſallus tenebitur domino ad iſtos v. ſol. annuatim. Idem ſi feudum refutaſſet, poſteà per libellum redemiſſet. Not. ergo totaliter reuerti qualiter redimitur vel eſt ſenſus literæ, quòd ſi vaſallus refutat feudum quod poteſt etiã inuito domino & dominus concedat illud ſibi ad libellum quod tenebit iure libelli ſecundum Pe. de Cer. Vltimò no. ex vario genere contrahendi varios effectus prouenire.

ADDITIO.

a Dic. Vide quod not. Bald. in l. illud. C. de ſacroſan. ec. Et ibi ad Bald. plenè notani. vide omnino. And. Bar.

An agnatus, vel filius defuncti repudiata hęreditate poſsit feudum retinere. Rub.

Nota quòd omnis patruus eſt agnatus. vt no. in l. j. C. de ſuc. edic. Nota quòd nouus hæres quandoque proponitur pro parte ſuppoſita ratione dubitationis. l. fina. C. de Carboniano edicto.

1 ☞ Pater quando uideatur ſtipulatus filio ut hæredi uel non.
2 Pater ſi prælegauit filio feudum quid iuris.
3 Dominus & agnati an poſſint facere gratiam filio ut repudiet hæreditatem & retineat feudum.
4 Feudum defertur iure ſucceſſorio duplici iure.
5 Agnati dicuntur tranſuerſales in materia feudorum. & nu. 6.
7 Filius uaſalli an poſsit hæreditatem accipere, & repudiare feudum. & nu 8.
9 Quid ſi filius uiuo patre renuntiauit hæreditati paternæ cum iuramento an præiudicet ſibi in feudo.
10 Quid ſi filius ſit præteritus à patre & c.
11 Quid ſi natus filius ſit inſtitutus & poſthumus præteritus quid interim erit de feudo.
12 Feudum an ueniat in petitione hæreditatis.
13 Ius accreſcendi excludit edictum ſucceſſorium.
14 Filius ſi poſsideat feudum an præſumatur ſe immiſcuiſſe hæreditati paternæ.
17 Filius an repudiata hæreditate paterna poſsit retinere bona emphyteutica. & nume. 16.
18 Iepos an poſsit habere feudum antiquum repudiata hæreditate ex perſona patris.
19 Agnati an præferantur domino ſi conſenſerint renuntiationi feudi factæ in manibus domini qui iterum inueſtiuit talem renuntiantem qui poſteà ne hærede mortuus eſt.
20 Dominus in inuitis agnatis poſsit facere gratiam filio ut poſsideat feudum abſque hæreditate paterna.
21 Et an agnati poſſint ratificare.
22 Statutum ſi dicat quòd filiæ non ſuccedant extantibus agnatis an filius ſororis excludat fœminam.
23 Feudum an obligetur pro debitis uaſalli.
25 Penſio ad quem pertinet ad locatorem an ad conductorem.
26 Fructus feudi ad quem pertinet ſi uaſallus amittit feudum aliter quã per mortem.
27 Vaſallus ſi derobatur quando uadit ad ſeruitium domini, an dominus debeat ei emendare.

SI contigerit. Diuide ca. in duas partes. Primò an agnatus poſsit hæreditatem agnati repudiare, & feudum retinere. Secũdò an filius vaſalli poſsit hæreditatem repudiare & feudum retinere. Secunda pars incipit in ver. ſi verò: Caſus. Si agnatus ſuceedit agnato vaſallo in feudo & in hæreditate eius poteſt hæreditatem refutare, & feudum retinere nec cogitur debitum hæreditarium ſoluere niſi de fructibus eius anni quo vaſallus deceſſit ſecundum præmiſſam diſtinctionem. Si filius ſuccedit vaſallo patri in feudo & hæreditatem non poteſt hæreditati repudiare & feudum retinere: ſed omnimodè cogendus eſt debitum paternum ſoluere, niſi vtrunque repudiet. Veruntamen ſi agnatis conſentientibus filius ſit de feudo à domino quaſi de nouo beneficio inueſtitutus, tunc poterit hæreditatem paternam repudiare, & feudum retinere, nec debitum hæreditarium ſoluere compellitur. h. d. Iac. Bel. & eſt ratio differentiæ inter vnum caſum & reliquum: quia vltimo caſu filius debet oriri à patre, ſed agnatus non oritur ab a-
a gnato. C. de hæred. inſti. l. nec apud.[a] † Extra no. quòd quã
1 do pater ſtipulatur aliter ſibi & aliter filio nunquam videtur ſtipulatus ei, vt hæredi. ff. de dona. cau. mor. l. Seia. vbi eſt tex. & no. gl. Et no. quòd ſi nil in contrarium appareat filius præſumitur hæres. vt no. in authen. vt hi qui oblig. §. vt autem. coll. vj. in glo. ordi. & dixi etiam. C. de ſuis, & legi. apud
2 hoſtes. † Sed quid ſi pater conſenſu domini prælegauit filio feudum an illud habebit ſi ad cohæredes extrancos peruenit hæreditas. Vide de exceptiõe doli. l. apud Celſum. §. ſi quis ex vnica. & dic quòd ſic: quia redactus eſt ad inſtar agnati. No. hîc caſum in quo fortè ſuus abſtinet de iure ciuili, ſcilicet quando hæreditati eſt connexũ feudum. nam conſuetudo eſt de iure ciuili, vt inſtit. de iure naturali. §. ex non ſcripto. quæ dat & dare poteſt ſuo licentiam abſtinendi. textus eſt hîc & non alibi. De iure verò communi exiſtentia ſui hæredis ſic connexa eſt iuri ſanguinis, quòd nec repudiari nec abſorberi tempore poteſt. vt no. C. quando non pe. par. l. vna. in j. gloſſ. & ff. de regul. iur. l. iura ſanguinis. & l. iij. de vul. & pup. & de inoff. teſt. l. Papi. §. ſed nec impuberis. in authen. de hæred. & fal. in §. ſi quis autem non implens. de quibus omnibus per Bart. ff. de libe. & poſthu. in l. ſi filius hęres.
3 † Item no. quòd dominus & agnatus poſſunt facere gratiam filio quòd repudiet hæreditatem & retineat feudum. Et eſt ratio quia veniunt diuerſo iure vt ff. de bo. poſſ. cum patre. & regulariter in præiudicium alterius nemo poteſt alteri facere gratiam: vt not. C. de contratab. l. poſthumo. per Cyn.
4 † Præmitte ad euidentiam quòd feudum defertur ſucceſſorio iure ex duplici capite, ſcilicet liberorum, item & agnatorum. ex primo capite ſuccedit emancipatus. & etiam filius eius licet poſt emancipationem conceptus fit. & ſi non ſit agnatus auo. C. de legi. hæred. meminimus. §. cum autem. C. vnde lib. l. qui ſe patris. per Accur. nam de liberis eſt: vt ff. vn de lib. ſi quis. §. pen. Sed patruus non ſuccederet ei in feud. paterno quia non ſunt inter eos agnationis iura loquendo ſtrictè de agna. propter capitis diminutionem emancipati. ſed fortè in feudis ſufficit deſcenſio per virilem ſexum ex eo quòd fuit primus agnationis cõmunis. Item gl. legis qui ſe patris. habet gl. cõtrarias. ff. vnde cog. l. legitimus. ff. de ado. l. quem filius. & dicit ꝙ iura agnatorum habet quicquid ſit de rigore nominis agnatus. Item puto ꝙ iſte titulus habet locum etiam in liberis quos prętor ſolus agnoſcit de quibus loquitur. d. l. qui ſe patris. Item no. ꝙ iſte tex. non curat de illa ſubtilitate exiſtentiæ ſui hæredis, ſed de realitate ſucceſsionis. ſic ff. ad Tert. l. ij. §. ſed ſi ſint. & C. de legi. hære. l. defunctis. Item pręmitto ꝙ omnis ſuus eſt agnatus, ſed non cõuer
5 titur. ff. vnde lib. l. ſcripto. † Sed in materia feudorum agnati dicuntur tranſuerſales per maſculos nati. Pone exemplũ.

Titius

Source : BIU Cujas

Titius acquiſiuit feudum deceſsit relictis duobus filijs.ſ. Petro,& Ioanne deinde deceſsit Ioannes relicto filio ſuo Caio qui Caius vult ſuccedere in feudo,& repudiare paternam hæreditatem metu creditorum.quæritur nunquid poſsit.Et videtur quòd ſic:quia iſta ſunt duo patrimonia ſeparata.nam & agnatus hæc poſſet ſed hîc determinatur contrarium:quia agnatus poteſt & non filius.vnde in præ dicto exemplo Caius non poteſt iſta patrimonia diuidere ſcilicet acceptare feudum & repudiare hæreditatem. ſed aut vtrunque repudiat. Certũ eſt quòd Petro eſt delata hę reditas fraterna tamen ſi non vult eam acceptare ſed feudum habere poteſt hoc facere. Et ſic not.quòd intentio cõ ſuetudinis eſt filijs non fauere & in hoc agnati ſunt melio-
b ris conditionis quàm alij. b Sed quæro quam rationem ha
6 bet iſta conſuetudo. † Reſpondeo non habet aliam ratio-nem, niſi quia filius eſt eadem perſona cum patre & quia intereſt patris habere hæredem:vt l.ij.ff.de inter.act. Vnde quandam iniuriam filius fecit patri abſtinendo ab hæreditate paterna:Item & creditoribus.Et fortè in hac conſideratione,& ratione fuit fundata lex xij.tab.ſed eſt alia ratio quia totum videtur vnum patrimonium ſed hæc ratio concluderet idem in agnato quod eſt falſum,Feudũ ergo remanet in bonis hæreditarijs ſi vaſallus moritur cum hærede ſed ſi abſque hærede moritur non eſt in bonis ſuis hæreditarijs.Ex quo ſequitur & melior ratio eſt:quia filij veniunt ex perſona patris,ſed non agnati.Ia.Bel.Item filij veniunt eodem iure cũ patre ſed agnati diuerſo & ex tranſuerſo capite.ar.ff.de bo.poſ.l.ſed cum patrono.Item inter patrem & filium non eſt diſgreſsio,ſed egreſsio.ſed inter tranſuerſalem eſt diſgreſsio.Item feudum ad liberos cum ſua cauſa ſuisque vitijs nõ trãſmittitur ſed ad agnatos ſimpliciter deuoluitur. Credo tamen q̃ nepos qui ſe patris negat hæredem eo caſu quo ſuccedit auo.vt d.l.qui ſe patris,ſuccedat ei in feudo antiquo.Item eſt quędam ſubtilitas in iure de filio in poteſtate abſtinente. An nepos ex eo ſuccedat auo de iure ciuili:& tunc dicit quod non in l.j.§. ſciendum.de ſuis & le.ergo anno elapſo excluditur nepos ab hæreditate aui & per conſequens à feudo .Sed Acc.dicit cõtrariũ in d.l.qui ſe patris.& eſt de apicibus iuris. Bar. dicit illam gl.veram,aliſ contrà:ſed hoc ibi ſubtiliter ex-
c aminaui & profundè.Et adde quod ſtatim dicã. c † Sed
7 nunquid hæc litera ita eſt intelligenda ſimpliciter. Quæro enim nũquid filius vaſalli poterit hęreditatẽ recipere & dimittere feudũ cum litera dicet quòd vtrunque accipiat vel dimittat:ſed Odo.dicit quòd ſic quia vaſallus poteſt repudiare feudum inuito domino vt ſupra de vaſ.qui contra conſti.Loth.c.j.Nec ob.q̃ vtrunque debet repudiare, vel habere. Nam illud eſt verum ſi incipiatur à feudo ipſum acceptãdo:ſecus ſi ipſum repudiando ſcẽm Odo. qui ita notat in ſua rubricella vtrum quis poſsit hæreditatem vaſalli repudiare & eius feudum accipere,vel ecõtrario. Rubricella eſt in fine ſummæ ſuæ ſm Ia.Faſ. in ſumma ſua ti. q.mo.& cau.feu.amit.ſub rubricella qualiter alienatione perditur feudum.qui dicit q̃ filius non eſt deterioris condi tionis quàm agnati in feudo paterno,quia poteſt feudum acceptare & hæreditatem repudiare & econtrario:ſed in feudo nouo in quo nõ ſuccedũt agnati ſed filiꝰ,oportet q̃ filius vtrũque receptet vel vtrũque repudiet :ſed iſta diſtinctio nõ eſt vera:quia §.vbi vero,qui eſt hîc etiam loquitur in feudo paterno vt expreſſè patet in litera.vnde non fit hîc diſtinctio feudorum ſed ſucceſſorũ, quia pater plus poteſt in filios quàm in cohæredes & coæquales ſuos. Ia. de
8 Ardizo.in ſumma ſua in ti. de ſuc.feu. dicit ſic † Item quæritur nunquid repudiando hæreditatem poſsit habere feudum.Reſpon.ſi eſt filius non poteſt niſi in acquiſitione feudi adiunctum ſit ſibi & liberis.argu.ff.de ope,lib.l.cum patronus.§.cũ liberis.Ia.de Ard.Ex quo collige tres caſus. Nã aut quis recipit feudum ſimpliciter nulla facta mentione de filijs,vel hęredibus.Aut pro ſe & hæredibus.Aut pro ſe liberis,ſeu filijs.primo & ſcẽo caſu loquitur tex.noſter in §.vbi verò.Et eſt ratio ſ. de duo.fra.à capi.inueſti.c.j. ff.de probat.l.ſi pactum.& per Io.An.in ti.de feu.§.qui. & alios cano.in c.ſi de feudis.& qd in l.ij.C.de libert.& eorũ libe. Tertio caſu poſſunt filij,& quicũque deſcẽdentes vna bona accipere,& alia repudiare.ar.in auth.de exhi.reis.§. optimũ.& ff.de ope,liber.l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberis.ff.de adopt.l.ſi arrogator.§.ſed an impuberi.& ff.de vul.& pu. ſubſti.l.ſi filius q̃ patri.ff.de acqui.hær.l.quæſitum.& l.Iul. ff.de bo.poſ.l.ſed cũ patrono.& in l.qcunque.§.ſi quis ita. ff.de ver,obl.Iac.aũt de Bel.ſic diſtinguit.Aut filius põt hęreditatem patris habere tãquã hęres & tunc non põt alterũ velle alterum nolle, vt hîc.aut non põt hæreditatem habere qa eſt inſtitutus in re certa vel in ſola legitima, tunc põt habere feudũ abſque hæreditate paterna nec tenebitur ſoluere debita,vt no.ff.ad Trebel.ſi qs priore.Ia.de Bel.& ſic ius feudi non cõcernit hæreditatẽ diſtributiuè:ſed.ſolã hæredis qualitatẽ reſpicit denominatiue.ff.de leg.præſtã.l. filium.in principio.& vide in Spe.de teſti.§.primo.ad finẽ.
9 quod no.ff.de tranſ.l.cõtrouerſia. † Sed quid ſi filius viuo patre renuntiauit hæreditati paternæ cum iuramẽto vtrũ præiudicabit ſibi in feudo. Reſpon.non.quia iſte tex.non obligat filiũ ad impoſsibile,& iſta eſt bona cautela ad eui-
10 tãda onera creditorũ à nullo alio doct.imaginata.† Quid ſi filius à patre prętereitus ſit nũquid habębit neceſſe dicere teſtamentum nullum ſi vult ſuccedere in feudo. Rñ.non puto:vt ff.de iniuſto teſt.l filio. Nam ius dicendi nulla ratione prætereitionis eſt quoddã quaſi priuilegium quo filiꝰ non tenetur vti inuitus.ar.ff.de mino.l.ſi iudex.ff.de cõtratab.ſi poſt mortẽ.§.ſi.& no.eo.ti.l.non tñ.ver.planè.in gl. j.aperiat.ff.ſi tab.teſta.nullæ ex.l.ſ.in ſi.ff.de leg.præſtã.l.ſi
11 duo.& no.C.de cõtrata.l.poſthumo. † Quid ſi prætęritꝰ eſt poſthumus & natus eſt inſtitutus qd erit interim de feudo cũ prætęritiõ ſuſpendat interim ius adeũdi.ff.de acqui. hære.l.ventre.& l.illud.§.ſi.de contratab.ff.de lib.& poſth. l.ſi filius hæres.Reſpõdeo nõ propterea differtur inueſtitura iam nati,ar.ff.de hære.inſti.l.nõ ideò minus.§.quæ in o-
d mnẽ caſum fiẽda eſt ar.ff.de acqui.hære.l.quod ſi dubitet.d Pone filius habet ſubſtitutũ vulgarẽ ſibi datũ in teſtamẽto patris nunquid per hoc poteſtatẽ habeat repudiãdi hæreditarem,& acceptandi feudũ.Reſpondeo non :quia hanc poteſtatẽ non põt ei cõferre pater,ſed dñs vel agnatus.vt
e hîc patet in tex.& glo.e † Sed nunquid feudũ veniat in peti
12 tione hæreditatis. Reſpõ.nõ,qñ agnatus eſt hæres quia nõ capit vt hæres. ſed ſi filius ſit hæres ſic nõ:quia feudũ ſit liberè corpus hæreditarium:tñ eſt quoddã ius annexũ quod in hæreditate reperitur.hoc no.ff.de peti.hære.itẽ videdũ. §.fin.vbi videas. Quid de fœmina, quæ ex pacto ſuccedit in feudũ quæ iure Lombardo admittitur in quarta non in tota hęreditate vt plenè no.ſ.qui feu.da.poſ.c.j.§.hoc autẽ notandũ,quia nemo facit ſibi partẽ.& pactũ eũ inſolidũ vocat deficiente maſculo.arg.eorũ quæ no.ff.de inoffi.te-
13 ſta.l.ſi is qui.& l.pater filiũ.per Acc. † Item no.q̃ ius accreſcendi excludit edictũ ſucceſſoriũ:vt l.j.C.qñ non peten. par.Et ideò puãdiu de ordine ſeu de capite liberorũ aliquis extat nũquã veniunt tranſuerſales.vt ff. vnde legiti.l. ij.idẽ in feudis qa feuda imitantur ius cõmune in quantũ
14 poſſunt ſalua feudali natura.† Quæro an filius qui reperitur in poſſeſsione vel quaſi feudi paterni cũ tñ alia bona poſsideantur per alios fratres ſuos pręſumatur immiſcuiſſe ſe hęreditati paternæ.Et videtur q̃ ſic.quia cõnexa ſunt hæreditas & feudũ:vt hîc & qa acceptat vnũ videtur acceptare aliud annexũ cũ diuidi nõ poſsit.C.de iure delibe.l. qdam eulogio.In cõtrariũ videtur C.vnde legi.l.nõ hoc. Sol.poſſeſsio nõ conſtituit ipſum hæredẽ ſed animus qui ꝑ batur ex qualitate poſſeſsionis præcipuè qñ poſsidet maiorẽ vel meliorem partẽ hęreditatis ff.de acquir.hære.l. ꝑ hærede.& l.ſi is q̃ bonis.C.de repu.hære.l.j.Si tñ fieret poſitio q̃ filius poſſedit & non diceretur q̃ tanquã hæres licet filius confiteretur poſitionẽ nõ tñ cõfiteretur pro hærede geſtionẽ qa poſitio eſt indiſcreta: & nõ concludens de neceſsitate cũ oporteat poſitiões & articulos ſpecificè,& formaliter concludere ibi per Bar.& me,& Io.An.in c.literas. de præſumpt.& dixi C.de proba.in l.ſiue poſsidetis. Illud eſt certũ q̃ per poſſeſſoriũ facti poſſeſſorium iuris:id eſt de

Source : BIU Cujas

cretalis,vel iudicialis bonorum poſſeſsio non probatur nec præſumitur.vt ibi per Iaco.de Are.& Cy.niſi ſit longa poſſeſsio.quia ex longa poſſeſsione præſumuntur omnia ſolẽniter acta:vt no.C.qui admit.ad bo.poſ.l.j.per Acc.& Cy.f Oueꝛo nũquid bonorũ poſſeſsio Carboniana habeat locũ in feudis.Vide l.j.C.de Carb.edi.Et quid de bonorum poſſeſsione nomine ventris.Et videtur ꝙ ſic ar.ff.ad l.Fal.l.j.§. lex in ratione ſui.Sed pone ꝙ filius agnoſcit bonorum poſſeſsionem poſt annum,quod nõ poteſt nunquid tunc videbitur adire.Reſpondeo ſic,quia poteſt.C.de iure deliberãpuberem.g & iſtud intendit in ſumma illa lex.[h] Vlterius nota hîc ꝙ qui conſentit ſua iura perdit. †.Quærit hîc gl.multum notabiliter quid in filio emphyteutæ.Pone, Titius poſſidebat bona cuiuſdam eccleſiæ,vel alterius perſonæ iure emphyteutico & deceſsit relicto filio & filius vult repudiare hæreditatem patris & retinere ſolummodò emphyteuticа bona quæritur nunquid poſsit.Et reſpondet gl.ꝙ nõ,idẽ ergo iuris eſt in emphyteuticis & feudalib⁹.Quã gl.tene mẽti.imò tãtò plus põt dici quantò magis tranſit tale ius emphyteuticum ad ipſum filium,tanquam ad hæredem:adeò ꝙ emphyteutica in eo diſponere,& alteri relinquere poteſt quod non eſt in vaſallo.i vt ſupra,de ſuc. feu.c.j.ff.de verbo. ſignifica.l. in conuentionibus.& dixi in cap.j.§.ſed quia. qui feu.da.poſ.& latius in c.imperialem.in prin.de prohi. feu.alie.p Fede.Pet.de Cer.Iac.de Bel.hîc dicit ꝙ iſtud c.nõ procedit de iure cõi. † Dicit gl.quòd etiam de conſuetudinario iure non procedit in feudo ab interceſſoribus acquiſito,ſed in paterno tantum vt ſupra,de ſucceſ.feu.c.j.§.hoc quoque.in gl.quæ incipit quid ergo in emphyteuſi.vbi nõ ſumus de iure conſuetudinario,ſed in iure cõi ſecus eſſet quã in feudo.Sed glo.in auth.de non alie.§.emphyteuſim. coll.ix.dicit ꝙ emphyteuſis eſt ius hæreditarium quod etiã ad extraneos hæredes tranſit regulariter,niſi emphyteuſis eccleſiæ:quia tunc non tranſit ad quemlibet hæredem,ſed ab liberos: ita demum ſi ſint hæredes:ſiue deſcendant per maſculum,ſiue per fœminam. Quæ verba ſatis conſonant cum iſta gl.Nam ſi roquiritur quòd ſint hæredes non poſſunt,p parte eſſe bonorũ hęredes & ,p parte nõ.vt ff.de acq. hęred.l.j.& ij.C.de iure delibe.l. qdã eulogio. qnimo vnũ trahit ad ſe reliquũ etiã ex virtute cuiuſdam vnionis.ar.ff.de acqrẽda hære.l.qui patri.† Sed caue tibi,qa ſi iſta æquipara tio de feudo ad emphyteuſim eſſet bona ſequeretur k quòd ſi Titius recipit emphyteuſim pro ſe & liberis ſuis,& deceſsit relictis duobus filijs,quorum vnus partem ſuam emphyteuſis refutauit in manu alterius,& tandem ille cui facta eſt refutatio deceſsit inteſtatus:quòd ille qui refutauit emphyteuſim poſsit acceptare emphyteuſim,& hæreditatem fratris repudiare:vt probatur ex coniunctione duorum iurũ .ſupra ſi de feu.fuer. cõtr.c.Titius.& hîc in ptin.cũ cõcor.infrà de cap.q cur.vendi.c.ſi filius. Sed hoc eſt falſum: quia cum merò iure hæreditario deferatur ſcdm iuris ciuilis regulas,impoſsibilis eſt ſeparatio bonorum vt ff.de hære inſti.l.j.§.ſi ex fundo.& l.ſi ita quis inſtitutus fuerit excepto fundo.quod no.C.de teſta.mil.l.j.& ff.eo.l.ſi certarum. Dic ergo ſimilitudinem feudi ex emphyteuſi procedere ſecundum quid,& non ſimpliciter. †Item quæritur:pone nepos vult repudiare hæreditatem ex perſona patris,& ex perſona aui ſuccedere in feudo antiquo,nunquid poſsit.Super hoc puncto dicit Odof.in ſumma ſua quòd nõ:quia generaliter debet intelligi quòd ſi filius repudiat hęreditatem patris,non poteſt retinere feudum,ſed aperitur cohæredibus ergo loquitur in feudo paterno. Old.A duerte quia aut filius deceſsit in tali ſtatu in quo poteſt habere hæredẽ,aut non.Primo caſu ſubdiſtingue.Aut erat ei feudum quęſitũ. & tunc nepos non poteſt admitti ex perſona aui,ſed oportet quòd veniat tanquam hæres vt C.de hęre.inſti.l.ſi. Aut non erat ei quæſitum,& tunc cùm nepos non acceptat ex perſona patris tale feudum reſpectu patris nepotis eſt caducum,Vnde ſequitur quòd nepos poſsit admitti ex perſona aui.Secundo verò caſu quando pater nepotis deceſsit in tali ſtatu,quòd non poſsit habere hæredem.dico eo ipſo feudum ab hæreditate ſeparatũ eſſe:& ideò ex perſona aui obtinere poſſe.Dicit Io.de Broneſco ſicut aliàs retuli,quod ſi nepos non eſt conceptus in vita aui non poteſt venire ex perſona aui iuxta nota.C.vnde lib.l.qui ſe patris.quod non placet.quia cum liberi admittantur in infinitum,& agnati ſaltem vſque ad ſeptimum gradũ,impoſsibile eſt quòd iſti eſſent concepti tempore mortis qui fuit agnationis communis caput,& iſta impoſsibilitas apparet per rerum naturã vnde non indiget legũm probatione vt ff. de verbo.obliga. vbi autem non apparet.ver.illud dubitationem.Ibi dum dicit ipſa natura manifeſtum eſt. Nec obſtãt leges diſtinguentes tempus conceptionis:vt nota.C.de inoffi.teſta.l.ſi quis filium.in princi.quia propriè loquendo,feudum non defertur iure ciuili vel prætorio cõmuni:ſed ex beneficio Corradi:vt ſupra qui feu.da.poſ.c.j.§.cum verò,Corradus.Ibi & moribus tandem ſubſequentibus, & beneficium Corradi ampliantibus.Vel dic inſpici tenorem inueſtituræ, vtrum dicat pro ſe & ſucceſsoribus.An pro ſe & ſuis deſcẽdẽtibus vt ſupra dixi.† Demum quærit gloſſ.de duabus quæſtionibus dicitur hîc quòd ſi agnatis conſentientibus vaſallus refutat feudum in manibus domini verba ſunt tex.ſupra de vaſal.decrepi.ætaris.c.primo.quod dominus poteſt eũ qua ſi de nouo beneficio inueſtire.Pone ergo ꝙ iſte inueſtit⁹ deceſſat ſine hærede,quæritur vtrũ dicti agnati qui cõſentiũt poſsint admitti] tãquã ad feudũ ita qđ præferatur dño.Gl. ſentit iſtos cõſentiẽtes omnino excluſos,Sed tu cõſidera dictionem quaſi, quæ eſt in litera.Non enim dicit nouũ, ſed quaſi nouum:quia remanent reliquiæ veteris feudi, nec eſt in totum abolitum nomen principale feudi.Item cõſenſus præſtitus ad vnum effectum non debet operari alium effectum.vt ſuprà ſi de feu.fuerit controuerſia.c.Titius cum Sẽpronio.& C.ad Velleia.l.iubemus.Sed gl.allegat pro ſe infrà de eo qui finem fecit agnato capi.primo.Ad idem ſupra quibus modis feudum amit.cap.primo.§.pręterea.& ſuprà de alie.feu.paterni.cap.primo.à contrario ſenſu.& C.de filijsfami. quemadmodum pater pro his tenetur.l.prima.& ſecunda.lib.x.ſecundum Pe.de Cer. Dominus ergo præfertur agnatis qui nouæ inueſtituræ conſentiendo ius inueſtituræ veteris perdiderunt.ar.ff.de acquiren.poſ.l.ſi quis ante.& C.de pac.l.pacta nouiſsima.ff.loca. cum in plures.§. lege dicta.ff.de verb.obliga.l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo.ff.de præto.ſtipu.l.Valerianus.Fit enim plena nouatio à contractibus qui ſunt oppoſitæ rationis & qualitatis.Dubium mihi videtur ſtare in hoc:quia iſte conſenſus non fuit interpoſitus fauore domini: ſed ſolum fauore ipſius filij. Sed ad hoc reſpondetur quòd imò:quia per talem conſenſum fuit apertum ius domino feudanti filijs quod prius nõ habebat:quia tenebatur cõfirmare ipſis agnatis.Vnde iſtud capit.debet intelligi,quando agnati conſentientes erant tales quibus erat apertum feudũ.Secus ſi eſſent vlterius,apud quos non eſſet conſentiendi ius. Quid dicemus finaliter. Reſpondeo,aut dominus inueſtiuit filium tanquam de nouo beneficio,& eſt vera opinio gl.Idem ſi ſimpliciter:quia noua cauſa facit feudum nouum.l Aut tãquam de veteri,& tunc ius agnatorum reſeruatum puto ex vi ſermonis ,qui ſeruandus eſt:vt C.de bon.lib.l.fina. † Quærit gloſſ.de alia quæſtione vtrum inuitis agnatis poſsit dominus gratiã facere filio quòd tale feudum poſsideat abſque hæreditate paterna.& gl.inclinat quòd ſic,ſicut dicitur de filia vt ſuprà quemadmodum feud.ad fili. perti.capi.ſi quis ſine. Iſta opinio non eſt vera:quia cum per refutationem feudum ſit apertum agnatis,nihil poteſt dominus facere in eorum præiudicium:quia facere gratiam de alieno eſt quædam ſpecies furti.Item hoc ſuadet ciuilis & naturalis ratio:quia non debet alteri per alterum iniqua conditio afferri:& ideo dicẽdum eſt quòd dominus talem gratiam facere non poteſt.ar. ff.de cõtratabulas.l.ſi poſt mortem.§.fina.& ff.de pac.l.fin. & C.loca.l.ſi cum Hermes.& hoc tenet Pet.de Cer.† Quæro nunquid agnati poſſunt ratificare .& videtur quòd non niſi primò renuntiẽt feudum eis apertum in manibus domini:quia nuda voluntate non deſinit quis eſſe dominus:vt ff.de acquirenda poſſeſsione.l.ſi quis vi.§.differentia.Gloſſ. determinat contrarium.& bene. Nam in ipſo conſenſu.quę

dam

Source : BIU Cujas

dam tacita reſignatio includitur, quæ cum ſit tacita, non re
quiritur præſentia alterius. C. de pact. l. poſt diuiſionem. per
Cy. arg. ff. de acquirenda hereditate. l. illud. ff. ſi certum pet.
l. ſingularia. & ff. de pigno. l. ſi fundus. §. primo. duntamen
ratificatio non ſit erronea, vt plenè not. C. de rei vendica. l.
22 mater. † Extra quæro dicit ſtatutum quòd agnati filias de
functi excludant à ſucceſsione, nunquid filius ſororis exclu
dat filiam. & dicendum eſt quòd non: quia non eſt agnatus.
nam licet habeat iura ciuilia, & fauorabilia agnatorum, nõ
tamen habet iura extraordinaria, maximè odioſa ſtatutorũ
quia ſtatuta debent intelligi propriè ſecundum diffinitio-
nem propriam vocabuli & non impropriè. Sed ſi filius ſo-
roris ſecundum diffinitionem agnationis non eſt agnatus,
ſed per Iuſtinianum redactus ad paritatem agnatorum &
nullum ſimile eſt idem l. quod neruа. ff. depoſiti. ergo &c.
vt C. de legi. hæred. l. lex xij. tabularũ. Non enim voco hunc
agnatum re & nomine: nec re tantum ſed ſimile de quo ſta
tuto non loquitur quia argu. de ſimilibus ad ſimilia non
procedit maximè quandò induceret excluſionem contra
ius naturale. & ita fuit determinatum Bononiæ diſputando
per dominum Mar. Quæritur nunquid feudum obligetur
pro debitis vaſalli. Reſpondeo non, quia non poteſt obliga-
23 ri. † Item non tenetur quis ex contractu vel delicto alte-
rius, niſi ſit eius ſucceſſor vniuerſalis. ff. de pecu. leg. l. ſi pe-
culium. in princ. per Accur. C. de ſacroſan. eccle. auth. ingreſ
24 ſi. & auhen. ſi qua mulier. per Accur. † Sed an fructus pẽ-
dentes poſsint obligari. Reſpondeo, aut loqueris de illis,
qui mortuo vaſallo ſine hærede maſculo pertinerent ad ex
traneum hæredẽ, & *illi poſſunt obligari*: aut de illis qui per
tinerent ad dominum, vel agnatos, & illi non poſſunt obli-
gari. iſta diſtincto probatur per text. noſtrum ſatis notabi-
lem. Adde quod dicit Odofre. in ſumma ſua in penul. ru-
bricella, quod verum eſt quòd dans feudum, videtur da-
re cum omnibus fructibus extantibus. ff. de vſufru. l. ſi pen-
dentes. ff. de actio. empti. l. Iulianus. §. ſi fructibus. Odof. Fa-
cit ff. quæ in frau. credi. l. fina. §. penul. Contra de verborum
obligatio. l. ſi filius. §. fi. Sed ibi loquitur in perceptis. Odof.
vel nondum ſatis argu. ff. de vſur. ſi ſtipulatus fuero. Extrà
not. quòd licet teneatur ſtare colono, non tamen agit ad pẽ
ſionem ſine ceſsione: vt not. in l. diuortio. in prin. ſol. matri-
mo. in gloſſ. magna. Sed dicit poteſt quod quando fructus
adiudicãtur per ſententiam legis, vel quia lex diuidit non
eſt ceſsio hominis neceſſaria: quia ſententia legis habet vim
ſecandi decreti, quod habet vim ceſsionis. vt l. prima. C. de
præto. pig. Item vt circuitus euitetur. ff. de condi. indebi. l.
dominus teſtamẽto. ſed non ſic quando vaſallus moritur,
& feudum debet ad dominum peruenire. Non enim ſem-
per redit cum fructibus ſed diſtinguntur calendæ à calen-
dis. Odof. apparet ergo quòd feudum non obligatur pro de
bitis, nec fruges ipſius niſi ſecundum diſtinctionem prædi-
25 ctam. † Sed quid in penſione. Reſpondeo tota pertinet
ad locatorem, & eius hæredes. dicto §. ſi fructibus. & ff. de
vſufr. l. defuncta. Verum eſt quo ad actionem ex contractu,
tamen quòd ſi exigitur, partiri, vel reſtitui debebit ſecun-
dũ prædictã diſtinctionẽ. vt not. dicto §. & ſi nolit agere hę
res cõuenietur vt agatur. ff. loca. l. cũ in plures. §. meſſem. ff.
ad l. Rhodiã. de iactu. l. ij. in fi. ff. cõ. l. vñ quæritur. ff. de euic.
26 l. ſi res quam. † Quærit Odof. & nõ ſoluit, qd ſi feudũ alio
modo amittatur quàm morte. Ego reſpõdeo quòd fructus
pendẽtes ad eum pertinebunt, ad quem prædia. quia ita eſt
de iure communi: nec inuenitur aliud ſtatutum in feudis: cũ
iſte ſit caſus omiſſus. Quæro qd ſi vaſallus decedit poſt calẽ
das Auguſti. Rñ. dic vt dixi ſ. in titu. hîc finitur lex. §. ſi vaſal
27 lus. † Extrà quæro cõtrà ſi vaſallus dũ vadit ad ſeruitia dñi,
derobatur in itinere: an dñs teneatur ſibi *in aliquo* emen-
m dando. Reſpondeo m non. quia in hoc contractu non ve-
nit caſus fortuitus, ſed diſcretus dominus bene faceret com
patiendo ſibi ſi iuuaret eum ſaltem in remittẽdo. ff. man. l.
inter cauſas. §. non omnia. ff. de fur. l. ſi ſeruus. §. quod ve-
rò. Et vide in l. prima. C. de legi. per Odoffre. & in capitu.
ſicut. de iureiurando. per Innocentium ſic enim ſi lucrare-
tur vide in c. ſtatutũ. §. j. de reſcriptis. in vj. in gloſſ.

ADDITIONES.

a Nec apud. Vel dic quòd quando duæ qualitates requiruntur eidem ſubiecto ineſſe vt filius & hæres, non ſufficit alterum, hoc dicit iſte titulus. item qualitas intentata ad cautelam non inducit arctationem libelli vt hîc. Et quando filius habet vulgare ſubſtitutum tunc habet tacitam licentiam abſtinendi ſine fraude, tamen vt not. in l. j. C. ſi quis omiſ. cauſa teſta. per Accur. & ff. commo. l. ſi proponatur.

b Quàm ali. Quoties enim duo iura in vnius perſona concurrunt, ſi quidem lex ſtatuit quod non poſsit repudiari vnum ſine altero, loqui tur C. de iure delib. l. quidam eulogio. & hoc quo ad ipſum ius ſed quã tũ ad poſſeſsionẽ, etiã ex inualida renũtiatione perditur poſſeſsio, ſi animus eſt renũtiãdi poſſeſsioni, vt ff. de acq. poſ. l. j. §. ſi vir vxori. aliàs nõ pditur poſſeſsio, etiã ſi teneat renũtiatio ꝓprietatis reſpectu, vt ff. qui ſatiſ. co. l. ſciendum. Si verò ius non diſponit hoc: tunc patet vni iu ri renuntiarĩ, & aliud in ſuo eſſe ſeruari. vt ff. de bo. lib. l. filius.

c Dicã. Extra quæro, qd ſi extraneus eſt inſtitutus ea intentione vt ſit cuſtos bonorum nomine filij an filius dicatur inſtitutus Reſpondeo ſic & ideo ei tunc non detrahitur Trebellianica. ff. de vſu. l. in fideicõ. §. cum polidius. per Cy. & non eſt alibi.

d Dubitet. Quia certum propter incertum non defertur, vt in c. ex eo de contro. inter epiſ. & vaſallum.

e Et glo. Imò ſi pater exhæredat filium, tunc ſi iure legati ei multa relinquat, tantum iniuriam ei feciſſe cenſetur. C. de leg. l. cum quidam ſi lium. quæ lex non eſt alibi.

f Et Cy. Vide Bal. in l. ſi filius. C. de pe. hære. & in l. ſiue. C. de proba. Ang. & alios in l. quæ in alie. & pridie dixi latè in conſilio. And. Barba.

g Puberem. Vide quæ dixi in rub. C. qui admit. And. Barb.

h Illa lex. Quæro nunquid edictum diui Adri. habeat locum in feudis. Reſpon. quòd ſic, quia in illo iudicio veniunt etiã res de quibus non potuit teſtari vt res depoſitæ & commodatæ vt no. in l. edicto. de edicto diui Adri. in gloſſ. mag. ſufficit enim in his detentatio tẽpore mortis defuncti. in illo tamen edicto debet ordinatio teſtamenti in ſcriptis apparere. ea aũt quæ teſtamento nõ potuit in ſcripturam redigere vt mores, conditiones, & rerum poſſeſsio, iſta poſſunt probari per teſtes vt not. in gl. prædicta & eo. ti. in l. j. & ſi quis ageret etiã alieno nomine poſſet mandatum etiam per teſtes probare.

i In vaſallo. Et ſic apertè ſentit quòd pater non poteſt legare vni filio rum feudum & alteri, ſi idem ſentit in l. imperialẽ. infrà de prohi. alie na feu. per Fe. in verſi. quære vtrum. Idem ſentit in cap. j. de ſucc. feu. Idem voluit in l. item videndum. §. nunc videamus. ff. de pet. hær. & ibi refert Iaco. Butriga. ita determinãs ſe. Ia. de Anc. in ſua ſum. quẽ refero in conſilio illorum de ſenato. quod fecit Ferrariæ dum eſſet contro-uerſia nunc pender in facto inter illuſtres viros Iac. de Sabellis & Pen dulphum de Sabellis conſulo nunc. Andr. Barb.

k Sequeretur. Vide quę notaui ad Bart. in l. ſi tibi & Titio. ff. de verbo. obliga. Andr. Barb.

l Nouum. Vt dictum fuit in cap. primo. §. inſuper. de prohi. feu. aliena. per Federi.

m Reſpondeo. Vide quæ notaui in tex. l. qui opera. ff. ex quibus cau. ma. Andr. Barb.

An apud iudicem vel curiam domini quæ ſtio feudi debeat determinari. Rubri.

Iudices dicuntur qui ratione domiciliꝰ, vel originis propriæ, vel paternæ, vel ratione contractus, vel prorogatæ iuriſdictionis, vel ex alijs cauſis nominatis in iure habent iuriſ dictionẽ. ff. ad municip. l. aſſumptio. C. de iuriſdi. om. iudi. l. ij. per Cyn. de iudi. l. hæres abſens.

1 ☞ *Iudex quis erit ſi quæſtio feudi ſit orta inter dominũ & agnatos.*
2 *Opinio ultima uidetur approbari per gloſſam quãdo plures allegat.*
3 *Hoc uerbum quodammodo, quid importet.*
4 *Iudex poteſt denegare audientiam parti ſi negat eum habere iuriſdi. ctionem.*

1 EXeo. Diuide in tres partes. Primò thema. Secundò quæſtio. Ter tiò reſponſio. Secunda pars incipit in ver. quæſitũ. Tertia pars incipit in ver. eſt reſ ponſum. Caſus. † Vaſallus deceſsit ſine fi-lio miles quidam petijt a domino de eius feu. inueſtiri. poſt inueſtituram ſibi factam agnati ab eo feudum vendicant quaſi paternum: ipſe dicit feudum nouum eſſe quæritur coram quo cauſa debeat diffinri. Reſpondetur quòd coram paribus curiæ non coram domino, quia cauſa quodammodo ad dominium ſpectare videtur. Et licet alter per ſe non poſsit alterum tradere ad curiæ iudiciũ curia tamen eos vocante nemini licet curiæ iudicium declinare. hoc dicit. Curiæ debetur honor & reuerentia de

Source : BIU Cujas

conſilio iudicis vide extrà de iudi.c.j. per doc.Not.q̃ quã do cauſa eſt præiudicalis domino ex eo quòd ex ſua ſententia imminet ei fauor, vel præiudicium,non cognoſcit ipſe dominus nec eius curia ſcilicet complexiuè, vel cõpulſiuè.Sed pares habent eligi in quibus ſcilicet omnis ſuſpicio eſſet,& ipſi ſic electi iudicabunt & perperam citatus nõ tenetur comparere.Dicit Acc.ff.de ver.ſig.l.qui neque.
2 Acc. † Opp.nam ſi cauſa eſt quaſi propria domini,non debent cognoſcere pares,ſed iudex vel arbiter: vt ſuprà de lege Corra.cap.ſi inter.So.dicunt quidam q̃ iſtud c.corrigit illud:quia lex poſterior corrigit priorem.Certè nos videmus hoc non ſolum in legibus,ſed etiam in opinionibus gloſſarũ.quia vlti.opinio corrigit primã correctione probabili,non dico neceſſaria vt no. Pe.C.de ſumma trini.l. cunctos populos.licet Cy.ibi derideat gl.Accurſij. Dicit enim quòd ſemper vltima opi.intelligitur eſſe opinio Iuriſconſulti,vel doctoris:vt no.ff.ad Trebellianum.l.qui filiũ.§. Sabinus. Alij dicunt quòd in lege contraria vterque prætendebat feudum proprium.id eſt nouum: hîc verò vnus prætendebat nouum alter antiquum. Sed quæ hæc eſt ratio diuerſitatis non aſsignant eam,Sed fortè hæc põt eſſe ratio,quia dominus factum ſuum vult tueri.ar.in cap. vlt.de teſti.lib.vj.Et ideò preſumitur eſſe fauorabilior pro eo,qui prætendit feudum ab ipſo iuxta notata in ſimili.ff. de iure fiſc.l.deferre.§.idem decreuerunt.Iſta ratio concludit quòd non cognoſceret dominus.Item quòd non cognoſceret curia ſua tota ſimul quia præſumitur eſſe nimis fauorabilis domino ſed tamen non ſoluit contrariũ:quia hîc pares in contrario iudices loci cognoſcebant. Dicit enim hîc quòd vbi domino imminet periculum euictionis cognoſcunt pares.Ibi dicit q̃ cognoſcit ordinarius loci, vel arbiter. Dic ergo q̃ aut declinatur iuriſdictio parium propter aliquam rationabilem ſuſpicionem quam ſufficit allegare dummodo ſit veriſimilis,vt not.C.de iudicijs.l. apertiſsimi. & tunc cognoſcit ordinarius. Aut non allegatur aliqua ſuſpicio vel cauſa,& tunc cognoſcunt pares vnde in feudis ordinarius eſt ſubſidiarius iudex in defectum parium.Alij aliter dicũt.Opponitur quod iſte dominus cognoſcat vt infrà de prohibi.feu.aliena.per Federicũ capitu primo.præterea ſi de feudo. Solu. Aut eſt quæſtio tangens præiudicium domini, & non cognoſcit de ipſa aut non tangit præiudiciũ dñi & tunc cognoſcit de ipſa:& ita intelligitur lex cõtraria.ad hoc facit ff.ad muni.
a l.de iure.& quod ibi not.a Nam iudex repellitur non ſolum propter intereſſe ipſius totale,ſed etiam propter intereſſe particulariter burſale ipſius iudicis:vt not.ibi. Caue tibi tamen,quia ibi loquitur quando dubium eſt de iuriſdictione.Sed quando eſt certum non repellitur ordinarius propter cõmoda iuriſdictionis:ſed bene repelleretur propter commoda vel incommoda contractus,vel delicti:vt ff.de iuriſd. om.iu.l.qui iuriſdictioni.ſed quando eſt dubiũ de iuriſdictione, nõ poteſt in caſu dubij pronuntiare ſe iu
3 dicem.Et ita intelligitur illa notabilis gloſſ.† Quæro quid
b eſt dictum quodammodo cauſa &c. Reſpondeo b quando immediatè pertinet ad aliquod periculum,tunc eſt propriè ſua:ſed quando mediatè tunc nõ eſt propriè cauſa ſua ſed quodammodo ſua: vt ff.ſi.regun.l.eos.& inſti.de teſta. §.legatarijs.Ioan.An.dicit quòd aut eſt quæſtio de iuriſdictione,aut reſpectu alterius cauſæ.Primo caſu nemo iudicat ſuam eſſe iuriſdictionem ſimpliciter.Secundo caſu ſic quia ſufficit eſſe dubium de ipſa,ſed in primo caſu oportet ipſam probari:vt in c.ſtatutum §.ſancimus.in gl.quæ incipit pro aduocatis.de reſcript.in ſexto.& not.illam gl. Et not.quòd quatuor ſunt curiæ in feudis,ſcilicet curia ipſius domini,id eſt coram perſona ipſius,curia omnium partium complexiuè,curia partium electorum,curia iudi
4 cis ordinarij.arbiter verò non habet curiam.† Extrà nota quòd ſi tu negas me iudicem cum ſim,quod poſſum tibi tanquam rebelli & contumaci denegare audientiam, &
c iuriſdictionẽ:vt no.in capitulo Cumana de.elec.per Inno.c & in lege ſed & ſi per prętorem.§.ſed,ſi dum decreto.ff.ex qui.cauſis maiores.& de dolo & contu.cũqui.lib.vj.

ADDITIONES.

a Ibi notatur.Nota intellectum ad gl.de iure.ff.ad munici.vide eundem Bal.in l.imperialem.§.prætereà in feudo.de prohibi.alie.feu.per Fede.And.Barb.

b Reſpondeo.Vide Bal.in l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.And.Barb:

c Inno.Si quis negat me iudicem cum ſim, poſſum eum punire tanquam contumacem:quod limita,niſi dixerit, non conſentio niſi quatenus de iure debeo,quia tunc non poteſt mulctari:ita ſingulariter dicit Innocẽ.in prælegat.c.Cumana.licet ibi aliter dicat do. Anto.vide Ang.in l.non videtur.ff.de iudic tia dicit ſe practicaſſe cõtra magnum aduocatum.vide Bald.in c.j.de mili.vaſal.qui contu.eſt.And.Barb.

Qualiter dominus proprietate feudi priuetur. Rubr.

1 *Sentẽtia priuatiua requiritur,licet euidẽs & notoria culpa ſit.*
2 *Emphyteuta ſi promiſit domino duos denarios ſub pœna centum,non ſeruando pacta:an etiam ipſe dominus incidat in pœnam.*
4 *An autem adiectio iſtius pœnæ ualeat.*
5 *Eccleſia an priuetur feudo ſi committat feloniam contra uaſallum.*
9 *Dominus non debet committere feloniam contra uaſallum licet uaſallus non teneatur ei fidelitatem iurare.*
10 *Et ibi quæ ſit natura pœnarum.*
11 *Deus nõ facit differentiã inter ſimplicẽ loquelam & iuramentum.*

EX facto. Caſus.Quæritur an dominus propter feloniã commiſſam in vaſallum feudi proprietate priuetur ſicut econtrario vaſallus feudo. Reſpondeo ſic.Sed aliſ aliter di-
1 cunt hoc dicit.*Apertam feloniam.* †Not. hîc optimum tex.licet euidens & notoria ſit culpa tamẽ requiritur ſententia priuatiua. Et ſic not.q̃ vbi requiritur miniſterium iudicis in priuando notorium pro ſententia
a non habetur.a Quidam dicunt quòd vbi culpa eſt notoria etiam iudex ordinarius poteſt cognoſcere & denuntiare priuatum:quia ſecũdũ eos non requiritur priuatio. Nam decretalis dicit quòd ſi habentes feudum ab eccleſia faciunt ſtatutum contra libertatem eccleſiæ quòd iudex delegatus ab ordinario eos priuatos fore denuntiat:quia per eorum ſtatuta erat delictum eorum notorium: vt in cap. graue.in fi.de ſenten.excõ.ſed ibi erat priũatio iuris, & de iure id eſt, ipſo facto.& iudex qui mandabat erat Papa, qui etiam in ratione feudi,eſt iudex ſuper feudis omnium eccleſiarum.Item quia crimen erat canonicum ſeu mixtũ, vt C.de ſac.ſan.eccle.l.placet.in fin.& auth.caſſa & irrita. eodem tit.In quo crimine cumulatur forum foro.Et etiã dici poteſt quòd executio ſententiæ latæ à iure videatur commiſſa eſſe ordinarijs locorum,imo ordinarijs cauſarum,& in ſubſidium ordinarijs locorum.Ex *omni*.ſcilicet quæ cadat in dolum,& contra legem feudi,& ſume hîc ar
2 gumentũ.† Pone emphyteuta promiſit domino nomine cenſus duos denarios in anno,ſub pœna centũ librarũ: de mũ dominus venit contra pacta.vtrum teneatur ad ſimilem pœnam.& eſt hîc ar.q̃ ſic.ſ.C.de indi.vidui.l.fi.In cõtrariũ:quia iſtud pactũ ex vna parte tantum eſt pœnale,nõ ex altera:vt ff.de arbi.l.ſed & ſi interpellatur.§.ſi ex alte-
b ra.& hæc vera, b non obſtãte iſta litera:quia hîc loquitur in pœna legali ar.in l.j.C.de cupreſsis ex loco dã.*li.x Secus* in conuentionali:quia non eſt noſtrum conuentionẽ extendere:vt ff.de fideiuſſoribus.lege *fideiuſſores* magiſtratuum.§.pro Aurelio.Sicut enim non extenditur de tempore ad tẽpus:vt ff.de pactis.lege epiſtola.§.finali.C.locati. lege ſi cum Hermes.Ita nec de re ad rem,nec de perſona ad perſonam.ar.ff.de teſta. *mil.l.miles* itaque hæredem.§.
3 & quæ diximus.† Sed poſſet dubitari vtrũ adiectio iſtius pœnæ valeret:& videtur q̃ nõ,quia videtur adiecta in fraudem vſurarum.Item pœna circa vinculum ſtipulationis non debetur vt ff.de ſer.expor.l.ſeruus.In contrarium videtur ff. de tranſac.l qui fidem.& l. pacto conuento.ff de contrahen.emp.Dic valere.Nam iſta adiectio pœnæ reſpicit alium effectum videlicet q̃ non poſsit expelli.vnde videtur adiecta loco expulſionis,& ſic loco facti.ar.C.de pactis

Source : BIU Cujas

4 pac.conuen.l.ſi.& no.in l.ij.C.de iure emphyteu. † Sed po ne quod dicit ſi non ſoluero ſimplum ſoluam duplum vel triplum. Reſpondeo qñ per nomina multiplicatiua pœna apponitur iſta non petitur vt pœna,ſed vt augmẽtatio pẽ ſionis.ar.ff.de vſur.l.pecuniæ funebris.§.fi.ſi res erat digna
5 tanta mercede. † Ex hoc infero,ſi rem valentem centum vendo tibi pro qninquaginta,pacto appoſito,ꝙ ſi non ſolueris ad talem diẽ,ſolues centũ,vel iuſtũ pretium.ꝙ iſta nõ
c eſt vſura: ſed augmẽtatio pretij:quod tene menti.[c] † Pone
6 ꝙ res quæ valebat centum vendita fuit pro decẽ,eo pacto vt ſi in Paſchate nõ ſoluerentur, adimpleatur iuſtũ pretiũ an habeat locum l.ij.de reſcin.ven.Rñdeo non:quia ſufficit
7 prouiſio cõtrahentium. † Quid ſi renuntiat emptor illi le gi,vtrum videatur renũtiare venditor.Reſpõdeo non.C.ad
8 Vell.l.iubem⁹.de pact.l.ſi vnus.§.in ſumma.† Pone ꝙ prælatus eccleſiæ cum toto capitulo facit feloniam contra vaſallum eccleſiæ.Vel pone ꝙ Papa qui eſt omnia & ſuper omnia,vtrum eccleſia priuabitur iuriſdictione ſua.& videtur ꝙ ſic,ne maleficium remaneat impunitum.C.de ſacroſanctis eccleſijs.l.iubemus nullam. Rñdeo in Papa ꝙ quic quid vult legis habeat vigorem:& ideo eccleſia non perdit iura ſua.Sed in alijs prælatis:dic vt notatur in d.l.iubemus. & adde quod no.in l.ſi dolo.ff.ſi quis omiſ.cauſa teſta.per Accur.*Priuaretur*.i. cuicũq; applicaretur, tamẽ pœna domi ni applicatur vaſallo aliter à ſeruitute ſeruitiorum non poſſet liberari.Porro domin⁹ qui abutitur dñio, indignũ ſe facit nominari:vt l.ij.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iuris. *Vel nõ*.
9 † Not. ꝙ ſi vaſallus non tenetur fidelitatẽ iurare.& ideò nõ iurat eã dño tamẽ nõ ideo minus dñs eſt obligatus vaſallo ad fidei conformitatẽ.i.ad non cõmittendã feloniam. Sed ſi vaſallus debuiſſet iurare fidelitatẽ & requiſitus à dño non iuraſſet,tunc dñs non incideret in pœnã:quia qui nõ facit
10 quod debet non recipit quod oportet. † Iſta enim natura eſt pœnarum ſiue legalium,ſiue cõuentionaliũ:ꝙ niſi petens pœnã probet ex ſua parte debitũ implemẽtũ cõtractus,à pœnæ petitione repellitur qa liquida debet eſſe cauſa vt pœna petatur:vt ff.loc.l.quęro.§.inter locatorẽ.& no. ff.de iureiur.l & ſi nõ fuerit.& in l.j.C.de his quæ pœnæ nomine.Porrò in prædictis liquidiſsima debet eſſe probatio.vt ff.de condit.& demon.l.in teſtamento.el primo. Et ſi nõ conſtat de principali,nec etiã de pœnali & alterato prin pali non committitur pœna.Text.eſt ibi ſingularis dicit Iac. de Bel. *Per ſacramentum uel non ſacramentum*. Si per pactum ibi remiſſum eſt ſacramentũ aliàs ſecus putarem ſi dominus fecit,vel paratus eſt facere inueſtituram. & ipſe recuſat facere fidelitatem.vt ſuprà per quos fiat inueſti.c.nulla.& quæ fuit prima cauſa benefi.amit.§.eſt & alia. Et caue tibi quia gloſ. malè intellexit iſtam literã.Iac. Bel.Imo bene dixit,quia ſine iuramento vaſallus iudicare non debet.C.de iudi.l.rem
11 nouam.tamen fidem debet ſibi quæ debetur.† Sic deus nõ facit differentiam inter ſimplicem loquelam,& iuramentũ: & tamen quandoque requiritur iuramentũ ad ſolennitatẽ actus vt in textu.Nam Deus vult eſſe teſtis ad terrorem,ne quis falſum iuret vel iudicet contra iuſtitiam:cum tã teſtis quàm iudex loquantur,vt Deus ſi loquũtur prout loqui debent quoniam veritas eſt ipſe Deus.vt in c.cum æterni.de re iudi.lib.vj.& not.in c.cum eſſes.de teſta.in nouella.Vnde Deus in iſtis non ſolum cogitationibus, ſed actibus vult inuiſibiliter intereſſe.vt C.de iudi.l. properandũ.§. ſinautem reus.

ADDITIONES.

a Non habetur.In c.j.ibi & ſic nota. vbi requiratur *miniſterium iudicis* in priuando notorium quod no.pro limitatione gl.l.emptorem. ff.de act.empt. Vide Bal.in l.j. C.de ſecund. nupt.& l. iubemus.§. ſanè de ſacroſan.eccle. Vide quod no.in ca.cum ſecundum.de hær.in vj. vbi ſemper requiritur ſententia declaratoria.Fallit tamen in caſu notabili extra de off.ordi.cap.ordinarius.§.quòd ſi fortè.in vj.& ibi Dominicũ. Andreas Barba.

b Vera. Et ſic limita.l.ſi.C.de indi.vidui.Vide gl.in ca.breui.de iureiu. quæ videtur dicere contrarium. Vide quę ibi dixi. Andreas Barbaci.

c Menti.Not.pro intellectu eorũ,quæ not.in l.cum ſeruus.de cõdi. & demonſt.& l.cum allegas.de vſu. C.& le.rogaſti.§.ſi vndecim. ff. ſi certum petat. Andreas Barb.

d Repellitur.Not.elegantem doctrinam & fuit alleg.per dominũ meũ hoc anno in quæſtione promiſerat quis ſub pœna defenſare aliquem ſub pœna in lite,nec ab ea diſcedere,nec rem alienare:modo rem alienauit & à lite diſceſsit,aduerſarius promiſerat expenſas modo agit ad pœnam:fuit dictum ꝙ liquidò debebat probare expenſas ſe obtuliſſe, vel ſoluiſſe ad hoc,vt poſſet petere pœnam ordi.cogita quia eſt notabile ſi eſt verum,quia ſi iſta pœna petitur vt intereſſe & in locum eius ſuccedit. Vide Lu.Ro.incõſ.ſuo lxxiiij.qđ incipit in cauſa nobilis.vbi dicit ꝙ in executione ſententiæ non põt opponi exceptio non obſeruati contractus.vide Lud.Ro.conſi.ccxlj.vbi conſuluit ꝙ ſi tranſigens nõ ſeruat conuentionem licitum eſt alteri fallere etiam ſi iuraſſet. Vide Ioan.de Imol.conſil.xlj.vbi idem dicit.Vide Bal.in l.ſtipulationem.ff. de iure dot.vbi dicit ꝙ agens ex contractu,debet probare ſe impleuiſſe contractum.allegat l.ſi non fuerit.ff.de iureiuran.And.Barba.

De feudo non habente propriam feudi naturam. Rub.

1 ☞ *Pactum ampliatum debet extenſionem operari.*
2 *Emens iure proprio an teneatur facere aliquem recognitionem domino.*
3 *Et ibi quid ſit emere iure proprio.*
4 *Vendere rem,uel ius quod habeo in re:an ſit differentia.*
5 *Emens ignoranter à feudatario an poſſit præſcribere.*
6 *Vaſallus ſi recipit pretium an illud debeat teneri nomine feudi.*

SI quis miles. miles accepit caſtrum in feudũ à Duce, vt ipſe & ſui hæredes qbus dederit illud habeãt:quæritur an hoc feudum habeat propriã naturam feudi. Rñ.non: quia alienare poteſt feudum vaſallus indiſtinctè & ille in quem alienauerit non tñ retinebit pro feudo.Sciendum tamen eſt ꝙ vaſallus ex eiſdem cauſis amittit feudum ex quibus feudũ amittitur hoc dicit. Vt *ipſe*,id eſt in perſona ipſius eſt feudũ,& idẽ in pſona hæredũ.*Dederit*. No.ꝙ iſtud verbũ poteſt,ſimpliciter poſitũ ſignificat quomodocũque dederit. Vnde poteſt vendere,donare,permutare,in dotem dare:& de eo teſtari.Et ſic nota verbum ampliatiuum reſtrictionẽ non recipere. *Datum à vaſallo*. vbi ſic vult dicere ꝙ ille,cui datur in feudum habebit in feudũ:& ille cui datur ad libellũ,habebit ad libellũ,& ille cui datur ad ꝓpriũ,habebit ad proprium.Et ſic nota ꝙ taliter operatur potentia,qualiter actus eſt ſubſecutus. *Amittas*.No.ꝙ licet poſsit alienari proprietas,non tñ eſt proprietas franca à culpis delicti:ſed puto ꝙ ſit franca à culpis contractus,vt licet non fiant ſeruitia,quæ debentur ex contractu, non perdatur feudum,ſed ſi committantur maleficia feudum amittitur:Alij dicunt indiſtinctè,ꝙ ſiue ſit felonia delicti,ſiue cõtractus quam vaſallus cõmittat,feudum emptor amittat. Et ſic eſt reperire proprietatem anomalã habentẽ feudi naturã.Alij dicunt,poſtquàm proprietas eſt alienata nunquã culpa vaſalli nocet emptori,quia emptor non tam habet cauſam à vaſallo,quàm à dño qui dedit ei hanc poteſtatem qđ patet quia transfertur proprietas & poſſeſsio naturalis
1 & ciuilis ſecundum Iac.Bel. *Vbi ergo*. † No.ꝙ pactũ amplia tiuum debet extẽſionẽ operari.Itẽ no.ꝙ per pactum recedit à propria natura,& ſic pactũ vincit naturã.Dicit Dy. ꝙ ꝓpria natura feudi eſt vt alienari non poſsit,à qua natura ſiue ſubſtantia poteſt per pactum recedi,vt contractu.ff.de
2 pac.l.paciſci.† Quæro nunquid ille qui emit iure proprio teneatur facere aliquam recognitionẽ dño. Rñ.non obligatoriam,ſed aſſertoriam:quia poteſt dñi intereſſe.ar.eorum quæ no.ff.ſo.ma.l.ij.in gl.quæ incipit *dixi* qñ.& C.de li.cauſa.l.ſicut datam. †Quęrit gl.quid proderit hîc emere iure
3 proprio.Rñdeo,quia poterit alienare ſimiliter iure proprio ſine requiſitione alicuius.Item quia habet directum dñium Itẽ quia habet naturalem & ciuilem poſſeſsionem quãquã
4 gl.dubitet.Fm Iac.Bel.† Quæro vtrum ſit differentia dicere vẽdo tibi rẽ,& dicere vẽdo tibi ius quod habeo in re.Reſpõdeo ſic:quia in primo caſu videtur vẽdita ipſa proprietas. in ſecũdo caſu videtur vẽditũ ipſum feudũ cũ poteſtate alienandi proprietatem.Sic ergo iſta poteſtas poterit alteri cõcedi:vt no.Bar.in l.ij.ff.de no.ope.nũtia. Sed nunquid em

Source : BIU Cujas

ptor poterit appropriare ſibijpſi:dicendo ergo volo eſſe ille proprietarius.eſt arg.quòd non.ff.man.l.ſi tibi mandauero.
5 §.ſi tibi centum.† Quærit gloſſ.vtrũ ille qui ignorans emit à feudatario poſsit præſcribere & glo.non ſoluit Iac.de Bel. dicit ℘ ſi tertius eſt dominus procedit præſcriptio,ſed cõtra infeudantem.Sed ſi vaſallus à principio acquiſiuit vtile dominiũ non poteſt præſcribere.quia per præſcriptionem acquiritur vtile,ſed illud iam habet:ergo illud non præſcribit:vt ff.de vſuc.l.ſequitur.§.lana. Tu dic quòd iſta dominia non ſunt eiuſdem qualitatis, nam vtile quod habet ex licita alienatione iure feudi,ſubalternatur directo,& perditur ex multis cauſis.Sed ius quod habet ex præſcriptione vincit directum vt non perdatur ex illis cauſis:& ideò præſcribere poteſt,cum per præſcriptionem augeatur effectus. vt ff.de capt.l.in bello.§.ſi quis ſeruum.non dico quòd hîc præſcribatur firmitas dominij præcedentis,quia nõ eſt eiuſdem ſpeciei:ſed præſcribitur plenius dominium quod euacuat minus plenum.argu.ff.ad l.Fal.l.in fundo.& ff.de hære. inſti.l.iij.§.qui fideicommiſſa.& l.ſi ita ſcriptum fuerit Titius.Item nõ concurrunt in idem tempus iſta duo vtilia dominia,quia ſuperueniente ſecundo primum annihilatur.
6 † Quæro nunquid pretium quod recepit vaſallus,debeat teneri nomine feudi.Reſpondeo non,quia feudum non conſiſtit in pecunia,ſed debebit fortè conuerti in emptionem ſimilis rei,quæ teneatur loco feudi ad hoc,vt ſi vaſallus delinquat dominus ſit ſecurtor.arg.ſuprà de inueſti.de re alie. fa.circa prin.& ſi de feu.vaſal.c.j.verſ.& ſuper negotio.qđ mihi non placet:quia receſſum eſt à ſimplicitate feudi, per formam de nouo datã.arg.ff.de fideiuſ.l.ſtipulatus es opus. Itẽ ℘ hoc ff.de leg.iij.l.pater.§.quindecim. & C.de remiſ. pig.l.fi.Item nec ſuccedit pretium loco rei,quia cauſa non eſt lucratiua,vt C.de rei.ven.l.mater.& ff.ſi cer.pet.l.ſi cum ſeruum.Iac.de Bel.dicit quod præcedẽs opinio æquior eſt Sed tu dic ℘ ſecunda verior, quia primum feudum non eſt omnino extra naturã feudi,& dominus pro vno feudo non debet habere duo feuda.

De eo qui finem fecit agnato de feudo paterno. Rubr.

1 ☞ *Verba dubia ad ius referri debent.*
2 *Clauſula iſta,cui dederit,quid importat.*
3 *Pactum quod dominus recipit prodeſt agnato abſenti.*
4 *Renuntiari iuri futuro mediante pacto poteſt.*

TRes erant. Tres erant agnati, vnus eorum habebat feudum paternum,alter eorum fecit finem & refutationem ſibi & ſuis hæredibus,& cui id dederit.moritur poſteà qui feudum habet:agnatus qui non refutauit petit totum,alter verò qui refutauit petit totum vel partẽ, eo pacto ℘ fecit non obſtante quæritur an obſtet exceptio pacti. Reſpondetur ℘ non obſtat dictum pactũ.quia perſonale fuit,ſed ſi pactum eſſet reale,vel ſi refutauerit vt dominus eum quaſi de nouo beneficio inueſtiret,tunc pactum obſtaret,nec ſuccederet in feudũ.h.d. *Vnus eorum.* Hoc potuit eſſe ex diuiſione vel alio modo.arg.infrà ti.j.c.j.ibi
1 dũmodo &c.Pe.de Cer. *Iſte.*ſ.tenens feudũ cui factus erat finis,& refutatio. Dyn.† *Pacto nõ obſtante.*i.ad hũc caſum ſe nõ extendente,licet tñ hoc allegaret poterat dubitari vtrum in dubio finis & refutatio cenſeretur in rem vel in perſonam. vt ff.de pac.l.iuregentium.§.pactorum.& quia non refutauit in manibus dñi,ſed in manibus agnati tenentis,videtur feudum preſumi pactum in perſonam.i.quo ad recipiẽtem & ſuos hæredes,non quo ad alium agnatũ qui de mero iure paciſci non poterat.Et ℘ videatur in dubio perſonalis,eſt de mente gl.in c.j.Imperator Lotharius.per An. de Iſer.in.c.j.de vaſ. decre. æta.Verba enim dubia ad merum
2 ius referri debent.ar.ff.de vſur.l.ſi ſtipulatus.& ff.de leg.j.l. huiuſmodi.in prin.ff.ad Treb.l.debitor.§.finali. † Sed in contrarium faciunt illa verba, & cui dederit nam illa verba ſunt extenſiua & realia.Sed ad hoc reſpondetur ℘ licet fuerit data hæc poteſtas:tamen vaſallus non fuit hac poteſtate vſus argu.ff.de arbi.l.non diſtinguemus.§.ſi cum dies. &c. *Omnimodo.* Supple & in manibus domini. Poteſt enim in ſuũ præiudicium in manibus domini ex toto renuntiare quæ renuntiatio habet vim pacti. & ideò valet ſuper iure de futuro & C.de pac.l.conditionis incertũ.per quam renuntiationem accreſcit alteri agnato. ar. ff. de inoffi. teſta. l.qui repudiantis.quia qui non admittitur ad partem non facit partem.ff.de contrahen.emp.l. fundus ille.Alij habẽt in litera domino refutauit. De *nouo.*quod potuit fieri nouũ in prejudicium refutantis:& ideò refutans non ſuccedit fratri. Et not.illa verba tex.finem & refutationẽ,quæ quoti-
a die apponuntur in inſtrumentis.a Item facit iſte tex.ad not.
3 per doct.ff.de verb.obli.l.qui Romæ.§.duo fratres. † Item no.℘ pactum quod recipit dominus prodeſt agnato abſenti.Ad hoc facit qđ notatur ff.de li.leg.l.nõ ſolũ.§.ſi liberationis verba.ſed in cõtrariũ facit ℘ no.ff.de pac.l.idẽ in duob*.
b Sed tu dicas ℘ hîc in §.ſi liberationis b verba. erat refutatio vel quaſi:ſed in l.idẽ in duobus erat pactum de non petendo.
4 † Iam ego dixi quòd iuri de futuro non poteſt renuntiari ſimpliciter, ſed oportet quòd tranſeat in pactum ſaltem tacitum. Dic quòd hic prodeſt alij agnato per quandam conſequentiam,quia refutans eximitur de medio.Certẽ quomodo illæ gloſſæ contrariæ debeant concordari diuerſæ ſunt opiniones. Nam Bartol.tenet gloſſ.quæ eſt in dicta l.idem in duobus.quidam alij tenent gl.contrariam. per l.poſtquã liti.C.de pac.& plenè no.per Cy.C.de nõ nume. pec.l.generaliter.& tãgitur per Gul.ff.de neg.geſt.l. Pomponius ſcribit.Certè capitulum noſtrum non tangit materiam illarum gloſſarum quia ibi erat abſens debitor.hîc creditori non præiudicatur per renuntiationem, ſed potius augetur effectus iure abſentis per concurrentis perſonæ excluſionem &c.

ADDITIONES.

a Inſtrumentis.De iſta refutatione vide Bal.in l.quid ergo.§.ſi contrarium.ff de contra.tutel. And.Barb.
b §.Si liberationis.Tene menti pro intellectu gl.§.ſi liberationis. Et vide vnum nouum,& eſt Bal.in l.j.C.de li.& eo.lib.& vide tex. ſingulare,& ibi Bal.in l.ſi tutor.ſ.de libe.leg.And. Barb.

De natura ſucceſsionis feudi. Rubr.

1 ☞ *Aſcendens non ſuccedit deſcendenti in feudum.*
2 *Teſtator ſi dixerit,ſi filius meus ſine hærede deceſſerit, intelligitur, id eſt,ſine liberis.*
3 *Succedunt plures in feudo ſi ueniatur ad ſuccedendum uaſallo, & ſint in pari gradu.*

SVcceſsionis. Diuide in duas partes. Primò determinatur clarè quæ perſonæ ſuccedere debeant in feudum. Secundò ponitur quædam quęſtio dubitabilis circa ius ſuccedendi in feudum. ſecunda incipit in §. dummodo ciſas. Caſus.Aſcendentes non ſuccedunt in feudum,ſed deſcendentes maſculi ſuccedunt in infinitum.Filia autem non ſuccedit niſi ex pacto,vel *niſi* feudum ſit fœmineum.Et dicitur paternum feudum quod à ſuperioribus eſt acquiſitum. Caſus.*Miles* quidam habens beneficium, deceſsit ſuperſtitibus quatuor filijs,& ex diuiſione eorum ad vnum peruenit feudum:deceſsit etiam iſte ſuperſtitibus duobus,vel tribus filijs.ex quorum diuiſione peruenit ad vnum feudum.Itẽ moritur & iſte ſuperſtitibus duobus ad vnum peruenit ex diuiſione ad feudũ præfatum:nunc moritur iſte vltimus ſine liberis.quæritur quis ſuccedere debeat. Reſpondetur quòd omnes qui ex linea ſunt ex qua iſte fuit qui vltimò moritur ſuccedunt in feudum. Etſi nulli ſuperſunt,tunc omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur hoc dicit.
1 † Nota quòd aſcendens non ſucceſsit in feudo deſcendentis

Source : BIU Cujas

tis.& ratio eſt virtus verborum expreſſorum,vel ſubintellectorum,nam aut exprimitur hæres aut tacitè ſubintelligitur.hæres aũt ponitur pro filio,id eſt ꝓ deſcendente ſecun-
2 dum ordinem gradus. † Et not.quòd ille qui vult inuenire gradum debet inuenire ſtipitem:vt no. C.de ſucceſ. edic.l.ſi auiæ frater.Item not. quòd vna perſona abſolutè poſita non facit gradum, ſed relatiuè poſita facit gradum
a ſecundum Iaco. But.ibidem. Et hoc facit ad quæſtionem.[a] Dixit teſtator.Si filius meus ſine hærede deceſſerit,quòd intelligitur id eſt ſine liberis : ſubſtituo Titium & eius hæredes.Nam iſtud verbum hæredes,non cõprehendit patrem Titij,& multò minus extraneum.nam talia ſunt ſubiecta qualia prædicata demonſtrant.vt ff.de interrog.act.l.ſi de fenſor.Item quia non præſumitur teſtator fatuus,& ſine ratione intellectus.Eſſet autem ſtultus ſi excluderet extraneos hæredes filij:& maximè cõiunctos propter extraneos hæredes ſubſtituti arg.ff.de condit. & demonſtr.l.Publius. §.j.Et ideo Spe.dicit quod nomen hæredis in vltima volũtate appoſitum in ſubſtitutione non ſignificat alios quàm deſcendentes,vt in Spec.de teſta.§.in primis.ver.ſi.& in tit. de locato.§.nunc aliqua.ver.ideò,licet in contractibus & in legibus regulariter ſignificet omnem directo ſuccedentem in vniuerſum ius quod defunctus habuit:vt C.de hære.inſti.l.fi.& ff.de condit.& demon.l.ſub diuerſis.§.j.& ff.
3 de eden.l.quendam.§.his autem. † Secundò nota quòd quando plures lineæ veniunt ad ſucceedendum in locum alicuius vaſalli omnes lineę dum tamen ſint in pari gradu, pariter ſuccedunt,ex quo apparet quòd eum nomen lineę ſit comprehenſiuum,quòd ſucceedũt in ſtirpes & non in capita. Quod intelligo verum ſine dubio,quando nepotes ſuccedũt cum patruis, quia oportet tunc quod veniant in ingrediendo locum paternum.ſed quando obeuntibus patruis veniũt per ſe & iure ſuo:dicit Iac.de Bel.quòd iſti fratres patrueles eorum patruo ſine hærede defuncto ſucedunt in capita ſiue pro numero perſonarũ & tamen ſi ſunt tres perſonæ,ponam⁹ duo ex vno fratre,& vnus ex altero, & deficeret vnus ex illis tribus,accreſceret proprijs fratribus,& non fratri patrueli per hunc tex. Sed alij dicunt ꝙ patrueles ſuccedunt in ſtirpes,ſed abinde ſuprà ſuccedunt in capita tenentes opinionem Accur.qui hîc ponit in allodialibus dicentis quòd idem ſit in feudalibus cum in conſuetudine feudorum non reperiatur expreſſum.Iſta quæſtio vt aliàs dixi eſt dubia propter diuerſas opiniones do-
b ctorum. b Antiqui doctores qui fuerunt ante Accurſium omnes tenebant,quòd in capita ſequentes opinionem Azonis.ſed ſequentes opinionem Accur.habuerunt de iſta quęſtione dicere quòd in ſtirpes:& ego in dubijs opinionibus in conſulendo multum ſequor glo.ordinariam:quia non
c poſſum adhærere meliori.[c] Cætera per te vide in gl.hîc ſic poſita quæ clara eſt.

ADDITIONES.

a Quæſtionem. Vide Barto.& Bal.in l.gallus.§.j.ff.de lib.& poſth. And.Barba.

b Doctorum. Vide Bal.in ca.j.ſupra de gradi.vbi ſimile verbum refert,& ibi eſt caſus notabilis pro iſta quæſtio.And.Barba.

c Meliori. Nota quòd in dubijs opinionibus eſt in hærẽdum gloſſ: & in l.cum hæreditas.C.depo.dicit,quòd authoritas gloſſ.omnes alias anteceſſit. facit quod ipſe Bald.no.in lege prima ad ſi.ff.de vulgar. & pupilla.& in l.precibus.C.de impu.& in Authen.ceſſante.C.de legit. hær.Saly.in l.traditionibus.C.de pac.Iaco.But.in l.j.C.qui pro ſua iuriſ.Bal.in ſuo pecu.Vide Ange.in l.ſi idem cum eodem.ad fin.ff.de iur. om.iu.vbi dicit quòd vbi nõ habemus legẽ ſufficit allegare authoritatem maiorum.Vide Ange.in l.ſecunda.ff.de accu.vbi dicit quòd in conſulendo non recedas ab opi.gloſſ. Vide quæ dixi in c.ne imitaris.de conſti. Vide Bal.in l.ſi.§.neceſſitate.de bo.quę lib.vbi dicit adhęreas Odof. veritati.prima gloſſ.& in perpetuum non errabis.vide Bar.in conſil. viij.quod incipit Andriolus.vbi dicit do tibi gloſſ.ordinariam à qua nõ eſt recedendum in conſulendo cum ipſe melius cæteris dixerit & ideò dixit Iaco.Butri.& in dicta lege prima.C.qui pro ſua iuriſ.non eſſe recedendum ab opinione gloſſ.niſi conſuetudo eſſet in contrarium.Et ſic vide quod gloſſ.rumpit gloſſ.ſi eſt obſeruata, facit glo.in lege.dos à patre.C.ſoluto matrimonio.cum l.aſſiduis.C.qui po.in pig.habe.& l.fina.C.de do.Vide.Bald.in lege ſecunda.C.de ſen.quæ ſine cer.quan. & ibi dicit Salyc.quod qui neſcit quietare firmat ſe ſuper actione ita debet ſe firmare ſuper opi.gloſſ. Vide Bald.in capitulo primo.de gra. ſuc.in feu.vide Ioan.de Imol.in capitulo,cum contingat.de iureiura. vbi dicit tenendam eſſe opi.gloſſ.per id quod voluit But.in dicta lege prima.Vide Bald.in lege finali.C.de pœna iudic.qui ma.iudi.vbi dicit quod ſi iudex tenet ſolitas opi.non præſumitur pro ſua ſcientia ideò non recedas ab opin. ſapientum maximè gloſſarum:vide Bald.in capitulo contingit.de do & contu.vbi dicit quod Bartolus ſomniauit quod accidit volentibus infringere opi.gloſſarum.Vid Baldum in capitulo primo.§.iudices.de pac.iur.fir.vbi dicit quod propter opinionem doctorum non debemus recedere in opinionibus approbatis.allegat Io. Monachus in capitulo cupientes,de elect.& dicit etiam ibi Bald.quod non debemus recedere à tex.gloſſæ.Vide Cy.in l.prima.C.de act.& obligationibus.quæ dicit quod gloſſ.eſt idolum iuris.facit quod voluit Bart.in l.vt vim.ff.de iuſti.& iur.Io.de Imol.in cap.ij.quod metus cau.Ioannes Imol.in ca.paſtoralis.in fi.prin.dixit quod prævalet opi. glo.opinionibus Inno.And.Barba.

De capitaneo qui curiam vendidit, an intelligatur vendidiſſe beneficium. Rubrica.

Dictum eſt ſupra titulo. de lege Corradi. capitulo primo.§.ex eadem lege,quod dominus poteſt alienare feudum cum curia. Verum quia dubitatur, an ſimpliciter vendendo curiam videatur vendere feudum, vt ſic tacitè cõtineatur ſub ipſa venditione:ideò ſubijcit hanc rubricam.Pet.de Cer.

1 *Curia uendita,non intelliguntur uẽdita feuda quæ intra curiam alijs erant conceſſa.*
2 *Caſtrum ſi concedatur cum ſuis pertinentijs,quid hoc importat.*
3 *Quid ſi conceſsit cum ſuis finibus & iuribus ad ipſum pertinentibus.*
4 *Ciuitas & fiſcus qualiter differunt.*
5 *Caſtrum ſi alicui datur à principe,an ueniat merum & mixtum imperium.*
6 *Et an recognoſcens ſe caſtrum retinere ab aliquo, uideatur recognoſcere territorium & iuriſdictionem.*
7 *Recognitio interrumpit præſcriptionem.*
8 *Vſus & conſuetudo ſunt attendenda in expoſitione uocabulorum.*
9 *Donata re uendita an ueniant adiacentia.*
10 *Immunitas ſi conceditur ciuitati non uenit caſtrum.*
11 *Accedat qualiter unum ad aliud,dic pluribus modis.*
12 *Recognoſcens quicquid talis habet in tali ciuitate excepta tali domo,quid importet.*
13 *Exceptionis uirtus quotupl ex eſt.*
14 *Recognitio rei feudalis an faciat illam tranſire in titulum feudi, cum nulla ſit inueſtitura.*
15 *Feudatarius an debeat habere bona quæ ueniunt publicanda,ſi in feudum ſit conceſſum caſtrum cum quarta omnium obuentionum.*
16 *Vendens omnes poſſeſſiones quas in caſtro habet,an uideatur uendidiſſe iuriſdictionem.*
17 *Vaſallus qui tenet feudum francum & liberum à Barone,an teneatur ire cum eo ad exercitum.*
18 *Gratia non uitiatur ſi delictum præuenit gratiam.*
19 *Inſidiæ contra dominum habentur pro delicto conſummato.*
20 *Feudo dato an renuntiari poſsit inuito domino.*

QVidam capitaneus. Caſus.Capitaneus quidam in curte ſua beneficium militi dedit,poſteà vendidit curtem ſimpliciter,non habita mentione debeneficio quæritur an beneficium cedat in venditione. Reſpondetur quòd non : niſi de eo nominatim actum ſit.hoc dicit.Vendita vniuerſitate non videntur vendita ea,quæ prius alijs ſunt conceſſa & ab ipſo vniuerſitatis corpore ſeparata.hoc dicit. Et hoc niſi tota curia, vel maior pars alteri eſſet infeudata:quia non debet venditio exinaniri.argumento ff.de fundo inſtructo.lege fundus. qui locatus, Digeſtis de contrahenda emptione.lege domum. Et natura nominum collectiuorum & vniuerſalium eſt omnia includere,quæ non inueniuntur excluſa. Digeſtis.de petritione hæreditatis.lege & non tantum.& ff.de rei vendi.l.Marcellus. Nos aliter dicimus quòd bono

Source : BIU Cujas

rum poſſeſsio includit iura directa, quæ competierunt defuncto, licet ipſa ſucceſsio, quæ eſt iſtius hæredis, & non fuit in bonis defuncti ſit vtilis, vt notatur ff. de bono. poſſeſ. hæreditatis petitione. l. ij per Dy. insti. de act. §. ſed iſtæ. & in l. j. C. vnde leg. per Cy. & adde quod no. ff. ad Treb. l. quia proinde. *Capitaneus.* Quis dicatur capitaneus dic vt ſuprà q̃ feu. da. poſ. circa prin. & ſuprà quis dicatur dux, march. Comes. c. j. *Curte.* quam tenet in feudum ab Imperatore, vel Rege, vel Marchione, Duce, vel Comite, vt dictis titulis apparet. *Vendidit.* ſenſu domini aliàs non valet. vt infra de prohi. feu. alie. per Fede. c. j. & reuertitur ad dominum vt ibi patet. No. hîc quòd in generali alienatione non cõtinetur feudum. facit ſuprà, ſi de feu. fue. contro. c. j. Not. quòd vendita curia non intelliguntur vendita feuda quæ intra curiam alijs erãt
1 conceſſa, nec ipſum ius vaſallorum. † Sed contra opponitur, quia vendita curia videtur vendita cum ſuis iuribus & pertinentijs quibuſcunq; vt C. de bo. vacan. l. ſi quãdo lib. x. & ff. de act. emp. l. creditor. in prin. & §. fi. quia curia eſt nomen vniuerſale. Et quicquid dominus intra curiam tenet, & curiæ annexum eſt nomine curiæ ſignificatur: quia in vniuerſali ſermone omnia veniunt, niſi ſpecialiter excipiantur. vt ff. de ver. obli. l. quicquid aſtringendæ. primo reſponſo. & C. de dot. promiſ. l. fi. Præterea talia feuda pars curiæ ſunt, & ſolo cedunt: vt ff. de cõtrahen. emp. l. in modicis. Præterea beneficium videtur ineſſe curiæ tanquam pars in toto: ergo curia vendita & tradita, & beneficium videtur eſſe venditũ, & traditum: aliàs non videretur curia tradita parte retenta. vt ff. de dolo. l. eleganter. §. non ſolum. & ff. de ver. obli. qui vſufru. in prin. & l. in executionibus. §. antepenultimo. eo. tit. & de excep. rei iudi. l. ſi quis cum totum. Item non eſt aliquid perfectum niſi ex omnibus ſuis partibus conſtet. vt ff. de origi. iur. l. j. Item quia de toto fuit cogitatum, vnde nihil detrahi poteſt. alioquin ad nihilum redigeretur venditio. argu. ff. de contrahen. emp. l. in lege. In cõtrarium tamen videtur caſus expreſſus in hoc capitulo. Sed aduerte quia quædã ſunt quæ conſueuerunt vendi, & iſta includuntur in venditione generali, nec enim debet eadem res diuerſo iure cẽſeri. vt ff. de vſucap. l. eum qui ædes. Quædam ſunt, quæ non cõſueuerunt vendi tamen cum vniuerſitate transferuntur ex poteſtate quam habet venditor iure proprio. vt ff. de contrahẽ. emp. l. in modicis. Quædam ſunt in quibus oportet quòd venditor habeat licentiam à ſuperiori domino ſpecialem, & iſta non includuntur quantum ad alienationis effectum: vt hîc tamen ſi venditor fuit ſciens tenetur emptori quãto mi-
2 noris eſſet empturus. ff. de act. empt. l. Iulianus. † Modò hîc quęritur de tali quęſtione: Imperator cõceſsit mihi aliquod caſtrum hoc modo, cõcedo Baldo tale caſtrum cũ ſuis pertinentijs, modo quæritur vtrum videtur mihi cõceſsiſſe molendina dicti caſtri. Reſpondeo, aut mihi conceſsit ſolam iuriſdictionem, & non veniunt molendina. Nam licet caſtrum ſit ſub Imperatore, tamen molendina non ſunt Imperatoris: vt ff. de contrahenda empt. l. ſed & Celſus. & not. de molendinis communis Bono. ff. de verb. ſig. inter publica. per Accur. Aut conceſsit mihi caſtrum cum pertinentijs ſuis, & auribus ad ipſum caſtrum pertinentibus: & tunc molendina veniunt acceſſoriè, niſi eſſent molendina priuatarũ perſonarũ. arg. ff. de precar. l. ſi adoptauero. Et hoc ſatis euidenter notatur in gl. ordinaria notabiliter hîc poſita. quam tene menti. Porrò in conceſsione generali vel indefinita in titu. lucratiuo nunquam venit niſi ius quod habet cõceſſor. ff. de condi. & demon. l. Publius. §. j. Et eſt ſciendum quòd dominus Iaco. Butr. diſputauit iſtam quæſtionem non reuocando in dubio potentiam cõcedentis. Commune Mutiñ. per ſindicum legitimè ordinatum conceſsit, & tranſtulit ciuitatẽ Mutiñ. cuidã Marchioni. quæritur an per hoc tranſeant molendina ciuitatis præfatæ in dominiũ marchionis, & arguit ad partem affirmatiuam quòd ſic: quia qui profert ſingulas eius partes: ſiue ſit totum vniuerſale, ſiue integrale, ſed molendina ſunt pars ciuitatis: quia inter cætera ædificia ſunt, ergo ſub appellatiõe ciuitatis cedũt. vt ff. de leg. j. l. ſi tibi homo. §. cum fundus. & l. cum fundus. de lega. ij. ff. de leg. iij. l. prædiſs. §. pe. & ff. de fun. inſtru. l. Seiæ. §. Tyrannæ. Secũ dò, quia ſi molendina non eſſent ciuitatis, pars tamen ſunt ſub poteſtate & dominio ciuitatis, ergo tranſeunt. Itẽ molendina ſunt pars pertinentiarum. vt extrà de exceptio. c. cũ venerabilis. §. porrò. ergo tranſire debent per quandã conſequentiam. vt inſtitu. de acquiſi. per arro. & ff. de adopt. l. ſi arrogator. & l. his verbis. Tertiò, quia molendina reſpiciũt ciuitatem ſicut acceſſorium reſpicit principale. vt ff. de contrahen. emp. l. ſi aquæductus. ff. de actio. empt. l. in venditione. Quartò, quia nomine ciuitatis cõtinetur territorium. vt l. i. §. cum vrbem. de offi. præfec. vrb. Sed molendina ſunt de territorio, ergo &c. Quintò, quia ciuitas eſt nomen collectiuum & vniuerſale, vnde molendina ciuitatis appellatione debent includi. Sextò, quia ſunt duo quorum vnum cõmodè non poteſt eſſe ſine altero, maiori conceſſo videtur conceſſum id quod minus eſt. vt ff. loc. l. ſed addes. §. ſi quis mulierem. Septimò, quia ciuitas ſignificat quoddam ſtructum, & inſtructum ex pluribus ad communem viuendi neceſsitatem, ſed molendina ſunt quoddam inſtrumentum ad neceſ-
3 ſitatem viuendi, ergo cedunt in legato. † Octauò, quia qui concedit locũ cum ſuis finibus videtur concedere quicquid intra fines continetur. ff. de cõtrahen. empt. l. qui fundum. §. ſi fundus. ff. de actio. emp. l. fundi nihil Non videtur caſus in iſto c. de capitaneo qui curiam vendidit. cum gl. ſua. In contrarium arguit ſic. molendina non ſunt ciuitas, nec pars ciuitatis, nec aliquid habent cõmune cum ciuitate, maximè in prædicamento ſubſtantiæ: ergo non continentur ſub ciuitate: vt ff. de penu leg. l. nam quod liquidè. & l. ij. ff. de verb. ſigni. Secũdò, quia ſuppoſito quòd ciuitas poſsit habere proprium, tamen tale eſt ac ſi quis adoptaret aliquem hodie cuius bona non tranſeunt in dominium adoptãtis. vt C. de adop. l. cum iam in adoptiuis. Nec obſtat argumẽtum de arrogato: quia ille mutat tranſeundo in plenam poteſtatẽ arrogatoris: ſed iſta ciuitas non ſic mutat ſtatum quin poſsit habere propriũ. vt ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine. l.
4 ciuitates. † Tertiò, quia aliud eſt ciuitas, aliud fiſcus, ſiue dominus, nec enim ſunt vnum & idem vt l. j. C. de bon. vacan. lib. x. & per Bart. in l. j. C. de iure fiſci. & Gulielmum de Cuneo in l. iampridem. C. cõmunia. de vſucap. Quartò conceſſo ſeruo non intelligitur conceſſum peculium, vt ff. de peculio. lege ſumma cum ratione. §. emptor. Quintò, quia appellatio ciuitatis ambigua eſt, quando ponitur localiter, & reſpicit territorium, ergo in ambiguo fit interpretatio cõtra eum qui nititur ad acquirendum. vt ff. de pact. l. veteribus. Sextò, quia ciuitas poteſt habere proprium, vnde licet tranſeat in tutelam alterius, non ideo perdit ſuarum rerum dominium, ſicut nec eccleſia quæ tranſit in tutelam prælati. vt ff. pro emptore. l. qui fundum. §. ſi tutor. Septimò, quia ſeparata ſunt ſignificata & voces ſignificãtes, ergo vnum non cedit alteri. vt ff. de ſeruitu. vrban. prædio. l. ſi domus. Item quia ſeparata corpora ſunt ergo de vno ad aliud non infertur. vt ff. de excepti. l. ſed ſi ante. & ff. de pactis. l. ſi vnus. §. in ſumma. & C. de donatio. inter virum & vxorem. l. ſi maritus. Soluendo dixit Iacob. Butriga. quòd tranſacta ciuitate in iuriſdictione, & dominio Marchionis, molendina quæ ſunt peculium ciuitatis apud ipſam ciuitatem remanent, & non videntur eſſe translata, ſed iuriſdictiones quæ pertinebant ad ipſum concedentem videntur eſſe translatæ. Ego idem in molendinis dico, quòd in iuriſdictione ſi molendina erant in dominio concedentis ſicut ipſa ciuitas, ſecus ſi ad ipſam ciuitatem pertinebant iure priuato. vt per gloſſ. l. inter publica. ff. de verborum ſignificatione. Et hoc ſi verba conceſsionis patiantur, nã ſi de ſola ciuitate facta eſſet mentio molendina quæ eſſent extra ciuitatem non venirent in conceſsione. vt dicta l. nam quod liquidè. §. cuique Romæ. & in capitulo ſi ciuitas. de ſententia excommunicationis. li-
5 bro ſexto. † Item ſcias quòd dominus Odofred. formatquæſtionem vtrum in generali donatione alicuius caſtri vel loci quam facit princeps alicui merum imperium tranſferatur. Et poſt diuerſas allegationes pro & contra determinat quòd ſic: quia beneficium principis debet largiſsimè interpretari. vt C. de princip. agenr. in rebus. lege hac ſaluberrima. libro duodecimo. Item quia merum & mixtum Imperium

Source : BIU Cujas

rium videtur adhærere administrationi quàm rõne territo
rij habet, vt C.vbi & apud quos in integ.resti.fie.posl.fi.C.
de fun.limi.l.quicunq;.lib.xj, vt pote ei adiacens siue cohæ
rens vt ff.de actio.emp.l.creditor.§.vlt.de leg.iij.l.prædijs.
§.balneas. & §.qui domũ.& §.fin.de fund.instru.l.Seiæ.§.
Tyrannæ, & hoc ad similitudinem eorum quę debẽtur ad
rem: vel quę debentur rei quæ ipsam rem comitãtur quo-
cũque alienentur. vt ff.de serui.rust.præd.l.via constitui.§.
quicunque.& ff.de vsucap.l.si aliena.§.j.quia princeps in
cõcedendo castrum & territorium videtur concedere quã
dam vniuersitatem prædiorum intra fines positorum. vt ff.
de ver.signi.l.pupillus.§.territorium. Cùm autem vniuersi
tas conceditur omnia etiam incorporalia veniunt. vt ff.
de verbo.signi.l.princeps. Et ideò dicit Innoc. ꝙ villa &
castrum sunt quędam nomina vniuersitatem quandam
designantia, quæ in se cõtinent iurisdictionem, honorem,
& districtum, & iuspatronatus. extrà de iurepatronatus.
c.ex literis. & ibi notatur per eum. vnde etiam in specie nõ
transibilia cum ista vniuersitate trãsferuntur, vt ff.de con-
trahend.empt.in modicis. & de acquiren. rerum domini, l.
quędam. & extrà de re iudi.c.cũ Bertol. Vltimò hoc pro-
batur per l.j.§.cũ vrbem.ff.de offic.præfec.vrb.& lxiij.di-
stin.ego Ludouicus. & c.tibi domino. & xcvj.dist. Constã-
tinus. extrà qui fil.sint leg. per venerabilẽ. Et in hac opinio-
ne fuit Host.in summa de iurepa. & in summa de off.& po
6 te. iudic.de leg.§.qui delegati.circa finem. † Oldr.de Lau-
de. item quæsijt, an recognoscẽs se castrum retinere in feu
dum ab aliquo videatur recognoscere territorium, & iu-
risdictionem territorij. Et arguit primò quòd sic: quia ca-
strum & territorium quoddam totum constituunt inter
certos fines positum. vt ff.de verbo. signifi.l.pupillus.§.ter-
a ritorium.a Non ergo debet hic totum diuerso iure censeri.
ff.de vsucapio.l.eum qui ædes. ne huius totius pars libera
alteri subancillari videatur. vt ff.de libe.caus.l.duobus. &
ff.de exceptione rei iudi.l.iudicare. Secundò, quia territo-
rium castri subiacet castro. vt ff.de adopt.l.si pater. & arg.
C.de peculio eius qui libertatem meruit.l.j. Tertiò, quia
accessorium sequitur principale. vt ff.commo.l si vt certo.
§.vsque adeò.ff.de instl.l.cuiuscunque. §.penul.ff.mand.l.
idémque.§.Papinian. sed territorium habet se ad castrum
quemadmodũ accessorium ad principale, quod apparet:
quia qui præficitur vni & alteri.vj.q.iiij.si quis Episcopus
in aliquibus. Quartò, quia constat territorium castri im-
mediatè ipsi castro coniunctum, nam vbi in medio non est
aliquid quod eorum vnitatem impediat, totum eidem do
mino seruit.argu.ff.de serui.rusti.l.qui cella.§.vlti. sic ergo
recognito principali vt castro, & connexum, siue coniun-
ctum, vt territorium recognitum esse videtur. vt ff.de act.
emp.l.creditor.§.vlti.& l.si mercedem.§.j.de legat.iij.§.in
prædijs §.balneas. cum §.sequenti. facit gl.xij.q.ij.§.fin.&
gl.in l.olimpico.ff.de ser.vrb.præd.& per Inno.in c.ex lite
ris.de iurepat. Quintò, hoc idem apparet. Imperator com
misit sic vrbem prefecto vrbis de territorio quòd appareat
nihil dicens: & tamen lex arguit quòd territorium præfe-
cto vrbis videtur esse commissum. vt ff.de offi. præfec. vrb.
l.j.§.in initio. Item & episcopus dicitur esse ciuitatis epi-
scopus, & tamen est episcopus diœcesis. vt extrà de religi.
domi.c.de Zenodochijs. Sextò videtur casus.ff.si seruitus
vendicetur.l.si testatrix.§.j. Septimò quia omne id quod re
spicit vel includit principale, respicit & includit omne id
quod dependet ab illo: vt C.de codic.l.j. sed iurisdictio in
territorio dependet ex iurisdictione in castro quasi à capi-
te, sicut aqua quæ ex castello ducitur, ex castello depẽdet
vt ff.de aqua quoti.& æsti.l.j.§.ait prætor.& §.quod ex ca-
stello. Octauò, quia iurisdictio castri & territorij in se vna
est & incorporalis, & per consequens indiuisibilis. vt ff.de
verb.obl.l.stipulationes non diuiduntur. in prin. de serui.
rusti.prædio.l.vna est via. Ergo recognitio castri, & conces
sio iurisdictionis nõ est circa partẽ, sed potius circa ipsam
3 an populus possit restituere infamem. Respondeo, non per viam indulgentiæ, sed eo quòd sit damnatus iniustè, bene potest in integrũ restituere. vt ff. de postu. l. j. §. de qua. & hoc est verum, quando magistratus illius populi habet authoritatem à populo ex consuetudine, vel priuilegio. Secus si à principe illum magistratum confirmante, quia tunc populus non potest restituere in integrum, cum ab ipso populo non videatur emanare condemnatio, sed ab ipso principe per interpositam personam magistratus municipalis, vnde factum maiori authoritate non potest infringi à minori potestate. materiam verò actionis iniuriarum explicat Cyn. C. de iniur. l. domum. & dic vt ibi per Cyn. & in l. si non conui-
4 tij. † Quæro vtrum quando iniuria non habet titulum criminis specialem, accusatio iniuriarum sit publica. Respondet glos. quòd non. ff. de priuat. deli. l. fina. Sed Barto. dicit quòd aut venit imponenda pœna pecuniaria, & quilibet potest accusare. allegat quod not. ff. de popu. acti. in rubri. nam hic vertitur publica vtilitas, sed si veniret imponenda pœna corporalis, secus esset: quia hîc vertitur publica seueritas. Quid ergo si pœna est arbitraria, ita quòd iudex potest imponere personalem, vel pecuniariã prout ei videbitur. Quare dicas non esse publicũ crimen: quia nõ est. lege cautum vt ff. de præuar. i. iij. in fin. Non ob. illa glos. de popularibus action. quia ibi loquitur quando delictum purgatur per popularem actionem quæ est ciuilis. hîc quando per crimina-
5 lem accusationem quæ est odiosa. † Quæro si iniuria fit vassallis meis an possim agere actione iniuriarum. Respondeo. ex hoc facto duplex iniuria oritur, scilicet, quæ fit vassallis. nam si concernit bursale eorum commodum, & istam intentare non possum, quia non sum eorum procurator, nec habeo mandatum à lege, quia nulla lex hoc dicit. Alia est iniuria quæ concernit me & interesse meum applicandum bursæ meæ. & istam possum intentare. hoc not. Innocentius extrà de appellationib. capitulo dilectus. Quæro vtrum in actione iniuriarum concludat libellus ad interesse, & an stetur sacramento. Respondeo. dic de hoc vt not. ff. de iniur. l. prætor edixit. §. quid ergo. & l. iniuriarum æstimatio. Quæro an si damnũ sit iniuriosè datum possit criminaliter quis accusari. Glos. nota. dicit quòd sic in dic. l. vltim. ff. de priuato delicto. quòd est intelligendum, quando est damnum datum dolo, vel lata culpa vel fortè leui. secus si leuissima. nam pro leuissima culpa non oritur actio criminalis in aliquo delicto mundi: vt eleganter not. Cyn. de episcopis & clericis. l. si quis non dicam rapere. Quæro si partiales sibi-inuicem inferunt iniurias & damna, nunquid teneantur ad resarcionem damnorum, & ad æstimationem iniuriæ. Respondeo sic. scilicet illa pars quę iniustè regit, vt extrà de iniurijs. cap. in nostra. & not. in capit. vltimo. quod met. causa.
6 per Innocent. † Quæro an iniuriam factam ciuitati possunt remittere Antiani illius ciuitatis. Respondeo nõ, quia non possunt donare, sed requiritur concilium ciuitatis: vt ff.
7 quod vi aut clam. l. prohibere. §. planè. † Quæro vtrum in iuria remissa in foro pœnitentiali possit intentari in foro iudiciali. Respondeo vt not. institut. de iniur. §. finali. Vel dic quòd aut facta est plena remissio: aut solius rancoris: aut dubitatur. Primo casu non potest agi, quia per sacerdotem tãquam per publicam personam potest acquiri absenti. vt l. j. §. ius publicum. de iusti. & iur. extra de sepulc. cap. parochiano. Secundo casu potest agi. Tertio casu idem, quia nõ præsumitur donare æstimationem iniuriæ, sed dimittere maleuolentiam animi pro quo facit xc. disti. c. si quis cõtristatus. xxiij. q. iiij. c. cum in l. Mat. ca. v. Luc. vj. quod tenetur remittere maleuolentiam, sed non actionem. Vel distingue in dubio inter personam, & personam. nam perfecti intelligun-

Source : BIU Cujas

tur velle ſeruare Euangelium quo cauetur quòd debemus dimittere debita debitoribus noſtris:vt no.ff.de infa.l.furti. §.pactus.De iſta quæſtione not. Gul.de Cun.ff.de pac.l.ſi ti bi x. Quæro nunquid actio iniuriarũ poſsit cedi. Reſpond. dic vt not.in l.fi.C.de hære.vel actio.ven. Quæro vtrum actio iniuriarum dicatur eſſe in bonis noſtris.Reſpon. dic vt
c no.ff.de col.bo.l.cum emancipati.§. emancipatis filijs. [c] Et no.quòd quædã habemus,quæ tamen in bonis noſtris non ſunt,vt ius adeũdi. vt ff.ad le.Fal.pretia rerum. & legitur & not.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.in gl.non ſoluit niſi glo.
8 & in l.ſi quis ita hære.de condi.inſti. *Sed furtum.* †Hîc quæro an de iure cõmuni quo vtimur circunſcripto.l.Federici pro vno furto enormi poſsit fur non famoſus furcis ſuſpẽdi. Re
d ſpon.ſic. [d] vt not.per Cy.C.de ſer.fug.authẽ.ſed nouo iure. & adde quod not.in l.pe.ff.de condi.ob cau.per Accur. vbi dicit glo.quòd furtum etiam capitale eſt priuatum delictũ. Dicit Dy.q̃ propter publicam vtilitatem,& in priuatis poſſunt extranei accuſare.ff.de publi.l.licitatio.§.quod illicitè. per Dyn. Dicit Accur.quòd iura fiſcalia poteſt intentare in ſubſidium quilibet idoneus.ff.de bono.poſſeſ.l.iij.§.à mu-
9 nicipibus.†Item famoſi latrones furcis ſuſpenduntur, Item piratæ & ſimiles:& in dicta authen.ſed nouo iure ſuſpẽdun tur verſus eum locum vbi furati ſunt.vt ff.de pœnis.l.capitalium.§.famoſos.Item ſacrilegi. vt ff.ad legem Iuliam pecula.lib.vj.§.j.Item transfugæ ad hoſtes.Item renuntiantes concilia principis.Item actor ſeditionis vel tumultus. vt ff. de re militar.l.iij.§.is qui.ff.de pœnis.l.ſi quis alius.§.j.& ij. Item ſeruus regis qui mortem intulerit alicui, debet ſuſpen di ſupra foſſam ipſius mortui:vt in Lombarda,de cul.ſer.l.j.
e & de homi.lib.homi.l.ſi ſeruus Regis. Item principes [e] populi adorantes falſos Deos ſuſpenduntur in patibulis cõtra ſolem.Et ita poteſt dici quòd Reges & principes hoſtium ſi deprehenduntur,quòd debeant ſuſpendi in patibulis,ſed vltra eandem diem non debent morari.Numeri cap.xvj. & Deuteronomij cap.x.& Ioſuæ cap.x.Iacob.de domino Ardi.in fi.ſummæ ſuæ.& ex hoc apparet quòd ſchiſmatici qui adorant falſam eccleſiam,ſi in bello capiuntur, debent fur-
10 ca ſuſpendi.†Quęro quam ſatisfactionem de rapinis ſuis,& malè ablatis poſſunt facere prædones & raptores, qui in pe ſtiferis ſocietatibus conuerſantur. Reſpon. frater Raymun dus de Penna Forti ponit hoc in ij.libro ſui operis ſub titu. de forma reſtitutionum:& dicit quòd talia conſignãda ſunt epiſcopis locorum vbi fuit facta rapina,& illi debent fideliter diſtribuere in redemptionem captiuorum,vel alimen ta pauperum.ad quod vide in authenti.omnes peregrini.§. commu.de ſucceſſ.& in l.id quod pauperibus.C. de epiſ. & cler.Dicit etiam quòd ſi filij talium delinquentiũ eſſent pau peres,ponit eis epiſcopus aliquam partem concedere amore Dei.& fortè totum ſecundum Rayn. Iſta ergo incerta,& malè ablata fauore animæ pertinent ad diſtributionem epi ſcoporum.vt extrà de Iudæ.c. cum ſit. ſed de iure ciuili non ſunt dimittenda filijs, nec epiſcopis, ſed applicantur fiſco: quia ſcelere quæſita ſunt fiſci:vt ff.de cal.l.in hæredem.ff.de iur. fiſ. l. Lucius. Quæro an falſus procurator facit furtum manifeſtum.& videtur quòd ſic:quia inter præſentes.Contrarium eſt verum,quia dominus rei ignorat. & ideò in fur to eum apprehendere non videtur.nam nec etiam ibi eſt ac clamatio.text.eſt C. de fur.l.falſus. in fi. & vide ff. de fur. l.ſi quis in ſeruitute.vbi bonus text. Quæro de famulis ſcholarium qui faciunt eis quædam furtiua: an ex hoc dicantur fu res: & nunquid pro multis paruis poſsit quis tanquã famo-
f ſus furca ſuſpendi.dic vt no.per gloſſ. f & extrà.C de fur.l.
g antiquos.§.fin. [g] Quæro vtrum furtũ dicatur propriè ſpoliatio.Dic vt not.ff.de fur.l.itaque fullo.in prin.ff.de acquir. poſſ.l.rem quæ nobis.& l.ſi rem mobilem.C.de agri.& cen ſi.colo.li.xj.& ff.de ſtatulib. l. Sticho libertus.Quæro an cõ mittat furtum ille qui recipit fructus beneficij qui priuatus eſt de iure.Reſpon.ſic vt ff.de condi.inde.l.ſi vrbana. de ele. dudum.el.ij.de præben. c.de mulcta. Sed opp. quia furtum debet fieri alicui qui poſsideat, aliàs non eſt furtum. vt ff. de vſuca.l.ſi homo.& ff.ſi quis teſt.li.eſſe iuſ.fue.l.j.§. Scæuo la.& no.C.de fur.c.ſi abducta. Sed reſpondeo quia hic bene

fiet poſſeſſori eccleſiæ,de hoc per Inn.in d.c.dudum.& in d. c.de mulcta.& de iureiur.ſicut.ad quod & vide no.in c.licet epiſcopus de præben.in vj.& in c. inter quatuor.de maio.& obe. Quæro an res amiſſæ per furtum probentur per ſolum
h iuramentum.§.Reſpon.dic [h] vt no.Inn.extrà quod me.cau ſa.c.fi.& quod no.inſti.de verbo.obli.C.pe.& C.vnde vi.l.ſi quando.& in l.j.§.iſta depoſiti. Quæro an actio furti mani feſti fuerit introducta per l.xij.tab.Reſpõ.ſic.vt no.ff.de admi.tu.l.tres tutores. Item gl.dicit ibi quòd adminiſtratio mi
11 tigat delictum,concord.ff.de publi.l.ſi multi. †Quæro aliquis cum armis fecit rapinam Peruſiæ poſtea cum re rapta captus eſt Mediolani, vtrum debeat puniri tãquam latro an tanquam ſimplex fur cum ibi non fecerit rapinam.an nullo
i modo.Dicit Bart.i quòd debet puniri Mediolani,quia contractat ſub nouo dominio. nam dominiũ non ſolum eſt corporeum,ſed iuriſdictionis:vt ipſe not.ff.de fur.l.ſi dominiũ. ar.l.qui furem.ff. de ſta. Sed per hoc non apparet an debeat puniri tanquam latro,an tanquam ſimplex fur. nam in Mediolano repræſentatur ſimplex contractatio, & non vis armorum, quæ eſt inſeparabilis à ſuo loco. In cõtrarium facit quia Mediolani capitur vt pfugus.& ideo aut debet remitti ad locum delicti, aut puniri ſecundum ſtatuta illius loci, vt in authen.vt nul.iudi.§. ſi quis verò comprehenſorum. Alij dicunt quòd non poteſt puniri Mediolani: quia cõtractatio quæ fit ibi eſt continuata,non inchoata delicti. Eſt enim fur tum delictum actu permanens,& ſi actu tranſiens donec vi tium ſit purgatum,& hoc quia vna eſt res,& animus continuatus.vt no.ff.de actio.& obl.l.pe.& ff.de fur.l.inficiando. §.infans.Sed hæc opi.non videtur vera.ar.C.de præſcri.lõ. temp.l.fi.& quia ſaltem ex generali arbitrio quod habent iudices,per l.cõgruit.ff.de offi.præſi. magiſtratus debet etiam purgare prouinciam malis hominibus vndecunque ſint. vt l.iij.ff.e.tit.& quia à iure communi datur eis hæc iuriſdictio & attribuitur eis hoc officium,videtur quòd debeat ſecundum ius cõmune puniri, quia delictum eſt cõmiſſum in Romano ſolo vt l.ij.C.vbi ſena.vel cla.& l.ij.C.de eunu. & proceditur non per viam ſtatuti,ſed ex generali poteſtate,l.congruit.vel dic vt plenius examinaui in l. cunctos populos.C. de ſum. tri. Sed nunquid iudex vbi habet ius commune & ſtatutum loci,poſsit ſeruare quod velit.Reſpon.ſi iurat ſeruare ſtatuta,non poteſt ſeruare ius commune ſtatuti contrarium,vt no.in Spe.de pœna te.li.§.fi. quia ſtatuta ſunt præciſi iuris.Quæſiuit Ia.Bu. ſi ſtatuto cauetur quòd iudex maleficiorum inquirat in loco maleficij, & vnus in aliquo territorio eſt captus, in altero territorio eſt diſpoliatus quis dicatur locus maleficij.In quo pũcto ego dico quòd eatenus, quatenus in ſuo territorio eſt cõpromiſſum poterit cognoſcere:nam delictum habet plures partes diuiſibiles.Item iuriſdictio & pœna diuiſionem recipiunt. ff. de ſtipulat. ſer. ſi ſeruus communis Mæuij & caſtrenſis peculij.§.vlti. & C.de fur.l.apud antiquos. & idem hoc caſu dico de inſultu & feri ta. ſi inſultus eſt inchoatus in vno territorio, & continuato inſultu,vel fuga facta eſt ferita,vel homicidium in alio territorio.nam hic non confunditur inſultus propter diuerſitatem territorij.Et adde quod no. Mon.ff.de adul.l. quod ait lex.Quæro vtrum valeat ſtatutum,quòd contumax,& ſola contumacia,non conſtando aliter de crimine poſsit con-
k demnari ad mortem.dicit Spec. [k] quòd ſic in tit.de fideiuſſ. Item dicit Ioan.in c.veritatis. in fin. de do. & contu. in nouel.& ita ſeruatur prout ibi in l.Diuº. ff.de cuſto. re.per Bar.
12 †Quærunt Doc.an dicatur percuſſus in eccleſia,qui per mã tellum quod extra pendebat tractus eſt extra eccleſiã & percuſſus Io.An.de immu.eccle.in c.fi.in nouel.dicit quòd nõ, quia aliud eſt trahere,aliud eſt percutere.& diſcrepant ad inuicem natura & effectu:vt l.neque de furt.ff. ne quis eum.l. ſed eximendi.No.enim q̃ quando actus non terminatur ad vnum terminum,nec ad vnam ſpeciem delicti,ibi eſt plura-
l litas etiam pœnarum.l Sed quando terminatur ad vnum finem,ibi ſunt duo propter vnum.ideò vtrobique tantum v-
13 num. † Quero qualiter debet puniri ille qui abſcindit alicui membrum.Reſpondeo l.Corne.de ſica.quia partem homi nis occidit.facit quod no.ff.de fur.l.vulgaris in prin.nam iſti qui ha-

Source : BIU Cujas

qui habent,animum occidendi cum actu tam grandi vltore ferreo puniendi ſunt:vt inſti.de pub.iud.§.item lex Cornelia. Sed in diuina ſcriptura dicitur ℣ tantum debet puniri pro tanto, & non totũ pro tanto.dicit enim oculum ℣ oculo dentẽ pro dente.hoc dicebat lex xij.tabu.vt patet inſti.de iniur. §. pœna. & hoc ſi conſtat de dolo & perſonæ ſunt æquales.aliàs pœna eſt arbitraria:vt ibi no.quia in his quæ nõ habent certam quantitatem vel naturam ſicut eſt actio iniuriarum ex l.Cor.opus eſt arbitrio æquitatis.ff.de iniur.l.iniuriarum æſtimatio.ad hoc facit gloſſ.paruula ff.de iur.om.iu. in l.imperium.Et ſi non inuenitur membrum ſimile, permutabitur pœna, & ſeruabit iudex ęqualitatem inquantum poteſt.Sed ſi non poteſt, puniet magis grauis quàm remiſſus. vt l.ij.C.intra cer.tem.quæſtio crimi.termi.Et eſt ratio quia offenſus membrum perdidit innocenter.iſte autem punitur culpabiliter.& ideo magis quia inter innocentiam& dolum
14 nulla eſt proportio. † In iſta materia quæritur vtrum ſi accuſatur quis de homicidio tanquam notorio, valeant probationes factæ,ordinario tramite omiſſo. & dic quòd non valent,quia non eſt notorium actus permanentis.Idem in inquiſitione,ſi habet promotorem. nam & ibi lis debet conteſtari vt plenè no.in c.vlt.de ſo.compe.in nouel. Et no.quòd cognoſcere iuris ordine non ſeruato,eſt ius alterius auferre.
m vt not.in c.ſtatutum.de hære.li.vj.in glo. ᵐ Item quæſijt Io.
15 Mo.de quodam epiſcopo qui confeſſus eſt promiſiſſe Petro centum vt eum de morte patris ſui non accuſaret,vtrum ex iſta confeſsione epiſcopus ſit deponendus: & videtur quòd ſic.per l.quoniam.ff.de infa.& l.furti.§ pactus.eo.tit.& ff.de iu.fi.l.eius qui delatorem.Ipſe tamen determinat contrariũ, ſi talis promiſsio fuit facta nondũ inſtituta accuſatione,quia videtur potius hoc feciſſe cauſa redimendæ ſuæ vexationis:
n vt ipſe no.extrà de accu.c.j.li.vj.& ibi per Io. An. in nouel.n Sed nunquid ex tali confeſsione poteſt poni ad tormenta. & ſi quidem laborat infamia, puto. nam vehemens infamia cum aliquo alio indicio,ſufficit ad torturã.Imo dicunt Mo. ℣ vehemens fama etiam ſine aliquo indicio : vt no.extrà de purg.ca.c.ſi quis in nouel.ad hoc.ff.de proba.l.cum probatio.& ff.de ædil.edict.quæro.§.fi.dicit Inn.℣ in cauſa inquiſitionis admittuntur teſtes etiam viles cõtra minus diffamatum de re iud.c.cum I.& A.& tradidi in l.ſi quis ex argenta-
16 rijs.§.j.ff.de eden. † Pone quòd inuenitur aliquis occiſus,& neſcitur à quo:vnde iudex inquirendo generaliter inuenit Titium occidiſſe,nunquid ex teſtibus receptis ſuper inquiſitione generali poſsit eum condemnare.Reſpon. ℣ nõ:quia iſtud non eſt indicium cum non ſit fundatum contra aliquẽ & ideò ſubſequi debet inquiſitio ſpecialis ſecũdum Nic. de Mata.& Bar.in l.ij.§.ſi publico. de adul.de hoc not.extrà de of.or.c.j.in nouel.& de elec.c.bonæ.per Inn. & vide Arch.l. diſ. miror.§. fi. & adde ℣ debent ijdem teſtes repeti vel alij recipi.Item no.℣ ſola fama nõ inducit ſcientiam:vt extrà de accu.c.inquiſitioni.§.quæſiuiſtis.ſed inducit conſcientiam. ſi eſt fama perſeuerans quæ quotidie augetur inducit opinãdi vehementiam.ff.de acqui.hęre.l.cum quidam.§.quod dicitur.& eſt gloſſ.in l.in bonæ fidei.C. de rebus cred.in gloſſ. mag.ver.ſed quid ſi interfeci.Item an ſententia lata ſuper inquiſitione pariat excep.rei iudi. dicit Inno. ℣ ſic in c. vlt.de
o collu.o Item an ciuiliter poſsit inquiri.ar.℣ non.extrà de iudi.c.exhibita.Fallit odio fœneratorum. de iureiu. ad noſtrã per Inn.Item fauore fiſci.C.de bo.vac.li.x.l.ft. per Bar. Item fauore miſerabiliũ perſonarum.C.ſi man.ita fue.ali.l.mu-
17 lierem.per Cy.† Quæro vtrum ſemel tortus confitẽdo dicatur in confeſsione perſeuerare . dicunt doct. ℣ perſeuerare tunc dicitur quando nõ territus tormentis,& extra torméto rum loca illa nõ videns perſeuerat, aliàs non videretur perſeuerare ſponte,ſed metu, ſed iſta non videtur ℣ priè perſeuerantia.de hac materia plenè no.extrà de regu. iur. c.cum in cõtemplatione.in nouel.ibi etiam dicitur ℣ ſemel, bis ſufficienter tortus,& in negando perſeuerat, poteſt iterum torqueri ex indicijs ſuperueniẽtibus.Hæc mareria examinatur per Cy.C.de quæſtio.l.fi.& per Bar.ff.eo.ti.l.de mi.§.tormẽ ta.tñ in hoc opere ideò ſæpe allegaui & allego canoniſtas,vt non ſolũ ſcias quid ℣ ceſsit à fonte iuris ciuilis,ſed etiã quid cõtineat canoniſtarũ authoritas.& quia iſtud opus debet legi in curijs Regũ in quib⁹ ius noſtrũ ciuile nõ allegatur ℣ authoritate,ſed ſolũ pro ratiõe. Dicit Io. An.℣ vultus potẽtis terribilis inducit metũ.de elec.c.qa propter.in pe.coll.in nouel.qui vultus terribilis debet oſtendi contra delinquentes. vt in authen.de man.prin.§.talẽ verò. & tunc eſt licitus metus,ſed contra innocentes illicitus,niſi ad præludia inquirẽ
18 di veritatem.C.ad Silleianum.l.fi. † Quæro ſi Titius mãdauit Seio,℣ occideret Caium & interfectus eſt Caius, tamẽ Seius dicit ℣ nõ fecit hoc exequẽdo madatũ Titij, ſed motu ℣ proprio quia erat ſuus principalis & capitalis inimicus vtrũ ei credatur in excuſatione mãdatoris. Multi doct. mouent hanc quæſtionem extrà de homi.c.ad audientiam.& nõ clarè reſpondent. Tu dic, ℣ eſt recurrendum ad cõiecturas.& in dubio præſumitur cõtra mandantem: vt l. ſæpe.de verb. ſig.nec eſt bonum teſtimoniũ delinquẽtis:vt C. de accu. l.ſi. Gloſſ. tñ dicit in ſimili caſu, ℣ ſi quis deprehendatur cũ aliqua,& ambo confitentur ℣ prius cõtraxerant matrimoniũ, quàm inuicem ſe excuſant.C.de fideiuſſ.l.pe.ſed in hoc credo ℣ inſpiciantur coniecturæ,℣ & ℣ ficti matrimonij prætenſio nõ excuſetur ff.de do.l. donationes in cõcubinam.in prin.Si impunitas homicidij ꝑendet extrinſecus,puta, dicit ℣ occiſus erat bãnitus.an exceptio banni poſsit opponi per ℣ curatorem.Reſpon.nõ : quia peremptoria eſt,vnde debet primò comparere reus,& litem conteſtari ac etiam in vinculis cauſam dicere ſecundum Iac.Bel.in quæſtio. Renagenſe. Sed ſi ex forma ſtatuti impediretur onus litis cõteſtandæ,
q admitteretur ℣ curator ad opponendum.q niſi exceptio requirat altiorem indaginem , iuxta regulam traditã in l. nam & poſteà. in prin.de iureiuran. & hoc per Cyn. C.de accu.l. reos.& extrà de accu.c.veniens.in nouel.aliàs etiã hoc dixi. Quæro vtrum falſum ſit inſtrumentum notarij,qui dixit talis fuit voluntariè cõfeſſus, cum ille eſſet coram tormentis. Reſpon.diſtingue aut dixit ſponte confeſſus, & tunc falſum ſit inſtrumentum. Aut dixit voluntariè confeſſus.& tunc verum ſit : quia per hoc non probatur ℣ ſponte fuerit confeſſus.& hoc per ea quæ not.ff.de re iu.l. velle non creditur.&
19 iſtud eſt nouum dictum. † Quæro r nunquid poſsit quis puniri de homicidio ſtatim ℣ certum eſt vulneratum euadere
r non poſſe.Reſpon.non: ſi ſtatutum dicit ſi quis occiderit. vt no.ff.de dam.infec.l.damni.in §. Sabini.per Bar.nam donec anima eſt in corpore.non eſt quis mortuus, licet ſit mortifere vulneratus : vt l.in hac.ff.de trini. Idem ſi dicat homicida puniatur.nam non eſt certum debitum iri , cum poſsit interim præmaturius ab alio occidi:vt ff. ad l. Aquil.l.huic ſcripturæ. Pone ergo ℣ iſte percuſſor adhuc viuente percuſſo, confeſſus eſt ſe occidiſſe : nunquid morte ſecuta poteſt ex iſta confeſsione condemnari de homicidio. glo. in l.ſi is qui Stichum.ff.de confeſ. dicit ineſſe fictionẽ in iſta cõfeſsione. Pone, ℣ homicidio imponitur pœna mille librarum. Titius commiſit homicidium,& quia fuit contumax fuerunt anno tata omnia eius bona,cõparet iſte poſt annum,& vult ſolue re mille libras,& recuperare bona,an poteſt.Dixit An.de Pi. ℣ ſic.all.ff.de pecu.l.eo tẽpore.& l.j.§.fi.ff. de his qui mor.ſi bi conſci. quia ſi veniſſet , non potuiſſet in plus conueniri. vnde nec latitare cenſetur in eo in quo conuenire non poterat ſecundum eum,quod eſt no. Sed quid ſi quis occidit aliquem manu vacua.an teneatur ſicut ſi gladio.Dic ℣ ſic:dum tamen cum dolo.ff.ad l.Aqui,qua actione.§.j.ſecundum Ia. Bu.Sed pone,quidã potens mihi mandauit ℣ occidam Titium : aliàs interficiet me. nunquid excuſer cum aliàs vitam
s meam ſaluare non poſſum.Dicit Pe.℣ ſic ad l.Aquil.l. ſciẽtiam.§.qui cum aliter.& ibi per Cy. Quæro duo ſunt Titij, vnus interfecit Seium.iudex per errorem decapitauit alterũ an verus homicida ſit liberatus.dic ℣ non : vt ff. de interro. actio.l.qui ſeruum.Item no. ℣ quæſtio homicidij eſt maior omni quæſtione vulnerum:vt C.qui ac.non poſ.l.j. Item ℣ crimen homicidij inceperit à paſtoribus, vt not. C.de accu. l.ſi quis homicidij. Pone accuſo te ℣ me de poſſeſsione eiecisti.probo quòd eiecisti:an ſufficit.Dicit Inn.℣ nõ verũ eſt,ſi dico ℣ per te feciſti : ſecus ſi ſimpliciter ſecũdũ Io.Mo. qui ita no.in c.qui per aliũ.extrà de reg.iur.lib.vj.vbi omni-

Source : BIU Cujas

v no vide. Si ſtatutũ dicit, v ſi quis fuerit condẽnatus ex homicidio &c. non cõtinetur mandans. ff. de pec. l. eo tẽpore. §. fi. quia dicit ex, ſignificat cauſam immediatam. Quæro: ſtatuto cauetur ꝙ occidens bannitũ proprijs manibus x punia
x tur tantũ in decem. quid de mãdatore. Reſpon. mandans punietur ſecũdum ius cõmune: quia de eo non loquitur ſtatutum ſm Iaco. Bel. qui diſputat. Dicit Archi. ꝙ non valet ſtatutum quod imponit pœnã contẽptibilem pro homicidio. xxiij. q. iiij. duo iſta per Archi. verũ dicit ſi cauſa nõ ſubſiſtat quare ſic ſtatuta: vt per Io. And. in c. j. de immu. ecc. in nouel. ſtatutum dicit ſi quis fuerit condẽnatus ex homicidio &c.
20 non cõtinetur mãdans. ff. de pecu. l. eodẽ tẽpore. §. fi. † Quæro, nũquid falſus teſtis in cauſa homicidij puniatur tanquã homicida. Reſpon. ſic: ſi deponitur contra innocentem dolo malo: vt ff. ad leg. Corne. de ſicar. l. j. poſt princi. ibi qui vel falſum &c. vbi eſt tex. ſingu.

ADDITIONES.

a Reſpondeo ſic. Vide Bal. in c. j. de offi. dele. vbi quærit quid de eo qui interfecit Poteſtatem an debeat puniri vt rebellis. And. Barba.

b Cum te. Licet contra. ff. de pub. iudi. l. infamem. dic vt ibi.

Filijs. & in l. ſi cui. de verb. ſig. vbi per Accur. & in l. iniuriarum. ff. de
c iniur. & no. in l. pœnales. ad le. Falci.

d Reſpondeo ſic. Vide Bal. in authen. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi. in eo. §. ibi. in c. cum ſit. Vide quæ latè ibi dixi. And. Barb.

e Itẽ principes. Vide quod no. Bal. in c. cũ quidã. de iureiu. And. Barb.

f Per gl. Vide Bal. in auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. And. Barb.

g §. fi. Et in l. j. §. ſæpius. ff. de Abigeis. & in l. omnes iudic. per gloſſ. C. de latro. libro decimo.

h Reſpondeo dic. Et pondera quia Bal. nõ dicit ꝙ poſſit iurari pro rebus furatis ſecundũ d. c. fi. aliqui allegãt ꝙ ſic alibi remiſi, ſed videtur ꝙ ſic per no. in d. c. fi. dixit do. Car. in c. j. de adul. ꝙ ſtatur iuramẽto virginis quòd erat virgo contra deflorantem. And. Barb.

i Dicit Bar. Vide Bal. in l. ſi abducta. C. de fur. And. Barb

k Dicit Spe. Vide Bal. in c. j qui ſuc. tenean. el ij. vide Lu. Ro. in l. lege Cornelia. ff. ad Silleia. vbi tangit, an ex fuga poſsit quis dãnari pro delicto ex forma ſtatuti & cõcluditur ꝙ non. Vide omnino. And. Barb.

l Pœnaram. Vide Bal. in l. abſentem. C. de accu. & de teſtamẽ. in c. qualiter. de accu. vide quæ ibi dixi. And. Barba.

m In gl. & in elemen. ſæpè. de ver. ſig. & in Spe. de leg. §. ſubeſt.

n In nouel. & Bar. in l. quoniã. de his qui not. infa. & per Gandi. in tit. an ſi tranſigatur habeatur pro cõfeſſo & dixi de his qui no. infa. in l. furti. §. ſi quis. Et adde ꝙ ſi tranſigat data pecunia cum voluntate & tractatu prætoris, quia tunc videtur tantum confiteri ratione dubij euentus & ex bona fide. ff. de infami. d. l. ſi furti. §. qui iuſſu. & ita videtur ſentire gloſſ. eod. tit. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ſuper verbo de æſtimatione in vltima ſolut. contrarij vel ſine voluntate prætoris facta videtur confitens fateri delictum vt not. Gyn. eleganter in ſuis conſilijs. Et incipit illud conſilium ex facto proponitur. &c.

o De colluſi. Vbi dicit in fine ꝙ non eſt pluries inquirendum de eodẽ crimine, ſicut nec pluries quis eſt accuſandus de eodem crimine. de accuſat. c. de his.

p Coniecturæ. Vide Bald. in l. quicunque. C. de ſeruis fugitiuis, no. per gloſ. l. penult. C. de fideiuſ. Vide Baldum in l. j. C. de colluſione detegẽda. & in l. j. C. de confeſsis. & quæ notaui ibi ad Bald. in l. eam quam. C. de fide. Andr. Barb.

q Opponendum. Vide Bartol. in l. vbi pactum. C. de tranſactionibus. Andreas Barbacias.

r Quæro. Vide Baldum ſuprà quibus modis feudum amitt. in c. j. & in ſimili. in l. tranſigere C. de tranſactionib. & in lege prima. C. de nundin. Andr. Barbat.

ſ Dicit Pe. Iſtud voluit Cy. in l. j vnde vi. Vide do. Cardi. & do. Abbat. contra in c. in ſacris, quod metus cauſa. Vide Baldum in c. nuntius. de teſtibus. vbi pulchrè loquitur. And. Barb.

t Per Cy. Ad hoc vid: glo. in l. ſi familia communis. in gloſ. ꝙ ſemper. in fi. ſi fa. fur. fe. di. & ꝙ dixi C. vnde vi. in l. j. & hoc quoad euitationem pœnæ. quoad irregularitatem dic vt not. in cle. j. de homicid.

v Dicit. Vide Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. And. Bar.

x Proprijs manibus. De iſto verbo ſuis manibus, vide quæ not. poſt d. Car. in cle. j. de iureiu. Bart. in l. probatorias. C. de diu. offi. & text. in cap. j. de verbo. ſignifi. ibi ſuis manibus. no. late in tex. meo. l. diuus. ff. de iniur. quod bene no. & omnino vide. Et vide Dominicum in cap. ſi quis viduam. l. di. vbi alle. Ioan. And. in ca. ſicut dignum. de homi. vide text. in l. per hanc. in ver. ſua manu. C. de ero. mili. an. lib. xij. & quod ibi no. Bart. Vide Bal. in l. nulli in ver. ſua conſcientia. quia nõ poteſt fieri per alium. vide Do. in cap. ij. de teſti. in v. And. Barb.

1 ☞ *Iudex ſi iudicat per imperitiam, tenetur inquantum uiro bono æquum uidetur.*

2 *Iudex in ſyndicatu ſi non poteſt ſoluere condemnationem, debet condemnari pœna corporali.*

3 *Sententia lata ſine dolo an ſit ipſo iure nulla.*

4 *Sententia ſi ſit lata ſecundum opinionem doctorum, an iudex excuſetur.*

5 *An autem iudex facit litem ſuam ſi habet arbitrium.*

6 *Quid ſi iudex læſit partem per negligentiam.*

7 *An autem pars iniuſtè condemnata per imperitiam iudicis, ſi non appellat, poſſit agere contra iudicem.*

8 *Iudex primus uel ſecundus an faciat litem ſuam ſi unus malè ſententiauit, & alius confirmauit, nec fuit appellatum. & nu. 9.*

10 *Renuntians appellationi uidetur malam cauſam habere.*

Iudices. Not. quòd iudices & magiſtratus debent ab Imperatore confirmari, aliàs non habẽt merum imperium quod merum eſt de iure. Secus de cõſuetudine obſeruatur in regijs ciuitatibus vt not. ſuprà de præſcriptio. longi tempo. l. finali. Quidam dicunt quòd hoc Lombardia obtinet per pacem conſtantiæ, ſed non dicunt verum: quia per illam pacem requiritur quòd ab Imperatore confirmentur, vel de eius licentia eligantur: vt ibi patet. Not. hic quòd iudices non puniuntur pœna talionis, ſed pe
1 cuniaria. † Quæro, quod eſt dictum quòd ſi iudex iudicat per imperitiam tenetur inquantum bono viro æquum videbitur. Reſpondeo dicit gloſſ. in l. ſi iudex. ff. de iudic. quia non tenetur inſolidum, ſed fortè inquantum facere poteſt. Quid enim ſi iudicauit per imperitiam de iuriſdictione vniuſprincipatus, nunquid ſoluet ſibi impoſsibile eſt. de ſtatu liber. l. cum hæres. Certè non argumento. ff. de iudic. l. ſi filius, ſed contra hoc facit l. iiij. §. in eum. de damn. infect. ſed ibi lata culpa fuit iuri ſcripto non parendo, imò eſt dolus præſumptus. ff. quod quiſque iuris. l. ſecunda. cum debeat ſcire iura: vt C. qui & aduerſ. quos. l. prima. & ſi eſt imperitia legum vt accidit in aliquibus locis, debet iuxta periti conſilium formare ſententiam dicit Innocent. de officijs delega. ſi pro debilitate. & facit C. de ingenuis manumiſsis. l. ſi auia. ff. de aſſeſſorib. l. prima. vel tantum ad intereſſe damni, non lucri, nec ad extrinſecum intereſſe. vel dic vt text. & verbum ſonat de collat. bonorum l. ſi quis filium. §. ſtipulatio. Item interdum poteſt videri æquum, quòd non puniatur: vt not. inſtitutio. de obedien. ex quaſi male. in princip. & fortè non punitur iudex de leuiſsima culpa, ſicut nec arbiter: vt C. de pactis. l. quis in conſcribendo. ſicut nec tabellio. C. de magiſtra. conueniendis. l. finali. nec tutor. vt C. de negotijs geſtis. l. finali. quia neceſsitate officij facit. C. arbit. tutel. l. quic quid excuſat. ſi autem iudex eſt in dolo, punitur ad intereſſe partis, & vltra, ſi iſtud iudici videbitur. Dicit hic Iacobus de Belu. quòd ſi iſtud vltra intellexit criminaliter bene dixit, quia eſt hic caſus. & C. de pœn. in l. finali. Si autem intellexit ciuiliter, expone, quòd teneatur actione iniuriarum. argumentum ff. qui ſatiſdare cogantur. l. ſi verò. §. qui pro rei. & facit C. de excuſationibus tutorum. l. ſeueriter. Item nota quòd maiores iudices, maiori pœna puniũtur. Item & quia principes maiores dignitates recipiunt maiori pœna digni
2 ſunt ſi in officio delinquunt &c. † Item not. quòd iudex qui in ſyndicatu non poteſt ſoluere condemnationem de-
a bet puniri pœna corporali, [a] ſed de conſuetudine eſt quòd
b ponatur in carcere donec ſoluat. [b] Et probat de confeſ. in l. Iul. Sed nunquid iudex qui debuit condemnare Titium in x. & abſoluit ipſum, & propterea fuit condemnatus in ſyndicatu in x. an. ſoluendo x. liberat debitorem, vel poteſt ab eo aliquid repetere. Reſpondeo non. vt C. de ſer. fugi. l. mancipia. [c] & hoc quoniam iudex facit litem ſuam ex iniqua ſen-
c tentia: ſecus in executore ſimplici qui facit litem ſuam ex negligentia meræ executionis: vt C. de exa. trib. l. miſsi opina-
3 tores. libro x. † Quæro nunquid ſi ſententia lata ſine dolo eſt ipſo iure nulla. Reſpondeo, iudex facit litem ſuam in eo quo partem damnificat, quia grauat partem de facto prętex. officij. ff. de euict. l. ſi per imprudentiam. ff. de peri. & com. rei vendi. l. certos. & quod enormiter factum eſt non debet tranſire impunitum, & abſque emendatione vt not. ff. de verb. ſignifi. l. pœna. per Accurſi. tamen ſcias quòd aliud eſt ſententiare, aliud grauare, nam ſi ſententia non eſt lata de iure, etiam ſi in effectu non grauet, poteſt tanquam ab iniuria ab ea appellari. ff. de mino. l. ait prætor. §. permittitur. ſed à grauamine niſi grauetur nõ poteſt appellari, quia eſſet implicare contradictionẽ. Et ideo ſi minus eſt dãnum q̃ ſit litis

æſtima-

Source : BIU Cujas

ęſtimatio, nõ tenetur niſi iuxta æſtimationẽ intereſſe,& hoc debet videri bono viro,& ita intelligitur quod no.in l.ſi iudex.ff.de var.& extraordi.cog.& in l.j.§.qui magiſtratum.ꝙ quiſq; iur.& l.ij.ff.ꝙ quiſq; iur.No.enim ꝙ quædã ſunt ſententiæ quæ tribuunt ius,licet ſint iniuſtæ,nam iudex habet duas claues.ſ.poteſtatis & veritatis, & quandoq; veritas poteſtati ſuccumbit.ff.fa.ercif.l.cum putarem.ff.de pecu.l.eo tẽpore.Si tamen ea poteſt duci ſalua veritate, ducatur vt cum non venitur contra ſentẽtiam,ſed præter:vt C.de col.l.ſi ſoror. Quædam ſentẽtiæ non tribuunt ius,quæ ſunt nullæ. Dicit Io.And. ꝙ obiectus nullitatis dicitur offenſio.c.j.in fi. de reſcrip.lib.vj.in nouel.& Io.And.in cle.j.de ſeque.poſ.& fruc.Item non faciũt ius decreta inualida.ff.de inoffi.teſta.l. filio cõtratab.& l.iij.ſi cauſa.de bo.poſ.per Accur.& tunc iu
4 dex qui nihil efficit non tenetur. †Sed adhuc reuoco in dubium,vtrũ opi.doc.excuſet iudicem.Reſpon.aliquando ſic, aliquãdo non,ſecundum impoſitam dubiorũ acerbitatẽ ac doctorũ qualitatẽ.Item propter doctorũ opi.non debet recedere ab opinionibus cõmuniter approbatis:vt no. Io.Mona.in c.cupiẽtis.§.deniq;.de elec.lib.vj.vt per Accur. de obl. quæ ex quaſi deli.in prin.& extrà de cõſti.c.ne innitaris.per Inno.& Io. And.& moneo te ꝙ in dubio à tex. & regula nõ
d recedas: vt no.de reg.iur.omnis diffinitio. d † Sed nunquid
5 eſt differẽtia,vtrum iudex ſit pr̃familiàs vel filiusfamiliàs.dic vt no.in d.l.ſi iudex.& ff.de iudi.ſi filius.Sed nũquid vbi iudex habet arbitrium facit litem ſuã.Reſpon.ſic ſi non ſeruat cõſuetudinem:vt no.ff.de infa.l.quid ergo.§.pœna grauior. Et no.ꝙ arbitria non dãtur iudicibus:qnia actus quandoq; nouam,quãdoq; celerem deſiderãt prouidẽtiam:vt not. Inno.extra de cõſti.c.j.& ff.de iniuſt.teſt.l.ſi quis filio exhæredato.tñ non debet ille qui habet arbitrium fulminare vel furere. d.c.j.in nouella & arbitraria quæ dantur iutelliguntur concedi ſecũdum mẽtem legis,& arbitriũ intellectus ſeu rationis,tñ in dubijs ſtandum eſt ſentẽtiæ etiã fine moderatione latæ, niſi ſit error expreſſus vel enormitas expreſſa.ff.de condi.inde.l.ſi non ſortẽ.§.hæredi. per Accur. ſicut videtur hic qñ cõmittitur aliquid conſciẽtiæ alicuius:vt Rich. in c.ſ. de iurepat.in cle.ff.de inoffic.teſta.l.poſthumus.§.ſi quis ex
6 his. †Quero e vtrũ iudex faciat litem ſuã propter negligẽ-
e tiam.Reſpon.ſic quatenus partẽ læſit.tex.eſt hic no. & in authen.de quæſtio.§.ſuper hoc.coll. vj. non tamen debet negligere ſi pars non petit, vt ff.de eden.l. argentarius.§. cum
f autem.& facit quod not.C.de ſer.fugi.l.cum ſeruũ. f vbi gl. dicit quòd iudex non tenetur ponere aliquem ad torturam,
g niſi petatur per eum cuius intereſt.g † Quæro nunquid ille
7 qui non appellat poſsit contra iudicem agere de imperitia. Reſpondit Innoc.ꝙ ſic,quia cũ diuerſæ ſunt perſonæ diuerſæ ſunt res,& diuerſæ cauſæ &formæ agendi.ita no.ipſe extra de ſen.exc.pro hoc facit quia nulla lex dicit,quòd qui nõ appellat,non poſsit conqueri de iudice.ergo nec nos diſtinguere debemus,vt ff.de act.& obl.l.ex maleficijs.§. ſi iudex. & hic.Præterea hoc probatur euidenter, nam ſi diceremus contrarium oportet eum appellare,tunc arguo ſic,Aut appellatio pendet,& non eſt reſciſſa per ſententiam,& non cõſtat interim de intereſſe partis læſæ.Aut appellatio eſt deſerta, & tunc idem ac ſi non eſſet appellatum. Aut appellatio eſt proſecuta,tunc aut ſententia eſt confirmata, & non poteſt primus iudex conueniri,quia ex ſecunda ſententia agitur,vel excipitur,& non ex prima.vt l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact.Aut appellatio eſt pronuntiata iuſta, & tunc definit intereſſe,niſi in ſumptibus litis.& ſic de primo ad vltimum concludendo,nunquam iudex faceret litem ſuã & hæc vera ſunt.Nec.ob.quòd ille qui non appellat,videtur cõſentire ſententiæ,& formę eius ex iuris fictione,quia hoc verum eſt inter partes,non quò ad iudicem.& quod non videtur confiteri ꝙ ſententia ſit iuſta,vt C. arbi. tu. l. cum in-
8 terdictæ.& ff.de nego.ge.l.Pomponius ſcribit. † Sed pone, primus iudex tulit ſententiam à qua fuit appellatum,& ſententia confirmata ab iſta ſecunda ſententia, non fuit appellatum,quæro quis facit litem ſuam,vtrũm primus vel ſecundus.Reſpondeo quod ſecundus,quia ſententia ſecunda eſt illa quæ tranſit in rem iudicatam. Prima enim fuit nouata per ſecundam, & in ipſam tranſfuſa, vt ſuprà dictum eſt.
9 † Quid erit ergo appellatione pendente ad quid conueniet-
h tur tunc iudex.Iſta quæſtio fuit diſputata per Bar.& videtur ꝙ pendeat ex futuro euentu. ff. ad l. Aquil.l. in lege Aquilia.ſi deletum.& arg. ff.de excu.tut.l.diximus h.Iudici enim ſufficit ſi ex actis probabiliter iudicabit. Nam quando cauſa apparet ex actis,non dicitur rem in dubio dimittere, vt nota.in c.in pœnis.de regul.iur.lib.vj.per Ioan.Mon.Ratio,quia id quod apparet ex actis dicitur notorium, vt in c. per tuas.de reſti.in integ.per Innoc. Item ex omnibus cauſis etiam nouis,ex quibus appellatio poteſt iuſtificare ſententiam,ex eiſdem & iudex ſuam ſententiam defendere. ff. quod cum eo.l.Titianus.C.de tem.app.per hanc.Nec ob.iudici didiciſſe teſtificata. de teſt.cum clamor. & quia inter alios res agitur.Item quòd non poſſet iudex, poteſt pars pro ſuo intereſſe aſſumere defenſionem iudicis,& opponere, & proponere iura ſua ad iudicis defenſionem. ff.man. l. idemque.§.& generaliter.ff.de app.l.ſi perluſorio. & l. à ſententia.ff.rem ra.hab.l.procurator.ad exhi.§.j.intereſt enim victoris ſaltem apud bonos & graues,ſententiam pro ſe latam
10 non diffamari.rubor eñ eſt per iniquam ſententiam vince-re.facit de condi.indeb.l.Iul.† Porrò ſi appellans, de quo ſuperius dixi renuntiaret expreſſè appellationi videtur fateri ſe malam cauſam habere.C.de fide inſtr. l. iij. & ideo etiam iudex liberatur. Secus in renuntiatione tacita, quæ non inducit hanc tacitam confeſsionẽ.C. de iudi. l. properandum. & vide quod not.ff.de inoffi.teſt.l.Papinianus.§.meminiſſe, & not.quòd per deſertionem appellationis purgatur iniuſtitia pronuntiationis factæ inter partes,ſed non futuræ inter partem & iudicem,&c.vt not.l.j.§.qui magiſtratum.ff.quod quiſq; iur.per Inno.in c.ſæpè.de appellatio.& per Bart.in dicta ſua diſputatione à ſententia iudicis.

ADDITIONES.

a Corporali. Vide quod not.Bald.in l.j.C.de pœ.iu.qui ma. iud. vbi dicit quòd non poteſt torqueri. And.Bar.

b Soluat. Et ita obſeruat practica de qua per Inno. omnino in c. ſacro. de ſen.excom.& quod nota.in l.j.de act.emp.coniun cta l. qui reſtituere.ff.de rei ven.& quod in gl.l.ſi.ff.quæ ſen.ſine app.reſcin.& de pœ.l. j.§.ſi.in ver.deludunt.

c L.mancipia. Vide Ang.in l.mancipia.C.de ſer.fugi.in iij.col.ibi iudex facit litem ſuam. Vide Bal.in l.ij.§.proficiſci.ff.de offi.proconſul. And. Barbacias.

d Communiter approbatis. Quando iudex habet communem opinionem illam ſequi debet,quia vę ſoli, vt in c.ij.de ſtatu regu.quod limitat Hoſti.& Ioan.And.niſi communis opi.ſit notoriè falſa,argu.c. capellanus.de ſe.pro quo tex l.j.de vete.iur.enu.in ver.ſed neque.vbi tex.quòd ex multitudine authorum non debeamus iudicare quia ſæpè vnius,&c. Si verò non eſt dare communem opi.propter conflictum rationũ hinc inde,tamen tunc valde vtile eſt habere iudicem propitium, quia poteſt ſequi quem vult.dicit tamen Ioan.And.quòd caueat à pœna.c.cum æterni.de reg.iur.in vj.ſed quòd non iudicet contra conſcientiam & ſi iudex appellationis retractet illam ſententiam,ſecundum aliam opi.ęuitaret pars ad condemnationem expenſarum.vt no.in c. finem. de do. & contu.nec iudex facit litem ſuam.vt no.in l.cum prolatis.C.de re iudic.Abb.in c.j.de conſtitut.

e Quæro. Vide Ang.in l.iiij.§.in eum.ff.de dam.infec.& l.argentarius §.cum autem.ff.de eden.& l.mancipia C.de ſer.fugit. & ibi Bald. in v. coll.ibi. Et ideo iudex etiam liberatur.not.Bald.hic qui vult quòd renuntiatio iuris appellandi,liberet iudicem iniquè iudicantem in ſyndi.idem voluit do.Ab.in c.paſtoralis.§.quia verò.de off. dele. & idem fuit conſultum Papiæ ſuperioribus diebus.ego conſulo contrarium & contra Bald.allego eundem in l.fin.§.ſinautem.C.de tempo.ap.in prin. &.in c. ſæpè,de app.& in reperto.ſuprà.Inn.in tit.de app. in ver. appellans, & ibi all.l.cum à natura.C.de pac.& etiam hoc ſentit d.Pet.in c.ſæpe. præalleg.& h.d.Saly.in d.l.fin.§.ſinautem.& ſecundum hoc cõſuluit Ang. conſil.clxxxvj.& idem voluit in l.j.ff.de app.in le.noua.& ſic Bal.hic malè loquitur.& l.iij.all.per eum non meretur allegari pro dicto ſuo. Vide quæ dixi in d.conſi.apud Lucam.And.Barb.

f L.cum ſeruum. Aliàs eſt in l.qu icunq; .in gl.in ver.interrogari.C.eo. titul.

g Cuius intereſt. Et maximè vbi iudex per inquiſitionem procederet, & ita maximè ſi inquiſitio eſſet ſic iuſſa,tamen tunc iudici videtur præſentandum ſi ex ſe non ſit negligens,vt per Bar.in l.iiij.§.hoc autem.ff. de dam.infec.& Cy.in l.mulierem.C.ſi manci.ita fue.alie.refert itaque an iudex procedat per Acc.& per Innocent.& ſic referre poteſt aliquis ſi ſit promotor inquiſitionis,vel non.de quo vide.ſuprà.eodem in §.iniuria. in verſicul. materia iſta quæritur vtrum ſi accuſatur de homicidio.

Source : BIU Cujas

h L. diximus. Sed in l. quia etiam. §. ex quibus ff. de alien. iu. mut. cau. fa. dixit q̃ incontinenti poterat agi ad ſumptus, quod videtur mirum.

1 ☞ *Conuenticulæ & coniurationes ſunt prohibitæ.*
2 *Perſonarum appellatione non uenit ciuitas.*
3 *Receptatores reorum puniuntur.*
4 *Collegium etiam licitum poteſt caſſari, propter mala ſtatuta.*
5 *Collegia omnia illicita appellantur conuenticulæ. & nu. 6.*
7 *Pedagia colligentes, debent tenere itinera tuta.*
8 *Et quid ſi dominus promiſit omnem deprædationem ſoluere mercatoribus. &c.*
9 *Fideiuſſor de iudicato ſoluendo an teneatur ſoluere pœnam commiſſam.*
10 *Ciuitas habet priuilegium non ſoluendi collectas niſi pro aquæductu: ciuitas impoſuit collectam pro ſtipendiarijs tandem ſtatuit illam collectam conuerti in aquæductum an teneatur.*
11 *Statutum per aliud ſtatutum tollitur ipſo iure.*

Conuenticulas. Diuide in quinque partes vſq; ad §. Item ſacramẽta. Primò, prohibet & punit conuenticulas. Secundò hortatur epiſcopos ad pœnam ponendam. Tertiò, prohibet & punit receptatores. Quartò, punit recuſantem iurare pacẽ. Quintò, prohibet & punit illicitas exactiones. Secunda in §. epiſcopos. Tertia in §. receptatorib⁹. Quarta in §. pterea. Quinta in §. illicitas. Caſus prohibet Imperator omnibus, ne faciant conuenticulas vel coniurationes aliqua cauſa & cuilibet coniuratorum imponit pœnam vnius libræ auri. & hoc primò. Secundò hortatur epiſcopos q̃ violatores iſtius legis punire debeant cenſura eccleſiaſtica. Tertiò prohibet omnib⁹ ne receptẽt violatores hui⁹ legis, alioquin pari pœna punientur. Quartò, dicitur q̃ ſi quis noluerit iurare pacem, bona eius publicentur, & dom⁹ eius deſtruatur. Quintò, prohibet fieri exactiones illicitas maximè ab eccleſijs, & ſtatuit
1 contrà facientibus pœnam in duplum. h. d. † No. conuenticulæ & coniurationes ſunt prohibitæ. dicit Inn. q̃ ſi aliquando conſpiratio ſit laudabilis tamen conſpirator repellitur à
a teſtimonio. extrà de re iudi. c. cum I. & A.[a] † Secundò, no. i-
2 bi dum dicit inter ciuitatem & ciuitatem, & inter perſonam &c. q̃ nomine perſonæ vniuerſitas & ciuitas non continetur
b cum hîc ponantur vt diuerſa, vt C. de erog. mili. anno. l. fin. lib. xij. Tertiò. not. ibi. *Singulis coniuratorum.* q̃ ſinguli debent puniri de delicto conſpirationis. Quartò, not. q̃ Imperator monet epiſcopos & dat eis authoritatem diſsipandi congregationes illicitas, ſed ſi bene aduertis modum authoritatis, non dat ipſe, quia nec habet ſcilicet per viam cenſuræ. de ver. ſigni. quærenti. dicit Vegetius lib. iij. de diſciplina militari. nunquam ad contumaciam pari conſenſu multitudo prorumpit, ſed incitatur à paucis, quivitiorum ſcelerúmque per impunitatem, ſperãt peccare quam plurimi: dicit Ariſtoteles, cõmunis cuſtodia regni & ciuitatis eſt non ſinere
3 vllum creſcere præter commenſurationem. † Quintò no. q̃ receptatores puniuntur. No. tamen q̃ non tenetur quis tradere vaſallum ſuum inimico ſuo, etiam ſi fecerit mille delicta, quia tenetur eum etiam iuſtè defendere. Item dicit glo. & fallit in coniunctis perſonis. Tu dic quòd nec etiam coniunctis perſonis, licet receptare violatores pacis, niſi excuſentur propter ignorantiam. ff. de recep. l. j. & §. quam probabunt per iuramentum niſi ſit notorium. & no. per gl. hîc poſitam. No. pœnam deſtructionis domorum eorum qui faciunt
4 conuenticulas & conſpirationes. † Extrà no. quòd propter mala ſtatuta, etiam licitum collegium debeat caſſari. ff. de va. & extraord. cri. l. ſub prætextu. per Bartol. & in l. fin. de colle. illici. ff. & ideò coguntur ſua ſtatuta edere Poteſtati, & epiſcopo. Et epiſcopi contra malas conuenticulas habent iuriſdictionem à iure ciuili, vt hic quod eſt not. dignum. Item nota quòd ille qui non iurat pacem, non habet beneficium pacis. Item nota quòd illicitæ exactiones prohibentur. Vltimò nota quòd ligæ quæ fiunt inter ciuitatem & ciuitatem,
c ſunt prohibitæ quòd non ſeruatur in Italia ſecundum gloſſ. c
5 † Item not. quòd omnia collegia illicita appellantur conuenticulæ. & videtur quòd non poſsit alicui de talibus collegijs legari, quia ſunt damnata collegia, & collegiati. vt not. C. de ſac. ſanct. ecc. l. j. quod non credo verum, quia iſta conſtitutio hanc pœnam non imponit, & contenti eſſe debemus pœnis lege comprehenſis, vt ff. de verb. obl. l. ſi ita ſtipulatio facta
d ſit.[b] † Illud confiteor, quòd iſtæ congregationes non habẽt
6 iura collegij, quia cum iura collegij ſint publici iuris, oportet quòd concedantur à ſuperiore & not. extra de offi. ordi. ca. cùm eccleſiarum. per Inno. & in nouel. Vlti. not. illicitas exactiones debere reddi in duplum, & iſtud dicit iſta conſtitutio, quod intelligitur de regalibus. quod dic vt dicam. infrà, quæ ſunt regalia. c. j. †
7 Sed iſtud eſt valde no. q̃ colligentes pedagia debent tenere itinera tuta, vnde ſi fit aliqua robaria in eorum curia, & territorio, ſeu diſtrictu ab eis poſſeſsis. vbi exigunt à tranſeuntibus pedagia, tenentur ea reſtituere, vel malefactorem exhibere. ff. de incend. ru. nau. l. ne quid. ſecundùm Archid. qui ita no. xxiij. quæſt. v. ſi quis peregrinos. quod not.[c] †
e Pone, quòd dominus territorij promi-
8 ſit quibuſdam mercatoribus in ſuo territorio deprædatis ſoluere omnem quantitatem quæ probabitur ab ipſis robatoribus, ſub pœna dupli. modo probatur q̃ robaria fuit facta de certis rebus, ſed earum æſtimatio non probatur aliter quàm per iuramentum, & inde ſecuta eſt condemnatio contra dominum, ponamus in centum, quam condemnationẽ dominus non ſoluit, quæritur, an dominus tenetur ad pœnam dupli ſecundùm formam pacti. & videtur q̃ ſic. nam certum eſt q̃ hîc præceſsit crimen, & dolus delinquentium. ſed lege cauetur q̃ vbicunque conſtat de crimine, tunc intereſſe vel damnum probatur per iuramentum. l. ij. & l. in actionibus. vbi plenè. ff. de in litem iur. & hoc propter difficultatem probationis, vt no. in l. ſemper. §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. & inſti. de verb. obl. §. pen. & C. vnde vi. l. ſi quando. & per Inn. extrà quod met. cau. c. fin. Secundò, probatur ſic cum ſuper aliqua obligatione antecedẽte interponitur noua conuentio, iſta noua conuentio informatur à cauſa prima, & eius naturam ſapit, vt ff. de verb. obl. l. ſtipulationem. § conuentionales. & l. triticum. eod. tit. Eſt enim talis cenſenda conuentio, qualis eſt materia ſuper qua interponitur, vt no. ff. de act. emp. l. emptione. §. qui autem. & ff. de vſu. l. ſi ſti
f pulatus[f]. Et Barto. ſed iſta ſtipulatio fuit interpoſita ſuper materia criminis, de cuius natura eſt, vt licet actus ipſe non probetur per iuramentum, tamen ad probandum damnum & intereſſe ſufficit iuramentum. Cùm igitur iſta promiſsio habeat originem à materia per iuramentum probabile, ergo & in ipſa ſufficit iuramentum. Tertiò probatur, quia vbi aliquid ineſt alicui actioni reſpiciens illius cauſam, non ſolum ineſt illi quæ directè & immediatè cauſatur ab illa, verumetiam occaſionaliter procedenti ab eadem cauſa, vt ff. de dona. qui id quod. & ff. de fide. l. tutor. Sed facultas probandi ineſt actioni reſpicienti cauſam, ergo ineſt actioni reſpicienti cauſatum. & vbi pœnalis ſtipulatio interponitur ſub præcedenti obligatione, intelligitur interpoſita ſecundùm naturam illius, vt ff. de verbo. obligat. l. quidam cùm filium. nec mirum. quia ad illam fit relatio, vt ff. de iureiurand. l ſed & ſi poſſeſſori. §. ſed ſi rerum. præterea nomine probationis continetur non ſolùm probatio viſus, ſed probatio coniecturalis, dummodo lex habeat coniecturam pro veritate, vt ff. de conditioni. & demonſtrat. lege Lucius. *Sed hic apparet ex coniecturis legum referendò nos ad obligationem, prout concernit ipſum robatorem, ergo talis intelligitur facta promiſsio, qualis demonſtratur ex cauſa præcedente.* In contrarium videtur, nam iſta promiſsio habet in ſe conditionem ſi probabitur, vt ff. de verborum obligationib. l. qui Romæ. §. Augerius. *Sed iſta probatio per iuramentum non eſt propriè probatio, ſed eſt ſuppletio.* Aut eſt releuatio ab onere probandi, vt ff. de iureiurando. l. eum qui. in princi. & ſi poſſet dici probatio eſt ſummaria & non plena, vt ff. ad exhibendum. lege theſaurus. quæ non ſufficit vbi agitur de pleno & graui præiudicio, vel vbi forma contractus, vel vltimæ voluntatis requirit probationem veram fieri: vt ff. de condi. & demonſtrat. l. Lucius. facit quod nota. in l. j. §. ſi ea. de ven. in poſſeſsio. mitten. ff. ad Catb. l. iij. §. cauſæ. iuramentum enim eſt patrocinium ſummariæ cognitionis. & vide quod

nota.

Source : BIU Cujas

13 per Innocen.facit ff.de manumiſ.l.apud eum.in gl.f. †Item an quis ratione iuriſdictionis ſit maior ſeipſo ſimplici, ita quòd ligetur per proprium ſtatutum, not.in capitul.vt animarum.de conſtitutio.lib.vj.in nouella.Archid.tenet quòd ſic.Idem tenet Petr.& Cynus C.de ſacroſanctis eccleſijs. autherit.quibuſcunq; modis ad hoc.l.prima.§. primo.ff.quod quiſque iur.& C.de legib.l.digna vox. ſed illa lex loquitur de ſtatuto,in quo ligatur ſtatuens,non vi ſtatuti, ſed iuris communis obſeruantia.ſed quando ſtatutum eſt æquum, idem videtur:vt ff.de pact.l.cum in eo.ſed Ioannes Andreas dicit ipſum ſuo ſtatuto ſeu canone non ligari: quia ſibijpſi imperari non poteſt.ff.de arbitr.l.pen.dic vt in capitulo cui licet.de regu.iur.in merc.Item non intelligitur legem ponere contra ſeipſum.ff.de pecu.leg.l.ſi peculium.§.ſicut.de fideicom.l.Lucius.§.final.ſed illa probat epiſcopum non ligari ex ſua intentione,ſed certè ſæpe extra id quod agitur tacita oritur obligatio.vnde dicit Archid.quòd non ligat eum

intentio

Source : BIU Cujas

intentio ſua priuata, ſed publica & iuris regula, & non perſona ſimplex, ſed eius qualitas, ideſt iuriſdictio in abſtracto ligat, ſicut album non ligat oculum, ſed albedo: quia album non venit ad oculum ſed eius qualitas. †Pone, quòd Epi
14 ſcopus ſtatuit quòd nemo faciat furtum, alioquin excommunicat eum: modo Titius fecit furtum, & ſic eſt excommunicatus. deinde poſt Epiſcopus illud furtũ receptat, participando cum excommunicato. & ſic communicat excommunicato in conſecutiuis delicti, vnde excommunicatio naſcitur. certè Epiſcopus tunc per indirectũ incidit in excommunicationem. argument. in l. j. ff. de authori. tuto. Item iſte epiſcopus venit conſiderandus dupliciter, & tãquam diuerſus à ſeipſo. & hoc probat argumẽt. de tanquam. ſecundum Pet. Sæpè enim eſt vnus velut duo: quia habet in ſe imaginẽ ſeu idolum quo repreſentant alium: vt l. oſſa. § final. ff. de reli. & de his quibus vt indignis. l tutorem. aliquando ſunt omnes velut vnus propter argument. de tanquam. ff. de collatio. l. ſi nepotes. ff. de condi. & demon. cui fundus. §. final. Cõſiderandum eſt an cauſa prima & generalis agat hîc mediante cauſa ſecunda, in Epiſcopo an per ſe. & certum eſt ꝙ non per ſe: ſed mediante Epiſcopi prouidentia ergo quos Epiſcopi prouidentia non includit, generale legis ſtatutum nõ ligat certè ideo ſecunda cauſa magis attenditur: quia per attributionem formæ res deducitur in eſſe, & in rerum natura primum faciat apparere. de acquire. rerum dominio. adeo. §. cùm quis. nam etiam in naturalibus productionibus videmus, quòd producta magis aſsimilantur immediatè producenti. vnde prunus in quo inſeritur pomus, producit poma, & non pruna. Item omne quod mouetur, ab alio mouetur, & non à ſeipſo. argument. de conſtitu. capitu. fin. ergo Epiſcopus non poteſt excommunicare ſeipſum quod verum eſt ſcilicet recta via, ſed inflexa ſic, non valeat ſcilicet ipſo iure: quia quoties lex mouet potentiam à cõtractu, ibi
g contractus eſt ipſo iure nullus gvt ff. de ritu nuptia. l. à diuo. & ff. de fideiuſ. l. cum lex. & C. de leg. & conſtitu. l. non du-
15 bium. *Si verò.* †Nota hîc caſum mirabilem, quòd vaſallus priuatur feudo propter factum domini ſine culpa ſua: ſed regulariter contra: vt ſuprà de feud. ſine culpa non amit. capitulo primo. & ſic aliàs quis ſine culpa ſua propter factum alterius amittit feudum: vt ſuprà quib. mod. feudum amit. §. denique. & ſi de feud. fuer. controuer. capitulo ſi vaſallus. Eccleſia tamen cultrix & altrix iuſtitiæ quæ non patitur cõtra iniuſtitiam aliquid fieri in ſe, vel in alterum, à vaſallo auferre non debet: vt argumen. ſuprà de alie. feu. §. inde poteſt. nota etiam hîc caſum in quo eccleſia poteſt infeudare rega-
16 lia quæ habet à Rege, vel à principe. †Item no. hîc quòd vaſallus & dominus diſcrepant quia dominus poteſt pro anima iudicare in præiudicium vaſalli: ſed vaſallus non poteſt relinquere ipſum feudum, nec de eo teſtari: vt ſuprà de ſucceſsio. feud. capitulo primo. in princi. & ratio differentiæ
17 eſt, quia apud dominum reſidet plurimum iuris. †Sed an erit idem in alio contractu, quòd dominus rem emphyteuticam poſsit legare & emphyteutæ, vel vſufructuario præiudicare. Reſpõ. non: vt ff. de re. iud. l. id quod noſtrum. & ff. de iur. & fact. ignoran. l. iniquiſsimum. & ideo iſte §. non cõtinet ius commune, ſed ius ſingulare in feudis: vt ff. de teſta. milita. l. cum filius. & ff. de adminiſtra. tutor. l. impuberi filio. ff. de adop. l. ſi arrogator. §. ſed an. ff. de vulg. ſubſtitu. l. cohæredi. §. cum filiæ. ver. nec fideicom. nam ſpecies mendacij & furti eſt de alieno largiri. extrà de teſta. capitul. filius. Quæro an in hoc caſu dominus teneatur ad intereſſe: vel ad aliud feudum æquale in bonitate, & qualitate. Reſpondit gloſſa notabiliter & dicit quòd ſic. & eſt argument. quòd ſi Papa contulit mihi aliquod beneficium: deinde de plenitudine poteſtatis illud dedit alteri quòd mihi tenebitur prouidere
h de alio ſimili quod eſt notatu dignum. ♑ Item not. ex iſta gloſſ. quòd etiam aliquid fieri poteſt iuris authoritate, tamen ille qui facit tenetur ad intereſſe, & eſt argumen. quòd ſi commune Peruſiæ vendidit fructus lacus pro quinquennio, & poſteà de plenitudine poteſtatis aufert emptoribus: quod etiam emptores contra commune poſſunt agere ad
18 intereſſe. tenementi hanc gloſſ. †Not. hîc in text. dum, dicit per gratiam eccleſiæ, quòd gratiam quis dicitur facere faciendo id ad quod quis naturali ratione tenetur. ſic ff. de obſequijs. l. Titius. dixi ſuprà in præludijs. Not. in verſic. tanquam de nouo. quòd feudum quod reſurgit à mortuis dicitur eſſe nouum feudum. argument. contra ff. de pecul. l. peculium. §. ſi hæred. ſed hîc eſt mutatio perſonarum. *Non æquitas.* Not. hîc diffinitionem æquitatis, dicitur enim æquitas rerum conuenientia quæ in paribus cauſis paria iura deſiderat, & bona omnia æquiparat. & dicitur æquitas, ideſt æquitas de qua dic vt in ſumma de iuſt. & iur. §. æquitas. & facit C. de conſtitu. pecun. l. fin. nam ideo vaſallus recepit beneficium, vt inde tribuat ſeruitium. vt ſuprà in quib. cauſ. feud. amit. §. beneficium. ideo ſuadetur hîc vaſallo, quòd ſeruiat domino, vel æqualitatem præſtet ſeruitiorum, æqualitatis enim & iuſtitiæ ſumus authores: vt in auth. de non eli. ſecũdo nub. §. fin. Sed Iac. de Bel. dicit quòd æquitas dicitur pluribus modis. Vno modo prout ſumitur contra iniquitatem & dolum vt ff. ad legem Aquiliam. l. ita vulneratus. ff. de po. l. bona fides. Secundo modo dicitur æquitas prout diſtinguit contra rigores & iuris ciuilis regulas vt C. de furtis. l. ſi quis ſeruum. ff. de verb. oblig. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. Tertio modo dicitur æquitas ipſa mens & ratio legis vt ff. de excuſat. tutorũ. l. ſcire oportet. §. ſi maximè. Quartò dicitur æquitas ipſum ius & iuſtitia vt ff. de iuſtitia & iure. l. prima. *in prin. c. ſi.* de tranſac. & ibi Io. And. Quintò dicitur æquitas temperantia, ſiue æqualitas, vt C. de colla. l. vt liberis. & *l. illam.* cum authẽt. ibi poſita. & l. illud. §. fin. eod. titul. & C. de fruc. & li. expen. l. fin. & dic vt ibi. & dicit Are. quòd æquitas eſt dulcior miſericordia temperata. Item not. quòd ar. à ſimili deſiderat æquitatem, quæ ſimiles caſus iungit. vnde ſtatuta omnia extenſiuam interpretationem recipientia, debent fundari in æquitate argu. huius notabilis literę. *Indicta.* ſcilicet ab Imperatore, vel dic vt ſuprà de capi. Corra. §. ſimiliter. Iac. de Bel. & not. de indictione: vt ff. ad municipa. l. in-
19 col. *Imperij coronam.* †Not. quòd Imperator Alemanus de
i bet ire Romam ad ſuſcipiẽdum coronam: nec poſſet ei mitti alibi, ſcilicet in Alemaniam per Papam, & hoc debet fieri in veteri Roma non in Cõſtantinopoli. Item Imperator debet ire, non mittere. *Eundo.* No. quòd eundo cum aliquo datur ei auxilium. *Conuinci.* Not. quòd qui dicit aliquem monitum, vel requiſitum, debet illud probare: & ſic nemo præſumitur citatus, niſi probetur. text. eſt hîc notabilis. & nota quòd vbi monitio eſt de ſubſtantia, ſola ſcientia nõ ſufficit.
20 †Et eſt argu. hîc quòd vaſallus ad requiſitionem domini, cogitur parare auxilium domino domini ſui, ſed contra no. ſuprà de l. Cor. c. ſecundo. §. ſimiliter. & ſuprà de controuer. inueſt. §. ſi. ſed dic quòd hîc eſt ſpeciale in vaſallo Regis. Vel dic quòd eſt ſpeciale quando vadit pro ſuſcipienda corona. Iacob. de Belui. vel dic quòd ideo eſt: quia vaſallus qui vadit cum Rege debet ire ſocietatus à vaſallo ſuo & ſic hoc cõtingit per indirectum, ſiue per quandam ſequelam. argumen. ff. de verborum obligatio. l. ſi ſtipulatus fuero per te. & not. ff. de iudicijs. l. non aliàs. C. de Epiſcopis, & clericis. l. j. ff. de vſu & habi. l. cæterum. C. ne filius pro patre. authentica habita. ff. de fun. inſtru. l. quæſitum. §. item lanificas. de agricolis,
21 & cenſi. l. diffinimus. in fi. libr. xj. †Pro ſolutione huius dicti dic, quòd erit in electiõe vaſalli, vt puta, videlicet, vel ire, vel ſoluere: quia debitor eſt argumento ff. de iure dotium. l. plerunque. §. final. maximè ſi reditus feudi ad eundem non ſufficiunt. argument. ff. de annuis legatis. l. Mæuia. §. fina. Vel dic, quòd aut eũdo poteſt domino ſuo magnum auxilium, & cõmodũ præſtare interuentu ſuæ perſonæ: & tunc debet perſonaliter ire. argument. ſuprà quæ fuit prima cauſa benefic. amitten. §. & ſi vaſallus. & §. ſed & ſi delator. verſicul. primo. facit ſuprà de forma fide. & titul. de noua forma fidelitatis. Si autem interuentu ſuæ perſonæ non poſſet domino magnum auxilium, & commodum impendere, tunc debet eſſe in eius electione vtrum velit ire, vel ſoluere: vt dicit Iacob. de Belu. quia in alternatiua proteſtationis, eſt electio debitoris. Fallit propter fauorem vltimæ voluntatis: vt not. ff. de lega. ſecundo. l. Lucio. Sed in alternatiua petitionis, eſt electio agentis: vt ff. de tribu. l. quod in hæredem. §. eligere.

Source : BIU Cujas

Item in alternatiua iudicis additionis,& implorandę iuriſdictionis fallit ratione priuilegij.puta ſcholaſtici.vt in authē. habita.C.ne filius pro patre.& eſt quædam alternatiua.An quis excipiat,vel agat & cuius eſt electio.dic vt ff.de pact.l. reſcriptum.§.ſi pacto.Interdū cadit electio inter obſequia: & tunc eſt electionis ius dicentis:vt ff.de ope.libert.cum patronus.Interdum eſt electio inter obſequium,& aliquā pecuniariam perſecutionem,& tunc eſt electio debitoris. Fallit propter neceſsitatem domini: vt legitur,& notatur in l. prima.C.de ope.libertorū.vbi dicitur,quòd loco facti propter inopiam, poteſt dominus eligere intereſſe legitimæ.
22 † Quęro an ſit vocatio legitima.Reſpōdeo quādo dominus in propria perſona vocat,vel per procuratorem,vel per nūtium mittit literas confectas coram paribus curtis, quod ſi in dubium reuocetur an ſint literæ domini:vel an fuerit cō ſtitutus procurator ,vel nuntius,ad interpellandum: probatur parium teſtimonio.& hoc eſt notatu dignum quòd literæ & mandata ex quibus poteſt ſequi priuatio feudi ſi eis non obtemperabitur debent eſſe munitæ,& roboratæ ſolenni teſtimonio parium,& hoc ſi habet pares,ſed ſi non habet pares, admitterētur alij teſtes idonei,& omni exceptione maiores.argument. C.de contrahenda & committenda.
23 ſtipula.l.optimam.in fin. † Sed nunquid requiretur trina
1 monitio.gloſſ.hīc innuit quòd ſic.l ff.de verborum obligatio.l.qui Romæ.§.cohęredes.ſed videtur quòd ſufficiat vna interpellatio, quia hīc vaſallus nō vocatur ad iudicium, ſed ad obſequium. vt ff.de vſuris .lege mota.& preſertim, ſi dominus monet vaſallū in propria perſona, id eſt facie ad faciem:quia maior eſt cōtemptus præſentis quàm abſentis: vt C.quomodo & quando iudex.l. ceſſante. & ſi dominus monet ipſe in propria perſona, debet habere ſecum duos vel tres pares curtis ,qui poſsint teſtificari ſecundum gloſſ. ex quo dicas quòd illud operatur monitio in perſonam, quod operatur trina citatio.quod declara vt ſupra de milit. vaſal.qui contumax eſt. Ego puto quòd ſufficiat mitti proclama generale per terras,& loca ipſius domini requirentis vt C.de remiſ.pigno.& eo tempore,& in capitulo humlis.
24 de maioritate & obedientia.per Innocentium. *Perdat.* † Nota hīc nouam ingratitudinem per quam vaſallus perdit feudum,ſunt aliæ. ſuprà quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi per totum. Quæro hīc, an habeat locum quòd vaſallus perdat feudum:ſiue ſit feudum paternum ſiue nouum, & ſiue ſuperſint agnati, ſiue non. quidam dicunt quòd habet locum tam in feudo nouo,quàm antiquo ſi nō ſuperſunt agnati.argumen.ſuprà ſi vaſal.feud. priuetur.capitulo primo.& ſi de feudo fuerit controuerſia.capitulo ſi vaſallus. Tu dic quod habet locum tam in paterno, quàm in nouo quia hæc litera loquitur generaliter.Prætereà hæc iniuria reſpicit dominum, quinimo & totum imperium & reipublicæ vtilitatem:quia per hoc minuetur,& ideo reuertitur ad dominū vt ſuprà,quę fuit prima cauſa benefi.amit.
25 §.denique.& infra titulo primo.§.firmiter. † Quęritur an dominus propria authoritate poſsit feudum auferre vaſallo.argum.eſt quòd non.ſuprà eodem §.ſi quis verò aliquē. & infrà titulo ſecundo.capitulo primo.ſed argument.contra.C.de iure emphyteu.l.ſecunda.C.de metha.l.deuotum. libro xij.Tu dic quòd non poteſt:quia litera dicit conuinci. & facit ſuprà de vaſal.milit.qui contumax eſt.capitulo primo.& de feud.ſine culpa non amit. capitulo primo.ſecundum Iacob.de Beluſ.dic quòd inobedientia eſt notoria, & dominus habet iuriſdictionem,& tunc ſicut ſi ſeruitium deberetur alteri propter contumaciam,poſſet ille mitti in poſſeſſionem ſaltem ex primo decreto:ita poterit mitti in poſſeſsionem fiſcus:vt ff.de publi.l.commiſſa.& ff.pro ſoc.l. cū duobus.§.item reſpōdit.Si autem ſit talis dominus qui nō habeat iuriſdictionem,tunc oportet quòd querelam proponat & in poſſeſsionem ſe mitti petat argumen.ff.de re iudi.l.ſi cum nulla.& C.de execu.rei iudi.l.prima.C.de actio. & obligatio.l.negantes.C.de pactis.l.ſi pacto quo pœnam.
26 † In emphyteuſi etiam dico,quòd ſi non eſſet liquida culpa: & emphyteuta aliquid iuridicum allegaret,quòd non poſſet de facto expelli de poſſeſsione,ſecundum Speculato. in titulo de locato.§.nunc aliqua.verſiculo xlvij.& vide quod not.Bartolus in repetitione.l.iij.C.de pigno.& ſi dubitat vaſallus ne expellatur de facto,adeat prętorem qui prohibeat vim fieri donec cognoſcatur de iure partium.qui iudex mā dabit hoc modo:ne vis fiat poſsidenti iuſtificando præceptum ſuum,quòd ſi ſenſerit ſe grauatum,veniat recepturus iuſtitiæ complementum.l.ſi.ff.de offi.procu.Cæ.& l.de pupillo.§.meminiſſe.ff.de noui oper.nuntia.ff.de offic.præſid. l.illicitas.§.ne potentiores.& ff.de vſufruct. l. æquiſsimum, extrà de proba.capitulo in preſentia.per Innocentium.& in capitulo primo.de immu.eccle.per Innocen.& in nouella. nam officium iudicis poteſt peti ne iniuria cōmittatur :ſed poſtquam eſt commiſſa,oportet actionibus & ordinarijs remedijs experiri:aliàs formæ agendi fruſtra eſſent inſtitutæ.
27 *Liberam facultatem.* † Hæc verba intelliguntur conſtito de culpa:quia ſupra dicit conuinci,quod eſt norandum:quia licet verbum liberam,ſignificare videatur præciſam libertatem:
m tamen intelligitur ſeruato ordine iuris.ᵐ.

ADDITIONES.

a Lib.vj.& in l.extra territorium.de iu.om.iudicū.per Cyn.& alios & in l.cum vnus,§.j.ff.de bo.autho.iud.poſ.vbi per gloſſ.

b Reſpondeo.vide Bal.in l.ex hoc iure de iuſt.& iur.& in l.ij.in prin. de origine iur.Bartol.& ibi remiſi in l.j.ff.de damno infecto. Andreas Barbat.

c §.ſequenti.Quid in acquiſitione poſſeſsionis iuriſdictionis,vel quaſi poſſeſsionis vtrum ſufficiat per patientiam actum aliquem principalem exercuiſſe vel feciſſe ſeu partem aliquam principalem puta.caſtri apprehendiſſe.dic vt per Innocentium.de ele.in capi.querelam. & in capitul.cùm dilectus.de capel.monac.& in capitul.cum cauſam.extra de eo qui mit.in poſſeſ.cauſa rei ſeruan.per Bart.de acqui.poſſ.l.iij.

d Quæro. Vide Bald.in l.prima.C.de manda. princip. & l.ſi qua per calumniam.C.de epiſco.& cleri.And.Barba.

e Cuſtos. Vide Bal.in capitul.primo.ſuprà ſi de feu.marc.& Bar.poſt gloſſ.in rubr.de iure fiſci.Bald.& Salicetus.in rubr:C.de priuileg.fiſc. And.Barba.

f In gloſ.Et vide docto.in capit.cum inferior.de maio.& obedien.& in c.de illis.de raptoribus.

g Nullus.Not.quando lex priuat aliquem poteſtate contrahendi cōtractus ſi fit eſt nullus etiam ſi partes conſentiunt.vt in gloſſ.ſingula. in l.à diuo.ff.de ritu nupt.ſecundum Bald. in l. non dubium.C.de leg. Andr.Barbat.

h Dignum.Vide quod not.Bal.in l.Cæſar.ff de publi.Bald.in capitulo primo.ſuprà qui feud.dare poſ.ſed vide quod habetur in clementina. prima.vt li.pen.& ibi per Pau.vbi poteſt quem priuare beneficio.And. Barbat.

i Coronam.Quid in pallio Archiepiſcopi,dicit quòd poteſt ſibi mitti per nuntium.c.ſignificaſti.& ibi dixi de ele.And.Barb.

k Non ſufficit.Vt eſt gloſſ.ordin.in capitulo cauſam.de ele.in cle.in in fin.gloſſ.in verbo,cathus.ibi ſolum intimare ſed etiam requirere debet.ad quod facit q̄ habetur per Bar,in l.denuntiaſſe.in prin.de adult.

l Quod ſic.Vide Cano.in capitulo pen.de vi.& ho.cle.& in capitulo. primo eodem titul.in cle.& in capitulo primo de coha.mulie.& cle.& domi.Ioan.in capitulo ſi autem cle.eodem titu.Innocen. in capitu.cum nobis olim.de elec.Ioan.And.in capitulo breue de iureiur.Bartol.in dicto §.cohærede.& l.Titia.§.vſuras.de lega.ſecundo.Et vide quod not. in capitulo primo.in titu.de mili. vaſal.qui contu.eſt vbi dedi bonas remiſsiones.Vide quæ latè dixi in capitulo nos quidem.de teſt.vide doct. in capitulo tua nobis.eodem titul.vbi dicunt quòd requiritur trina monitio in executore.vide quæ ibi dixi.Andr.Barba.

m Iuris.Ne tollatur defenſio ſecundum quod inquit Barto.in l.alio. de ali.& cibā. lega.Accedit quod not.gloſ.de ſep.in capitulo dudum. in gloſſ.liberare.licet contra probari videatur in text.in cap.quæ in eccleſiarum.de conſti.

De prohibita feudi alienatione per Federicum. Rubrica.

Hæc rubrica poteſt ſic continuari ad præcedentia. Suprà dictum eſt de feudis multiplici modo:verum quia ſæpè vaſalli profiliunt ad feudorum alienationem in prætudicium dominorum, & quia per Federicum eſt innouatum iuri antiquo,ideo ſequitur hæc rubrica.

1 ☞ *Vaſallus an poſsit pignorare feudum.*
2 *Feudum quando ſit diuiduum uel indiuiduum.*
3 *Vaſallus ſi alienauit feudum,deinde redemit antequam iudicium dominus dictaret.*
4 *Quid ſi vaſallus legauit prorſus extraneo.*

Et

Source : BIU Cujas

5 *Et an dominus teneatur inueſtire legatarium.*
6 *Vaſallus an poſſit dare feudum in dotem pro filia ſua.*
7 *Et an poſſit concedere in emphyteuſim.*
8 *Alienatio feudi paterni an permittatur inter agnatos.*
9 *Vaſallus an. poterit feudum nouum uendere ſuo conuaſallo.*
10 *Vaſallus an pro uirtute conſuetudinis poterit dare feudum in ſolutum, pro ſuis debitis.*
11 *Quid autem in emphyteuta.*
12 *An autem uaſallus poſſit feudum cum alio diuidere.*
13 *Conſuetudo diſponens, quòd uir lucretur tertiam partem dotis, an habeat locum in feudis.*
14 *Vaſallus habens licentiam à domino uendendi feudum cuilibet, an amico, ac inimico uendere poſſit.*
15 *Pater an poſſit aſſignare feudum uni filiorum.*
16 *Pater an poſſit feuda diuidere inter filios pupillos.*
17 *Vaſallus an poſſit tranſigere ſuper quæſtione feudi inſcio domino.*
18 *Vaſallus ſi habeat licentiam à domino quòd poſſit donare feudum an poterit donare cauſa mortis.*
19 *Sed ſi mihi eſt conceſſum feudum recipienti pro me, & ſucceſſoribus meis quibuſcunque.*
20 *Tractus temporis non firmat impoſſibilia.*
21 *Emptor bonæ fidei ſolus repetit pretium.*
22 *Emptor ſi ſit ſtipulatus de euictione an poſſit agere.*
23 *Quid ſi bonæ fidei emptor nõ uult repetere pretium ſed uult agere ad intereſſe.*

IMperialem Diuide in octo partes. Primò prohibet generaliter omnem alienationẽ, & pœnam imponit. Secundò, prohibet fieri fraudem legi. Tertio, præcipit inueſtiturã à quolibet maiore xiiij. annis peti infra annum & diem. Quartò, iubet vaſallo ire cum domino, vel mittere, vel congruè ſatisfacere. Quintò, prohibet diuiſionem ducatus & comitatus, & permittit diuiſionem aliorũ feudorũ. Sextò prohibet ne filius, vel domeſticus, vel vaſalli dñm dñi ſui offendere debeãt. Septimò determinat quis debeat eſſe iudex inter dños & vaſallos, vel inter dñm & vaſallum. Octauò, præcipit quòd in omni ſacramento fidelitatis nominatim excipi debeat perſona Imperatoris. Secunda pars incipit in §. callidis. tertia in §. prætereà ſi quis. quarta. in §. firmiter, quinta in §. prætereà ducatus. ſexta in §. inſuper. ſeptima in §. ſi inter. octaua in §. illud quoq;. principiũ autem vſque ad §. prætereà ſi quis. ſubdiuide in tres partes. Primò Imperator exorditur. Secundò prohibet generaliter omnem alienationem in futurũ, & caſſat factam, & pœnam imponit contrà facientibus Tertiò prohibet fraudem legi fieri, & ſtatuit pœnam. Secunda incipit ibi: hac edictali. Tertia in §. callidis. Caſus Imperator primò exorditur dicens, q̃ ſemper ſtudet ſubiectorum commoda inueſtigare, & addit quòd multi vaſalli ante hanc legem feudum alienabant, per quod vtilitates dñorum & imperij valde diminutæ erant, & ideo de conſilio procerũ generaliter prohibet omnẽ alienationẽ feudi fieri in futurũ & caſſat alienationes factas in præteritũ, nulla preſcriptione obſtãte, & qui cõtra fecerit feudũ amittit & emptori bonæ fidei vendens cogitur reddere pretiũ, prohibet etiã fraudẽ fieri huic legi, videlicet q̃ vaſalli ſub colore inueſtituræ pretio accepto non debeãt vẽdere feudũ alioquin emptor & vẽditor beneficio & pretio carebunt, & tabellio qui ſcripſerit inſtrumentũ priua
1 bitur officio, & erit infamis, & manum amittet. h. d. †Nota q̃ vaſallus hõ põt feudũ pignorare, quod verum eſt quãtum ad ius reale cõſtituendũ in pignore. tetigit Bar. in l. qui
2 habebat ff. de leg. iij.[a] Sed nũquid ſi cõtrahat cum aliquo & obliget omnia bona ſua, cadat à feudo. Et reſpõdeo q̃ nõ quia nõ includitur feudum in tali obligatione: vt ff. de pig. l. obligatione generali. ſecundum Bal. & l. in codicillis. §. inſtituto. de leg. ij. facit l. j. & q̃ ibi no. C. quæ res obli. poſſ ſed ſi ſpecialiter obligat diſtingue, aut procedit ad actum facti ſeu traditionis: aut ſtat in finibus verbi. Primo caſu à feudo cadit. Secundo caſu non cadit: quia iniuria nullũ habet effectum. ar. ff. de verb. ſig. l. alienum. & ff. quod quiſq; iur. l. j. §. hæc verba, & quia pignorare propriè dicitur ille q̃ tradit nõ ille qui traditur: vt inſt. de act. §. itẽ Seruania. Sed quid ſi vaſallus dat pignori ipſi domino: nunquid cadat à feudo. Rñdeo nõ: quia cũ dominus conſentiat nulla iniuria fit ipſi domino: vt extrà de feu. c. j. Sed quid ſi ſint plures domini, & pignorant vni, alijs non cõſentientibus. Reſpõdeo ſi quidẽ eſt feudũ diuiduũ, videtur q̃ poſſit: ſi autẽ eſt indiuiduũ videtur q̃ nõ poſſit pro parte aliorũ dñorũ. ar. ff. de leg. ij. cũ
2 filius. in prin. †Quando autẽ ſit feudũ indiuiduũ, & q̃n diuiduũ no. ſ. de duob. fra. de no. bñ. inue. §. j. in gl. quę incipit: quid ergo. circa finem. vel dic q̃ licet ſit indiuiduũ cadat ab ipſo feudo, & redeat ad dños non cõſentientes. ar. ff. de leg. ij. l. cũ pater. §. libertis. ff. de ſeruit. vrb. prę. d. l. per fundũ. ff. cõmunia præd. l. eſt receptũ: facit q̃d no. in l. ij. C. de liber. & eorũ liber. ff. de aqua plu. arc. l. in cõcedendo. cũ ll. ſeq. ar. de nego. geſt. l. ſi ex duobus. ſed pro prima opinione facit de lega. iij. l. pater. §. quindecim. & §. libertis. Quæro quid econtrario. nunquid dominus poſſit obligare ſuam proprietatem ſine conſenſu vaſalli: dicit gl. q̃ non: quia tria ſunt quæ prohibentur dño, ſcilicet cambiũ, precaria, & libellus. De pigno re aũt lex nõ loquitur: ergo quod nõ prohibetur, permitti videtur. ar. ff. ex qui. ma. l. necnõ. §. quod eis. & ita tenet gloſſ. quã ego ſic limito, videlicet niſi res ſit obligata pro tãto: ita q̃ non eſſet ſpes luitionis: vt l. qui habebat. in prin. ff. de leg.
b iij.[b] †Quæro quid ſi vaſallus alienauit, deinde redemit an
3 tequam dñs dictaret iudiciũ contra eum: nunquid pœnam amiſſionis feudi euitet. & videtur q̃ ſic: quia in extraordinarijs delictis habeat locum pœnitentia quæ rem reducit ad ſtatũ prioré: vt ff. de alie. iudi. l. ex hoc edicto. §. ſi quis. Contrarium determinat gl. quia in ipſo momento quo alienauit res ad dominum redijt: & ideo redimendo nihil recuperare potuit nõ conſentiente domino: vt ſuprà ſi poſt alie. feu. vaſal. id rede. c. j. & ar. ſuprà de feu. fœ. §. ex hoc. nam per hoc facta executio per legem, & ideo mora purgari nõ poteſt vt l. ſi is qui. de lega. & per Dy. in l. ſi ſeruũ. §. ſequitur. ff. de verobli. & Bar. in l. inſulã. co. ti. Secus ſi eſſet feudum quod deberet reuerti ad dñm per ſentẽtiã q̃a aut ſentẽtia poſſet cũ pa purgari iuxta no. inſti. de act. §. item mixta exactio cõtra
4 eos. †Quæro q̃d ſi vaſallus feudũ prorſus extraneo legauit, vel hæredem extraneum de feudo inſtituit, & deceſſit: nũquid filius vel agnatus erit priuatus feudo. Reſpondeo certũ eſt q̃ vaſallus ſuper feudo teſtari, legare, ſiue aliquid aliud ordinare non põt: per q̃d aliquod ius in ipſo feudo cõſtituatur: vt ſuprà de ſucceſ. feu. in prin. & ſuprà qualiter olim feu. alien. po. §. donare. & hîc gl. quæ incipit, ſi autem. & de hoc non eſt qõ fm gl. de quæſtio quærit de priuatiõe feudi, & ſi bene conſideramus gl. innuit q̃ nondũ dicit q̃ reuertitur ad dominum nullis agnatis vel deſcendentibus relictis: ergo à contrario ſenſu, ſentit quòd ſi eſſent relicti agnati vel deſcẽ
5 dentes non reuerterentur ad dominum. †Quęro ergo nũ quid dominus teneatur inueſtire legatarium de feudo. Reſpondeo non: vt dicit gl. præſertim ſi eſſet legatum eccleſiæ: quia etiam non deſinit eſſe hęres: vt in c. j. circa medium. ſuprà de alie. feud. & fieret deterior conditio domini. nam duraret apud eccleſiã in infinitum: quapropter eccleſia in hoc eſt deterioris conditionis: vt not. ff. de verbo. obligat. l. ſi ita
6 quis. §. ea lege †Quæro an vaſallus poſſit dare feudum in dotem pro filia ſua cum fortè non habeat aliunde vnde doteret eam, & videtur quòd ſic fauore dotis: vt C. cõmunia de leg. auth. res quæ. Caſus tamen expreſſus eſt quòd non poteſt ſine voluntate domini. ſuprà qualiter olim feud. alie. po. §. donare. non ob. auth. res quæ. quia hîc erat prohibita alienatio non ratione perſonæ, ſed ratione rei: quia non erat in pleno dominio dotantis. vnde pater non poteſt dotare de alieno. & ſi tu dicas ſaltem emponemata ſunt ſua. Reſpon-
7 deo quòd nõ ſtant per ſe. †Quæro nunquid vaſallus poſſit concedere in emphyteuſim perpetuam vel ad longum tẽpus. Reſpondeo non: quia hoc non procul ab alienatione diſtat: vt in authẽt. de non alie. aut permuta. §. alienationes. etiam ſi fiat pactum quòd vtile dominium non tranſeat per talem contractum. nam hoc videtur factum in fraudem iu-
c xta not. per Dynum.[c] *in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de leg. ſecũdo.* & dixi ſuprà *qui feud. da. poſſunt.* & de capitulis Cor

Source : BIU Cujas

8 ra.c.j.§.prætereà.per Iaco.Bel.glo.& me. †Quæro an inter agnatos permittatur alienatio feudi paterni.Reſpondeo ſic.vt in cap.j.§.& ſi clientulus.ſuprà,de alie.feu.in gl.ſubaudi.& de alienatione feudi pa.c.j.in gloſſ.merito. & per quas fiat inueſtitu.& per quos rei.§.ſed & res.& eſt ratio, quia nõ dicitur alienatio:vt ibi not.gloſſ.quæ incipit:& verè dicit Iaco. de Bel. quòd hoc eſt verum,ſi alienatio fit proximiori, qui ſucceſſurus eſt in feudum poſt eum. Secus ſi remotiori quia non valet niſi de conſenſu domini & agnatorum.Mihi videtur quòd valeat donec alienans viuat,ſed ſi decedit ſine hærede,reuertatur ad agnatos proximos:vt notaui in dicto cap.j.de alie.feu.paterni.nam qualitas perſonæ non eſt prohibita,ſi præmaturè eſt ei res alienata. argu.ff.quod fal.tut. autho l.an etiam in patrem. Quæro an ſaltem vſq; ad medietatem feudum poſsit pignori obligari.dic vt not. ſuprà, de alie.feud.cap.j.in gloſſ.ſic ergo.& ſuprà quib. mod. feud. amit.§.rurſus. Quæro an vnus ex hæredibus poſsit alteri cohæredum partem ſuam vendere, & locare. dic vt dixi. & vide ibi & not.ſuprà,per quos fiat inueſti.cap.j.in gloſſ.nam
9 & alios. †Quæro nunquid vaſallus poterit feudum nouum vendere ſuo conuaſallo non agnato. Reſpondeo non: quia inter eos nulla eſt coniunctio:vt ff.de tranſactio.l.cum hi§. ſed ſi pluribus.& ſuprà,qui feu.dare poſſ.§.cum verò Corradus.niſi fortè eſſet feudum eis conceſſum ab Imperatore, quia inter eos quædam coniunctio iuris eſſet:vt C.ſi ſocius
10 lib.impe.l.j.libro x. †Quæro nunquid ſi ex conſuetudine eſt permiſſum,quòd feuda dentur in ſolutum pro debitis vaſallorum,an valeat talis conſuetudo. Reſpon. ſic:ſi eſt conſuetudo clericorum laicorum,vt ſic fiat,ſaluo ſcilicet iure eccleſiæ.Si verò laicorum tantum eſt conſuetudo,& non præiudicat eccleſię,ſed valet quo ad laicos.ita intelligitur quod not.ſuprà,qualiter olim feu.alie.pote.cap.j.§. porrò. in gloſ. ſed nunquid. & dic vt dixi ſuprà, cap.j.an agna. vel filius.& quidem ius feudi morte finitur:vt not.in c j.§.donare. qua-
11 liter olim feu.alie.poterat. †In emphyteuſi autem videtur quòd cum dicta alienatio ſit neceſſaria,quòd poſsit fieri in iuribus ipſius emphyteutæ, ſcilicet, per iudicem, ſaluo iure canonis:vt plenè not.ff.de damno infecto.l.ſi finita.§.ſi qua ſunt iura.& in §.ſed ſi de vectigalibus. facit quod not.C. de conduct.procur domus auguſtæ.l.j. lib.xj.quidam etiam dicunt vt dominus Dyn.quòd idem eſt in feudo,quod in emphyteuſi.argu.ff.fami.erciſ.l.alienationes. quod non placet, ſcilicet,quòd iudex poſsit vtile dominium alteri adiudicare ſecundum eius commoda.ſic argu.ff.de re iudica.l.commodum.ne aperiatur via ad alienationes feudorum. argu.ff.de tranſactio.l.cum hi.§.ſi cum lis. Puto tamen quòd licet datio inſolutum ipſius feudi non valeat, tamen vaſallus non perdit feudum,quia non conſenſit,cum iudicium reddatur in inuitum.vt ff de verbo. obliga.l.inter ſtipulantem.§.Stichum.idem puto ſi coactus à iudice vendidit, niſi interueniat fictio compulſionis.dicit enim Archi. quòd qui ſimultat metum intelligitur conſentire.xxvij.diſt.c.quod interrogaſti.per Archi.& facit quod not.per eundem.xxj.diſtinc.§.
12 nunc autem. †Quæro, an vaſallus poſsit feudum cum alio diuidere,& videtur quòd nõ:quia diuiſio eſt alienatio, quæ non poteſt fieri domino non cõſentiente.Vel diſtingue, aut vaſallus prouocat, aut prouocatur. Primo caſu non poſsit. Secundo ſic.argu.C.communi diui.l.ſi. & ff.de condi.fur.l. & ideo.Tu dic,quòd iſta quæſtio non eſt dubia inter conuaſallos eiuſdẽ domini,quia poſſunt inter ſe diuidere. text. eſt ſuprà,quibus mod.feud.amit.§.item ſi duo fuerunt fratres.& ſuprà,ſi de feud.fuer.controuer.cap.omnes filij.& eodem titu.§.prætereà Marchia. Sed tunc iſta quæſtio eſt dubia quando vnus eſt pro parte vaſallus vnius domini,& pro alia parte eſt vaſallus alterius domini: vel quando vnus habet,ponamus medietatem vnius caſtri iure proprio & alius habet à fratre illius in feudum. Videtur tamen poſſe dici q cum diuiſio ſurgat ex ipſa cõmunione,quæ ex perſona domini naſcitur,& iſte ſtatus implicitus eſt ipſi communioni, quòd vaſallus poſsit ad diuiſionem non ſolum prouocari, ſed etiam prouocare.argu.ff.de fideicom.libe.l.cum fidei.& ff.ſi ex noxal.cauſa aga.l.fi.ratione ſui. & ff.de actio.empt.l. Iulianus.§.idem Celſus.& quod not.C.famil.erciſcun.l.familiæ.per Accur.hoc tenet Ioan.And. in ſumma ſua ſub ru
13 bricella,an diuiſio ſit prohibita. †Quæro an conſuetudo quæ diſponit, quòd vir lucretur tertiam partem bonorum vxoris,habeat locum in feudis.Reſpondeo non: vt not. ſuprà,de inueſti.de re alie.fact.§.vlti.in gloſſ.de hac quarta. & in alia glo.de hac tertia. Quæro:pone quòd dominus conceſsit vaſallo licentiam vendendi cuilibet amico:quęro vtrũ poterit vendere inimico.reſpondet gloſſ. hîc notabiliter & dicit quòd non.pro gloſſ.facit C.de pact.inter empt.l.fin.tu dic quòd aut inimicus domini,& verum dicit gloſſ.aut inimicus vaſalli:& tunc poteſt,quia ei vendendo,videtur eum prius reconciliaſſe ſibi,deinde ei vendidiſſe.vt ff.mandati.l.
14 creditor.§.j. †Quæro de qua amicitia intelligitur iſtud.Reſpondeo,non requiro exactam amicitiam,ſed mediocrem. vt ff.de vſur.l.ſciendum. Et nota quòd ex conuerſatione amicitia naſcitur,& nata augetur,vt C.de caſtren.pecu.l.cum allegas.lib.xij.dicit Ariſto.quòd amici ſunt in duobus corporibus anima vna, & alibi dicit quòd amicus amico vult bona: tamen ſi diligo te, non debeo omittere me.ff.ſi quis
15 omiſ.cau.teſta.l.Iulianus. †Quæro vtrum pater poſsit aſsignare feudum vni filiorum.Reſpondeo,quidã dicunt quòd ſic:pater ſua probitate quæſiuit feudum:ſecus ſi id acquiſierunt anteceſſores patris.vt ff.de iure patrona. diui fratres. & ff.de aſsignandis libe.l.liberi patroni.alij dicunt quòd bene meritò poteſt aſsignare. argu.ff.ſi quid in fraudem patro.l. vnus.C.de teſtamento militari.l.ſi Rufinus. Tu dicas, quòd non. niſi de fratrum voluntate vel ratificatione:quia lex feudorum dicat,quod ad omnes filios æqualiter pertineat: vt ſuprà,qui feud.dare poſſunt.§.cum hoc.vt legitur & no.ſuprà,de ſucceſſ.feud.& in l.liberti libertæque.C.de oper. liber.& in l.item videndum.§ fina.ff.de petitio. hæredita. & ideo nec in teſtamento poteſt hoc facere,niſi filij approbent teſtamentum paternum.ff.quibus mod.pign. vel hypo. ſol.l. ſicut.§.venditionis.nam quod ad omnes pertineat eſt inductum fauore filiorum:& ſi fit contrà, non valet: tamen non reuertitur ad dñm:quia non eſt hîc ſtatutum fauore dñi ar-
d gumen.C.de legib.l.fina.& l.vltim.ff.de litigio.d †Quæro
16 vtrum pater poſsit feuda ſeu caſtra feudalia diuidere inter filios,præſertim pupillos, qui non poſſunt ſubijpſis conſulere:& videtur quòd ſic:quia debent regi conſilio paterno: vt quod non poteſt ætas poſsit paterna pietas.ff.de curat.furi. lege ſi furioſo puberi.& licet hoc non valeret iure teſtamenti, tamen valet iure prouidentiæ paternæ, & authoritatis ſuæ quam inter liberos præſtare poteſt cum ſit legitimus administrator, & quidem præcipuus vltra omnes alios.C.de bonis mater.lege prima.Solut. non poteſt nec iure poteſtatis, nec officio pietatis. Sed ſi filius eſt eius hæres,niſi ſeruet voluntatem patris tenetur præſtare intereſſe ff.de legatis ſecundo.l.vnum ex familia.§.ſi rem.neque enim in feudis prohibitum eſt cõmercium ſed modus,ideſt ne fiat alienatio ſine voluntate domini.obligatio autem non eſt prohibita,quantum eſt inter eos qui ſe obligant.quod dic vt ſta
17 tim dicam. †Quæro, an vaſallus poſsit tranſigere de quę ſtione feudi inſcio domino,& videtur quòd ſic in præiudicium ſuum,ſed non in præiudicum domini,& ſic tranſactio erit perſonalis non realis.argument.extra de præbendis.capitulo niſi eſſent.Solutio.dic vt in capitulo ſi vaſallus de ſuo.ſi de feudo fuerit cõtrouerſia inter dom.& ag.vbi dicitur quòd tenet tranſactio facta bona fide, ceſſante fictione & calumnia,& in re vera dubia lite incerta ff.de pact. lege tutoris.lege contra iuris.in fine,C.de tranſactionibus.lege præſes.nam ſi res poſſet de facili liquidari neſſet tranſactioni tunc quædam tacita donatio.ff ſi quid in fraudem patroni factum ſit.lege prima.§.quòd ſi noluit obtinere.& §.ſi tranſegit. & ideo tranſactio eſſet nulla & res reuerteretur ad dominum. & ideo tranſigens cum vaſallo cogitet qui ſibi euenire poteſt. vt in dicto capitulo ſic etiam intelligitur in capitulo primo. e de contro.inter vaſal.& aliũ
e de beneficio.Et nota,quia tranſactio dicitur euentus litis. ff.mand.l.ſi, Caueat tamen vaſallus in tranſactione ne ſe obliget de feudi euictiõe ei cum quo trãſigit: iia quòd trãſi

gat

Source : BIU Cujas

gat aliquid recipiendo,& poſſeſsionē dimittendo, non aūt feudum promittendo vel alienando aliter .qui enim liti cedit nihil promittendo non dicitur alienare cū nec teneatur de euictione:quia contrahit ſuper lite nō ſuper re:vt C. de trāſ.ſi pro fundo.vt dixi ſ.de contro.inter vaſ.& alium de beneficio.c.j.in fi.licet in alijs contractibus innominatis veniat euictio vt l.j.ff.de rerū perm.tñ in tranſactiõe diſtingui
18 tur:vt in d.l.pro fundo.Ratio differentiæ colligitur ex prædictis.& facit ff.de offi.procur.Cæſa.l.j.§.idemq;. †Quæro,ſi vaſallo conceſſum eſt à dño,ꝙ poſsit donare feudum, an poterit donare cā mortiſ.Rñdeo nō.ff.de do.l.ſi filius.ſecundū Ia.de Ardi.qa nō eſt propriè donatio l.j.§.j.ff.de do. Et nota ꝙ aut nomē donatiōis ponitur permiſsiuè,& nō includitur donatio cauſa mortis.ſed ſi prohibitiuè ſic vnde ſi ſtatutū dicit ꝙ mulieres non poſsint donare,intelligitur ꝙ etiā cauſa mortis nō poſſunt donare,quia à quo remouetur genus,& quælibet eius ſpecies remota intelligitur.vt d.l.ſi filius.vel pari rōne qđ eſt no. Deinde vides ꝙ vaſallus etiā nō pōt pro anima iudicare,& eſt ratio:quia aut decidit ſine hærede,& reuertitur ad dñm,vel ad agnatos,ſi feudū eſt paternū.Aut cū filijs, & vadit ad filios:nec poſſunt filij cōſentire in iſto legato,ꝙ fiat extraneo,licet fiat pro anima vt hīc
19 quia perderet feudū. † Sed quid ſi cōceſſum eſt feudū mihi recipienti pro me & ſucceſſoribus meis quibuſcūq;. Rñ deo hæc verba nō ſolū tria genera hæredū includūt:vt inſti. de hære.qua.& diffe.ſed etiam legatarios.ff.de eden.l.quædam.§.is autē.quia legatarius in re legata quodāmodo hæres eſt ff.de vſuca.l.id tēpus.§.j.& facit quod dixi ſ.qualiter olim feu.po.alie.c.j.§.donare. Deinde no.ꝙ de permiſſu dñi pōt quis teſtari de re ipſius:cōcor.l.ſicut.§.venditionis. ff.qui.mo.pig.vel hyp.ſol. No.ꝙ id quod non valet,nō cōualeſcit. Nota ꝙ id quod nō valet,quia prohibitum,præſcriptione temporis nō firmatur. Not.ꝙ plus operatur diſpoſitio negatiua ſeu prohibitiua,in prohibendo vel negādo,quā affirmatiua,ſeu cōceſsiua,in affirmando vel permittendo.concor.de verb.ſigni.l.alienatū.§.donare. in gl.notabili.Ratio eſt,quia negatio generis ſecum trahit & includit omnes ſpecies,per quas peruenīri poſſet ad prohibitū,& illas remouet.quod non ſic infert affirmatio vel poſitio generis:ad quod C.de tranſact.l.nec intentio.& ff.de legat.iij.l.ſi quid earū.§.interemptū.& quod ibi no.in l.penes.de ver.ſigni.& quod no.Cy.in l.conuenticulam.C.de Epiſc.& cleri. No.ꝙ qñ lex noua concernit factū lege veteri dānatum,dat
20 formam ſuā recīſſoriam etiam præteritis negotijs. †Nota ꝙ tractus temporis nō firmat impoſsibilia,& eſt ratio, quia durat cauſa ſemper impediens & reſiſtens conualeſcentiæ actus.ſed ſi cā impediens eſſet amota,aut ſuperuenit in cauſa cōfirmans ex hominis vel legis diſpoſitione,& tūc quod ab initio eſt inualidū ſumit effectum vt C.de his qui à non dño man.l.fi.& ff.de fideiuſ.l.ſi quis pro eo.§.ſi nūmos.Aut nō ſuperuenit cauſa confirmans,tūc ſolo tractu tēporis nō firmatur vt ff.de leg.iij.l.j.§.ſi filius.& l.ſ.ff.de re.catho. quia tēpus non imponitur inter cauſas inducendi vel perimendi obligatiōes.vt ff.de actio.& obli.l.obligationum fere.§.placet.& facit ff.de ſer.expor.l.ſi minor.de reſcrip.c.ſi eo tempore.li.vj.& ff.deinfa.l.quid ergo.in princi.& per Dy.in regula non firmatur.de reg.iur.li.vj.qui hanc doctrinā dedit.
21 †Deinde nota hīc ꝙ ſolus bonę fidei emptor repetit pretiū. Sed quæro cum emptor malæ fidei non repetat cui applicabitur.Reſpondet gloſ.ꝙ applicabitur fiſco,tanquam ſcelere quæſitum.nam fiſcus eſt ſucceſſor malè acquiſitorum.vt ff. de iure fiſc.l.Lucius.& ita dicit gl.ſed videtur quòd debeat
f remanere pretium penes venditorem f cui eſt ſolutum.nam ille qui ſoluit ſcienter,ſoluit indebitum ſicut dicimus,de eo qui ſcienter ſoluit falſo procuratori.vt nota.ff.de condic.ob cauſam.l.ſi procuratori falſo.& ff.pro empt.l. qui fundum. §.ſeruus meus.& ff.de condi.indeb.l.ſi non ſortem.§.qui filio.licet contrarium notetur.ff.de ſolu.l.diſpenſatore.Cum ergo videatur donaſſe,& donatio non ſit turpis,ergo remanet pretium apud eum cui ſolutum eſt. †Quærit gloſſ.ſi
22 emptor ſtipulatus eſt in euictione,an poſsit agere. dicit glo. quòd nō poteſt eſſe ratio,quia ipſa ſtipulatio eſt acceſſoria: vnde ſi principale eſt contra legem & ſtipulatio ſimiliter. vt C.de legi.& conſtitu.l.non dubium.C.de litigio.l.fina.& de agri.& cenſit .l.quemadmodum.libr.xj.& ff.ad legem Falcidiam.l.Seius & Augerius.& quod not.ff.de verbor.obliga-
g tio.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.& ff.de ritu nupt.l.à diuo pio.g Non obſtat l.ſi fundus.C.de euictio.quia ibi contractus nō erat contra legem,licet eſſet ſuper re aliena:licet etiam in cōtrarium videatur gloſ.in l.quemadmodum.C.de agri.& cen
23 ſit. libr.xj. †Quærit gloſſ.quid ſi bonæfidei emptor non vult repetere pretium,ſed vult agere ad intereſſe nunquid poteſt.& reſpondit quòd ſic:tamen in contrarium mouet vnam rationem: quia contractus eſt nullus,& ex nullo contractu non oritur actio.vnde verum eſt pretium repeti per conditionem ſine cauſa,ſed ad intereſſe non agitur,quia cōtractus eſt nullus,& hoc probatur tali ratione,ſi poſſet peti intereſſe,tale intereſſe ſuccederet loco rei,& ſic ex contractu nullo ageretur ad eum implendum.Sed reſponde quòd contractus eſt nullus quantum ad rei traditionem, aliquis tamen eſt in præiudicium vendentis, vt ex eo bonæfidei emptori naſcatur actio perſonalis.vt ff.de contrahend.emptio.l.& liberi hominis.& facit quod nota.C.communia de leg.l.fin.§.vltim.& C.non licere habi.metro.l.prima.libr.xj. C.de fund.limi.l.final.li.eod.ff.de actio.empt.l. emptorem. §.ibidem.& l.Iulianus.§.ſi quis virginem. eodem titulo.& ff.de contrahend.emptio.l.ſed & Celſus.§.j.C. communia vtriuſque iucicij, tam familiæ erciſcundæ, quàm communi diuidundo.l.ſi fratres.

ADDITIONES.

a Leg.tertio.Vtrum quantum ad hoc,vt poſsit tradere in pignus, niſi fortè animo luēdi abſque traditione tamen l.alienatum.de verb.ſigu. vt dixi in C.communia de leg.in l.ſecunda.& an requiratur realis traditio,vt in feudo poſsit conſtitui pignus in caſibus,in quibus poteſt pignorari dic quòd non,vt poſsit agi hypothecaria nulla realitas poteſt acquiri in feudo ſine corporali inueſtitura.vt in c.j.ſuprà,quid ſit inueſtitura.quod no.dixi.C.vt in poſſeſ.l.iij.

b De lega.iij.Et dixi ſuprà quando do.poſsit alienare proprietatem ſine conſenſu vaſalli.de lege Corra.in c.j.§.ex eadem lege.quibus adde in ſimili Spe.in titu.de locato.§.nunc aliqua. verſicul.xciij.Ioan.Andr. de feu.§.quoniam.ſuper verſicul.xxx.& quæ infrà eodem in §.præterea ducatus.

c Per Dy.No.per gl.in §.inſtituto. Vide eundem in c.j.ſuprà qui feu. da.poſ.& in c.j.§.vt libellario.qui.mod.feu.And.Barba.

d ff.de lit. Poſſet etiam diſtingui, quòd aut feudum eſt hæreditariū. vt quando recipitur pro ſe & hæredibus,ſeu filijs hæredibus,iuxta dicta ſuprà.an ag.vel filius.c.j.& tunc poſsit diſponere,vt de re hæreditaria.Aut non eſt hæreditarium,vt quia recipit pro ſe & filijs & liberis iuxta no.per Bar.& alios in d.l.item videndū.§.ſi.tunc ius quod habet vaſallus quia finitur morte,non poteſt illud per ſuam diſpoſitionem vltimæ voluntatis in alium transferre.capit.nuper.de dona.inter vir. & vxor.C.per quas perſonas.l.j.in fi.vbi tetigit facit l.vxor patrui de legat.& quod not.argument.de iure patronat.libr.vj.& Andr.de Iſernia ſuprà de aliena.feud.paterni.capit.primo.vbi concludit quòd vaſallus feudum nouum cum conſenſu domini poteſt alienare in præiudicium filiorum,eadem ratione debet poſſe cum conſenſu domini relinquere vni ex filijs.

e In cap.primo.Ibi,ſed etiam legatarios. Vide moderniores in dicta l.ad tempus.§.primo.& l.etiam.ff.ſolut.matri.quæ notaui ad B.in l.lit. C.de ope.li.ſed certè Bal.in capit.primo.§.donare. ſuprà qualiter olim feudum poteſt.alie.tenet contrarium,licet ipſi non allegoat & etiam in l.cum virum.C.de fideiuſ.& vide eundem in l.j.ff.de rerum diuiſio.vbi idem tenet quod hic.And.Barba.

f Venditorem.Vide quod not.gl.in l.quemadmodum.C.de agri. & cenſit.li.xj.Et vide Ioan.And.in capit.cū cōtingat. de iureiur.Andreas Barbat.

g Diuo pio.Et illam l.coniuncta gl.nota quia ſingularis & Bal.multum exclamat in l.non dubium.C.de leg.And.Barba.

1 ☞ *Iſta dictio libere,quid ſignificet.*
2 *Sententia requiritur ut poſsit agi de euictione.*
3 *Poſſeſsio an tranſeat ex contractu ſimulato.*
4 *Vaſallus an perdat totum feudum ratione partis alienatæ.*
5 *Et an poſsit renuntiare feudo inuito domino.*
6 *Et an uaſallus amittat feudum ſine certa & conuicta culpa.*
7 *Quid ſi commiſit in dominum crimen læſæ maieſtatis.*

Callidis, Hīc loquitur qñ fit fraus de contractu ad alium cōtractum,quia dum vaſallus vult

Source : BIU Cujas

reuera vendere fingit ſe in feudum dare pro modico pretio. hîc enim interuenit dolus in fraudem legis cõmiſſus. ſic & aliàs. C. mand. l. per diuerſas. & l. ab Anaſtaſio. meritò igitur cõtractus eſt nullus: & quia ineſt huic cõtractui delictũ admixtum, ideo feudum liberè reuertitur ad dñm, & exoneratur liberè, id eſt ipſo iure: non tñ dñs poterit ſua authoritate poſſeſſionem apprehẽdere, quã bonæ fidei emptor tenet: quia in ea habet cauſam ab ipſo dño. vt ff. ſi mulier ven. nomi. l. j. §. neceſſariò. † Requiritur igitur cõtra emptorem ſentẽtia, vt poſſit agere de euictione. vt ff. de neg. geſt. l. at qui natura. §. cũ me abſente. verũ eſt igitur ꝙ vaſallus amittit feudũ ipſo iure, ſed dñs non poteſt poſſeſſionẽ apud alium cõſtitutam authoritate propria apprehẽdere ſm Pe. de Cer. non ob. C. quod cum eo. l. ſi ſeruus. quia ibi apprehẽdens ſuam poſſeſſionẽ defendebat, & non inuadebat alienã. & ad hoc ſuprà, quo tẽpore mi. in c. j. ſed nõne dñs poſsidebat ciuiliter: ergo pro defendẽda ſua ciuili poſſeſsione poteſt ſibi ius dicere. vt ff. de acqui. poſſ. l. clam poſsideri. §. qui ad nũdinas. vt not. ff. vti poſ. l. j. §. interdictũ autem. ſed dico vt reſpõſum eſt, quia non poteſt in præiudiciũ poſsidentis bona fide. Et contraria loquũtur de inuaſore. † Quæro, vtrum ex cõtractu ſimulato tranſeat poſſeſsio. Reſpõ. hic eſt caſus ꝙ ſic, ſi interueniat traditio quod eſt verum, qñ veritas tẽdebat ad translationẽ poſſeſsionis. aliàs non trãsfertur poſſeſsio. ff. de aqua plu. arcen. l. emptor. † Quærit gl. nũquid ratione partis alienatæ vaſallus perdit totũ feudum. & gl. dicit ꝙ ſic: de rigore iſtius §. Sed canoniſtæ dicũt ꝙ pœna non tranſcẽdit metam delicti, & ideo ſolum pars in cuius traditione delinquitur ad dominũ reuertitur: nam cũ traditio ſit immediata cauſa pœnæ & ſic re & modo iſtud delictũ cõmittatur, non debet trãſcẽdere rei menſuram: quia in hac parte nulla interuenit traditio ergo nec pœna debet eſſe. de verb. ſig. l. alienatũ. niſi dicas ꝙ hic ſpeciale: qa plus peccat ille qui in fraudẽ legis alienat, quã ille qui alienat ſimpliciter. vt ff. de iurepat. l. ſi libertus minorem. quod verũ credo.[a] † Quærit gl. vtrum vaſallus poſsit renũtiare feudo inuito domino: & dicit gl. ꝙ ſic, quia renũtiando deſinit eſſe vaſallus, & ſi nõ eſt vaſallus, ergo nõ tenetur dño, & liber eſt ab omni ſeruitio: vt ſuprà, de vaſal. qui cõtra cõſti. Lotha. c. j. Mouet tamen duas rationes in cõtrarium. Prima eſt quia ex iſto cõtractu vltrò citrõq; obligatio naſcitur, quia celebratur gratia vtriuſq;, & ſicut emptor renuntiando rei non liberatur à pretio: ita non debet vaſallus liberari à ſeruitio. Præterea dñs non poteſt offerre feudũ vaſallo inuito: ergo nec vaſallus poteſt ſubtrahere ſeruitium dño inuito. ar. C. de reſcin. ven. l. ratas. Et confirmatur tertia ratione: quia dñs eſt in quaſi poſſeſsione ſeruitiorũ, ergo eis ſpoliari non poteſt: vt extrà de elec. c. querelã. C. de proba. l. ſi de poſſeſsione. ff. de libe. cau. l. liberis. §. fi. C. de decur. l. generali. li. xj. dic vt dixi in euidẽtialibus huius operis. † Quærit gl. generaliter vtrũ vaſallus amittat feudum ſine certa & coniuncta culpa, & dicit ꝙ non, requiritur ergo ſententia: vt ſuprà, de feu. ſine culpa non amit. c. j. & ſuprà quo tẽpore miles. c. j. & dixi ſuprà, in c. iij. in fi. prin. qui. mo. feu. amit. Fallit qñ per alienationẽ & traditionẽ ſe facit à feudo alienum. vt hîc: quia iſtud eſt habere feudum pro derelicto, nimirum ergo ſi ius & poſſeſsio perditur. arg. ff. de relictis. l. fi.[b] † Quæro quid ſi vaſallus cõmiſit contra dñm crimen læſæ maieſtatis, dic ꝙ ipſo iure tunc amittit vt per Iac. de Bel. in auc. de ince. nup. in prin. & vide ſuprà, de feu. cog. ca. Obertus. in fi. nam in feudũ ſeruantur feudorũ cõſuetudines &c. No. in ver. ſcriba. arg. contra notarios qui ſcribunt inſtrumẽta quæ ſciunt confici in fraudem vſurarũ: vt debeant officio priuari tabellionatus, & infamia notari ſm Hoſti.[c] in ſum. de vſu. §. non aliquo. per gl. in arg. in c. ſicut non ſuo. lxvj. diſt. & ibi per Archi. & inſtrumenta non valent. vt no. in c. nauiganti. de vſu. & in d. c. ſicut non ſuo. per Archi.

ADDITIONES.

a Credo. Ad quod adde ſupra in c. j. §. aut ſi libellario. qui. mo. feu. amit. & in c. j. §. ſi verò. qualiter olim feu. ali. po. Et quid in emphyteuta. facit in arg. l. quidam in iure. § fi. ff. de dona. Quid ſi habeant duo caſtra in feudum & vnum alienat an cadat ab omnibus ponit Ioan. And. in addi. Specu. in rubri. de feud.

b L. fi. & hoc ſentit gloſſ. hic in verſi. ipſo iure. ſi bene ponderetur. & Inno. in c. ij. de feudis. & quod dixi ſuprà, de feu. fine cul. non amit. c. j. & in c. j. quo tempore miles. & certè ex puncto rationis quod inalienatis dicitur vt non ſit neceſſaria, ſententia quæ ad vaſallũ procedit propter notorium, quod ibi magis veriſimiliter reperiri poteſt, & ſic conclude quòd eſt differentia vtrum delinquat vaſallus alienando, an aliter, puta feloniam committendo.

c Secundum Hoſti. Quid ſi conficit inſtrumentum immunitatis falſum punitur pœna ignis. tex. eſt not. in l. j C. de immu. ne. conce. libr. x. quid ſi facit inſtrumentum reprobatum vide quod nota. in l. iubemus. in §. his tabe. de ſacroſan. eccle. in authen. de non alien. §. hæc autem. Et vide tex. vbi punitur pœnis corporalibus, & traditur in exilium. in authen. vt nulli iudi. in §. quia verò. & ibi vide Ange. Et an faciat litẽ ſuam vide tex. l. fi. C. de mag. conue. & l. fi. ad fi. ff. ſi men. fal. modũ dixe. Bal. in rubr. C. de pœna iudic. qui malè iudi. & qua pœna puniatur ſi ſcribit ſimulatum inſtrumentum, habes hic text. & ſi ſcribit inſtrumentum vſurarium eſt periurus, & non poteſt amplius confiteri, & poteſt pronuntiari infamis: ita dicit Hoſt. in ſumma in ti. de vſu. §. fin. ver. quid de notario. & ſi conficit inſtrumentum vt quis puniatur dicit quòd punitur eadem pœna. facit tex. in arg. in l. j. ff. de ſic. & vide tex. in l. iubemus. C. quemadmo. teſt. ordinan. vbi ſi omittit ſolennitatem, & dicit eam interueniſſe, punitur pœna falſi nec poteſt probare contrarium, quia reſultat præſumptio iuris & de iure vt eſt gl. fi. in prẽal. l. iubemus. Et an præſumatur pro notario vide text. & docto. in l. quoties. §. ſed ſi maiorem. ff. de hære. inſti. & vide bonum tex. in l. nulli. C. de nu. & act. libr. xij. quod inſtrumentum carens ſolennitate eſt ſuſpectum de falſo, & ſi notarius ex certa ſcientia omiſit renuntiationem Velleiani quæ interuenit, punietur de falſo. vide Bal. in prẽal. l. iubemus. & Batt. in l. ſi quis obrepſerit. de Fal. & vide Bal. in repetitione ru. C. de priui. do. Vide eleganter no. in l. generali. C. de tribu. li. x. & ibi Bar. & vide omnino Bal. in c. j. §. ſunt pares. prope finem. ſuprà de l. Corra. vide tex. & Bal. vbi loquitur notabiliter in l. imperialis. in prin. de prohib. alie. feu. per Feder. Adde tex. in c. ſi aduerſus. de hæred. vbi notarius faciens inſtrumentum pro hæretico ſuſpenditur ab officio cum infamia. Et Bald. in l. ij. C. de enu. dicit quòd notarius faciens inſtrumentum illicitum punitur criminaliter in l. j. C. de ſepul. vio. dicit quòd punitur crimine, ſtellionatus. Vide Bal. in rub. C. res inter alios acta. And. Barba

1 ☞ *Minor xxv. annis ſi non petierit inuſtituram intra annũ & diẽ, an debeat reſtitui in integrum.*

2 *Quid autem ſi fœmina non petijt intra annum.*

1 Præterea. † Si vaſallus maior annis xiiij. non petierit inueſtituram à domino, vel ab hærede domini, per negligentiam amittit feudum. a h. d. *Maior. xiij.* Facit ſuprà ſi de feu. fue. cõtrouer. c. ſi minori. & c. ſi quis deceſſerit. Quæritur ſi non petierit inueſtituram infra annũ & diem, an ſit reſtituendus in integrũ beneficio minoris ętatis. & videtur quòd ſic vt ff. de mino. l. ait prętor. & C. in qui. cau. in integ. reſti. nõ eſt neceſ. l. fi. ar. cõtra ff. de mino. l. Æmilius. & l. etiam. & ex quib. cauſ. in poſ. ea. l. apud Iulianum. & C. de in integ. reſt. mi. l. nõ videtur circunſcriptus. prima placet Iaco. & idem tenet Pet. de Cer. qui dicit quod eoipſo ꝙ non petijt inueſtituram infra annũ & diem lęſus eſt. & ideo reſtituendus. ar. ff. de mino. l. interdũ. & per Io. And. in addi. ad Spe. in ti. de feu. §. fi. & ita ſentit hîc gl. apertè. Ad quid ergo iſte §. occupat mẽbranas, cũ ſit nullius effectus, & iuſtius fuiſſet intacta iura minorum ſeruare, quã poſt cauſam vulneratam remedium impartiri. ex quo enim de neceſsitate eſt reſtituendus, cur circuitus iſte. Reſpondeo habemus ſimilitudinẽ huius in minore, qui non fecit innentariũ. auth. de hæred. & Fal. §. pupillus. oportet enim ſeruare iuris regulas. vnde licet iure ciuili dãnũ patiatur, tamen per prætorem ei ſuccurritur. Sed dñs Ia. de Bel. opponit ad dictũ §. *pupillus.* de §. ſi vnam de prædictis. in auth. vt cum de ap. cog. vbi dicitur, ꝙ ad hoc vt pœnam legis patiatur, cũ effectu debet eſſe maior xviij. annis. reſpõdet dicẽs, ꝙ aut adultus legẽ ſpreuit, & cõtẽpſit. & ſic eſt iure naturali vel quaſi. Aut cõi deliquit, & tũc maior xviij. annis reſtituitur *in integ.* Aut in iure ciuili: & tũc reſtituitur. qd eſt valde no. ſi ergo dñs vult ꝙ adult⁹ non reſtituatur cõſtituat eũ in vera contumacia per monitionẽ pariũ. ar. ff. de mino. l. ſi ex cauſa. ſi in cõmiſſum. *Amittat. Fallit in caſibus* ſuprà quo tempore miles. c. j. & quæ *fuit* prima cauſa bene. amitt. c. j. vbi de hoc. † Sed quid in fœmina quando ſuccedit *in* feudo. nũquid eo quòd non petijt inueſtituram infra annum & diem cadat à feudo. Item ſi cadat, quæro an computetur annus & dies poſt duodecimum annum, aut poſt xiiij. & quia de viro lex loquitur, non vide

tur

Source : BIU Cujas

tur mulier comprehendi,vel ſi quis dixerit eam comprehẽdi,quaſi hoc ſit de natura feudi & natura realis eſt maſculũ & fœminã complecti,ideo dicam eã comprehendi:tamẽ dicam quod ante xiiij.annum non inceperit tempus currere: quia in iſto numero annorum iſte §.figit.pedem ſuum. ad quod ſuprà de controuer.inter do.& empto.in c.j.ad fi.

ADDITIO.

a Feudum.Sed an per diuiſionem in caſu quo poteſt fieri diuiſio videatur facta alienatio pendet nũc in facto quæſtiõis inter illos de Salario, & conſulo quòd non videatur facta.iſtud in terminis decidit in conſil. Ivij.incip. ex themate oriuntur tria dubia & etiam ponit in l.qui Romæ.§.duo frartes.ff.de verbo.obli.And.Barba.

1 ☞ *Competens ſpatium debet dari ſecundum conſuetudinẽ perſonæ.*
2 *Ire non ualens,poteſt mittere nuntium domino acceptabilem.*
3 *Quid ſi dominus eſt prælatus eccleſiæ,& acceptauit ſeruitium nõ idoneum,an præiudicet eccleſiæ.*

Firmiter Si vaſallus legitimè vocatus non iuerit cum domino in expeditione,vel nõ miſerit alium pro ſe domino acceptabilem,vel non ſoluerit do
1 mino dimidiam partem reditus feudi vnius anni feudum amittit.h.d. †Not.hîc dari ſpatium competens ꝙ intellige ſecũdum qualitatem perſonæ.vt ff.de ver.obl.l.cõtinuus.§. cum ita.& ſecũdum etiam itineris qualitatẽ & quantitatem vt ff.ſi quis cau.l.j.& ij.§.quod diximus.& attenta recta via, & non per circuitus,niſi in cauſa neceſsitatis. vt ff.de excuſ. tu.l.non ſolũ.in fi.debet etiã habere quoddã prꝛambulũ ſpatiũ arbitrio boni viri, ita ꝙ poſsit ſibi præparare neceſſaria pro viatico,& alijs neceſſarijs.vt l.ab hoſtibus.ff.ex qui. cau.
2 maio.†Secũdò no.tex.hîc expreſſum,ꝙ ille qui nõ vult, vel non poteſt ire,poteſt mittere alium domino acceptabilem, & intellige acceptabilem dño.i.bono viro. vt ff.de fideicõ. li.l.Thais.§.ancilla.& §.ſororem. Tertiò no.tex. hîc expreſſum ꝙ vaſallus poteſt ſeruire per ſubſtitutũ, dũtamẽ ſit dño acceptabilis.facit quod no.ſuprà,ſi de feu.fue.contro. inter do.& agnatos.c.ſi quis deceſſerit.in gl.no.ꝙ nõ cogitur &c. & vide per me.C.de epiſ.& cle.l.ſi quis.Sed quid ſi miſit nõ acceptabilem,tamen dñs acceptauit nunquid eſt iuri ſatisfactum.Reſpondeo ſic.ar.ff.de iudic.l.ſed & ſi ſuſceperit.& ff.
3 de fideiuſſ.l.qui ſatiſdare. † Sed quid ſi iſte dñs eſt prælatus eccleſiæ,& acceptauit non idoneum ſeruitiũ,nũquid præiudicat eccleſiæ,& videtur ꝙ non.vt ff.ad Tertnl.l.ij.§.quid ergo ſi tales.In cõtrarium videtur,quia factũ prælati obeſt eccleſiæ in acquirendis,& maximè in pœnis.vt ff.de publ.l.fi. §.ſi quis profeſſus.quia factum prælati poteſt eſſe obſtatiuũ eccleſiæ in inquirendis eo mediãte, ſed non liberatiuum in quæſitis,& maximè nocet eccleſiæ in pœnis quærẽdis, cum pœnæ habeant inſtar cauſæ lucratiuæ vt legitur & not.ff.de excep.doli.l.apud Celſum.§.de autho.verſi.cæterum.quod verum credo ſi in hoc non vertitur magnum præiudicium eccleſiæ.

1 ☞ *Feuda principatuum non diuiduntur.*
2 *Dignitas non debet minui,ſed augeri.*
3 *Quid de alijs iuriſdictionibus inferioribus.*
4 *Quid in feudo iuriſdictionis an poſsit diuidi.*
5 *Puniri an poſsit unus ex fratribus uaſalli qui deliquit in caſtro alterius,ab alio fratre uaſallo illius caſtri.*
6 *Canonia non poteſt diuidi.*
7 *Socius uel frater inhabitans totum domum,an teneatur ad totam penſionem.*
8 *Communio habet quædam incommoda.*
9 *Vaſallus pro uno feudo non cogitur habere plures dominos.*
10 *Dominus non poteſt ius ſuum ad alium transferre ſine uoluntate uaſallorum.*
11 *Quid ſi uaſallus deceſsit duobus hæredibus relictis:uno utili ad ſeruiendum,alio inutili.*

Præterea à ducatus. Caſus. Ducatus Marchia,& Comitat⁹ nõ diuiduntur,aliud autem feudum diuiſionem recipit, ſi conſortes volunt,ita tamen quòd omnes qui feudi partem habent fidelitatem facere debeãt.Deinde dicit,ꝙ vaſallus pro vno feudo non debet cogi plures habere dominos,quinimo nec dominus feudi ſine vaſallorum voluntate ad aliũ tranſ-
1 ferre poteſt.h.d.†Not.ꝙ feuda principatuũ non diuidũtur, & eſt ratio,quia vt dicit euãgelium : omne regnũ in ſeipſum diuiſum deſolabitur.Itẽ dicit Ariſto.xij.metaphyſices. in fi. ꝙ entia nolunt malè diſponi, nec bonorũ pluralitas princi-
2 patuum:vnus ergo principatus eſſe deberet.†Item dignitas non debet minui,ſed ingenio augeri.ff.de offi.præſul.obſeruãdum.Item dicit lex ꝙ nihil eſt tam magnũ ꝙ per ſectionẽ non fiat paruũ,vt in auẽ.de natura.in curia de pub & in auẽ. de trien.& ſemiſ.poſt principium. Debent ergo tanta feuda in ſua integritate cõſiſtere, ſic extrà de præben.c.maioribꝰ. & c.niſi eſſent.Item iſtæ dignitates de rigore iuris non trãſmittũtur,ergo nec diuidũtur,ſed iſta conſequẽtia non tenet per legẽ ff.cõmuni diui.l.cõmuni diuidũdo.§.ſi cũ vſufr. & dic vt extrà de elec.in c.per venerabilẽ.& per Io.Andr.& de voto.licet vij.q.j.deniq;.viij.q.j.Moyſes.& quod ibi no.in c.
3 grãdi.de ſup.negl.prꝛela. † Sed pone ꝙ Marchiones diuidũt inter ſe marchiã quæ diuidi non poteſt an redeat ad dñm, nota.Nam de mea parte non alieno niſi medietatẽ.ff.de verbo.ob.l.qui Romæ.§.fi.per Accu.iſtud recidit in illam quæ-
a ſtionem,an pro tanto quis cadat à toto.ª Et not.ꝙ vbi eſſet cõſuetudo diuidẽdi etiã iſta poſſent diuidi : quia nullum eſt ius merè poſitiuũ,quod conſuetudine mutari non poſsit.ff. de legi.l.de quibus.§.fi. Quæro quid de alijs iuriſdictionibꝰ inferioribus,nũquid feuda talium iuriſdictionũ poſsint diuidi,& videtur ꝙ non ad inſtar ſeruitutũ, quæ diuiſionẽ non recipiunt.vt ff.de ver.obl.l.ſtipulationes non diuidũtur & l. ij.& videtur expreſſum.ff.ad munici.l.Imperator Titius.vbi expreſsè dicitur ꝙ magiſtratuum officiũ indiuiduum eſt: & ideo ſi plures ſunt collegæ,quilibet habet iuriſdictionẽ inſolidum.vt l.j.ff.de offi.conſul.Item iuriſdictio in ſubſtantia ſua eſt indiuiſibilis,cum pro parte explicari non poſsit. vt ff. fami.ercis.l.in hoc iudicio. hoc etiam apparet ex diffinitione ipſius iuriſdictionis, quia ſemiiuriſdictio diffiniri nõ poteſt.bene tñ ſunt in iuriſdictione gradus, capitula diſtincta, & ſpecies:vnde iuriſdictio bene poteſt diuidi per ſpecies,capitula,& gradus:ſicut patet ex diuiſiõe magiſtratuũ vt in auth.de defen.ciui.§.& iudicare. In contrarium videtur quia cum hîc prohibita ſit diuiſio in certis caſibꝰ,ergo in alijs videtur permiſſa.arg.ff.de iudi.l.cum prætor. Item feudum æquiparatur vſufructui qui poteſt diuidi vt ff.ad l.Fal.l.j.§. ſi vſufru.& ſi ſunt duo fratres habentes vnum caſtrum cum iuriſdictione poterunt diuidere ꝙ vnus habeat vltra talem locum,alter citra,vel per alienationẽ temporum regere. ff. de vſufru.l.quoties.ff.de aqua quoti.& æſtiua.l. Lucio.Sol. ibi diuidi poteſt nõ vt ipſa ſubſtantia iuriſdictionis, quæ eſt præciſè qd incorporalẽ in ſe ipſa diuidatur:ſed ad diuiſionẽ territorij, vel ſubalternationis temporum,prout ipſis diuidentibus placuerit.Sed quid ſi diſcordarent.dic vt per glo. xvj.quæſtione iij.licet. Item omne quod extenditur ad extẽſionem ſubiecti,eſt naturaliter diuiſibile:tamen ſunt quædam formæ indiuiſibiles in ſe,vt ſeruitutes: licet ſubiectum earum diuiſibile ſit.Item iuriſdictiones:quia conceptus mẽtis neſcit earum ſubſtantiam diuidere,ſed cõmoditatem: ſic argu.ff.quemadmodum ſer.amit.l.nam ſatis.§.ſi ergo.& de negot.geſt.l.qui aliena.§.final.& incorporalia non veniunt ad diuiſionem per ſe,ſed in conſequentiam rei corporalis.ff.
4 communi diui.l.arbor.§.aquarum iter.†Et hoc tenet Iaco. Aret.in rubricella vtrum diuidi poſsit feudum iuriſdictionis & decimę : & dicit quòd idem eſt etiam in feudo decimæ: quia ſimile eſt iuriſdictioni . & facit ff.de adminiſtratione tutorum.lege inter tutores . vbi dicit Bartolus ſe conſu
5 luiſſe de facto ſuper iſta quæſtione . † Cuidam militi fuit conceſſum feudum à principe de pluribus caſtris: filij eius poſteà diuiſerunt caſtra, & obuenit vni vnum caſtrum , alij aliud: tandem vnus iſtorum deliquit in partem obuentam alteri: quærebatur vtrum poſsit ab eo puniri , & determinat quòd non: quia dicit quòd iſta

Source : BIU Cujas

diuiſio eſt quo ad adminiſtrationẽ, dominium autẽ adhuc eſt penes quẽlibet pro indiuiſo ſimul & inſolidum, & ideo par in parem non habet imperium. & allegat pro caſu iſtum §. prætereà. & gl. Accur. dicit, ꝙ feudum non diuiditur inter hæredes vaſalli. ff. cõmuni diui. l. cõmuni diuidũdo. in prin. Sed illa gl. habet intellectũ quo ad pœnam. ſ. vt ſi pro parte ceſſetur in fidelitate totũ feudum incidat in cõmiſſum. & vi de Bar. ff. de pub. l. ſi fraudati. & ſupra qualiter olim vaſal. iura. fide. in c. j. in fi. & loquẽdo in feudo marchiæ, ducatus vel comitatus, verũ diceret ꝙ non poteſt diuidi, ſed loquẽdo in alio feudo exteriori alicui⁹ territorij cui inhæret iuriſdictio, non diceret verũ quia ibi cadit diuiſio iuris & adminiſtratio nis. & adde quod not. Gul. in l. vlti. ff. de rerũ diui. Item Bart. ait ꝙ ſi fratres diuidunt inter ſe illud, ꝙ nõ poteſt diuidi niſi quo ad ſimplicem adminiſtrationẽ facti: ꝙ propter delictũ vnius, ſuperior poteſt exercere iuriſdictionẽ ſuper toto territorio, ſeu in bonis vtriuſq; cum ad quẽlibet pertineat inſolidum, quod mihi non placet loquẽdo priuatiuè: quia ſi plures habent ſeruitutem quæ eſt quid indiuiduum, & vnus eorum cadit à ſeruitute, hoc non tenetur alteri: imo videretur ꝙ per ius non decreſcẽdi totũ applicaretur alteri qui nõ eſt priuatus, quaſi vno extincto tantũ & non altero. Omnis eñ extinctio & priuatio eſt quædã mors. vt ff. ſol. matri. l. ſi quis ſic. ff. de libe. & poſthu. l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. & quemadmo. ſer. amit. l. aquam. ff. ſi ſer. vend. l. loci corpus. §. ſi fundus. Vel apud dñm, quia dñs, & apud vaſallum, quia vaſallus erit ergo iuriſdictio ordinaria diuerſa ratione, tamen ſimul & inſolidum cõmoda iuriſdictionis diuidentur inter eos, quia diuiſibilia ſunt. Iuriſdictio autẽ non diuiditur: quia nõ diminuitur in ſua eſſentia per cõcurſum, & omne ꝙ non minuitur per concurſum indiuiſibile eſt: vt l. vltima. ff. vti poſſ.

6 Vnde dicunt canoniſtæ ꝙ canonia non poteſt diuidi nec intenſiuè, nec extenſiuè, quia non habet partem de poſt partẽ. Et ſi vno canonico mortuo duo eligantur vice illius, non fit diuiſio, ſed dualitas. Sed in præbenda: quia ſi fierent partes per cõcurſum eſſet diuiſio, & ideo ad vnam præbendã non poſſunt duo eligi, quia in corpore vno non poſſunt eſſe duo

b homines vt in d. c. maioribus. de præben. in nouel. ᵇ Quæro ſi duo fratres habent vnã turrim in feudũ, & diuidũt ipſam per ſuperius, & inferius, an ſuperior habeat rei vendicationem: & videtur ꝙ non, ſed inferior tantum. C. de rei ven. l. j. niſi dicas ꝙ inferior habet dominiũ vtile totius, & ſuperior

7 vtile vtilis dominij, quod lege non cauetur. †Pone, ᶜ Titius

c habet in feudum domũ cõem tecum quam te abſente totã inhabitauit: an tibi teneatur ad dimidiam partem pẽſionis. Et videtur ꝙ ſic, quia inhabitando fructus percipitur. ff. cõmuni diui. ſi quis putans. §. ſiue autem. de pig. ſi is qui. §. j. ff. de dona. l. in ædibus. & ita tenent quidam. Alij tenent cõtrarium quaſi re ſua videatur quis vti quia in quolibet angulo habet partem pro indiuiſo. & ſic ſuo iure vtitur. vt l. meritò. ff. pro ſoc. & l. Sabinus. ff. cõmuni diui. in fi. magnæ gloſ. ſm Richar. Malũ. & Cy. in d. §. ſiue. in addi. Cy. de quo per Bar. in l. duo fratres. ff. de acqui. hæredi. Pone duo fratres Marchiones diuidunt hoc modo, quia vni marchia tota, alij allodium totum deueniat nunquid valet diuiſio. Reſpõdeo ſic, quia quo ad marchionatum non eſt diuiſio. ff. fa. erciſc. l. & puto. §. j. ff. communi diui. l. ſi quis putans. §. pe. Sed fortificatio vniõis & eius cõſolidatio. C. fami. erciſ. l. ſi familiæ. per Accur. Sed quid ſi marchionibus noua caſtra cõcedantur. vtrum intelligãtur eſſe de marchia, & ſic non poſſunt diuidi. Reſpondeo non: quia marchia methoica eſt. ff. de acquir. rer. do. l. in agris. & licet nominetur marchia, illud eſt cauſa honoris: ſed ſi vniatur marchiæ marchia eſt. ff. de pact. dota.

8 l. inter. §. cum inter. †Et no. ꝙ communio habet quædam incommoda, ſcilicet, quòd naturale vitium &c. C. quando & quibus quarta pars debe. l. ij. lib. x. Item quia propter cõmunionem venitur ad arma. arg. de ſer. ruſti prædi. l. re communi. de leg. ij. cum pater. §. dulciſſimis. & de condic. indebi. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. Et diuiſio quæ procedit de fratrũ cõcordia laudatur. ff. fami. erciſ. l. ſi. ſed illud in allodijs. No. quòd omnes vaſalli tenentur ad fidelitatem ſiue feudum ſit diuiſum inter eos, ſiue non. Not. quòd pro vno feudo non cogitur quis habere plures dominos. Quid ergo ſi dominus deceſſerit relictis pluribus filijs. Reſpondeo ipſi inter ſe poſſunt ordinare cui eorum fiat fidelitas. vt ſuprà, ſi de feu. fue. contro. ca. omnes filij. Et ſi non ordinant, quidam dicunt, ꝙ vaſallus poteſt eligere. arg. l. dicentis quòd quando relinquitur incertum de certis, hæredis eſt electio: vt ff. de lega. j. l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. & hoc tenet Iaco. Bel. per l. j. ff. de ſolu. Sed melius facit ff. ad Sillan. ſi quis in graui. §. ſi cum omnes. vel dic, ꝙ faciet fidelitatem vni, vice omnium quaſi vni corpori. arg. ff. de condit. & demon. l. cui fundus. §. fi. vel dic, quòd faciet fidelitatem antiquiori. vt ff. de fide inſtru. l. fi. & quod not. in c. j. extra de maio. & obe. per Innoc. vel dic prout habetur in tit. de quibuſdam alijs capitulis extraordi. feu. in c. de negotio. quod capitulum eſt extrauagãs, & quidam credunt quòd ſit papale, ſeu canonicum in quo ca. ſic continetur. Inſuper etiam te inſtructum eſſe volumus, ꝙ ſi dominus à quo feudum tenebatur diem ſuum plurib⁹ hæredibus relictis obierit, vaſalli qui communiter illud tenent non coguntur fidelitatẽ pro eo facere, niſi domini illud feudum primò partiantur, quoniam ſecundũ ius feudi non debet quis duas fidelitates pro eodẽ feudo facere. Sed ille tex.

9 non eſt authenticus, nec eſt redactus in corpore iuris. †Not. quòd dominus ſine voluntate vaſallorũ non poteſt ius ſuũ ad alium transferre, ſcilicet ſine vniuerſitate, ſed cũ vniuerſitate poteſt. ita tamen vt vaſalli grauiorem ſeruitutẽ non patiantur quod dic vt ſuprà de capi. qui curiam vendi. capi. j.

10 †Quærit gloſ. quid ſi vaſallus deceſſit duobus relictis filijs, vno vtili ad ſeruiendum, alio inutili: nunquid poteſt dominus aſſignare totum feudum ei qui eſt vtilis, quidam dixerunt quòd nõ: alij quòd ſic. Tu dic quòd aut inutilis ad ſeruiendum, eſt inhabilis ad ſuccedendum: & tunc non poteſt. Aut eſt habilis ad ſuccedendum, & tunc poteſt, quod dic. vt ſuprà, an mutus, vel ſurdus, vel aliter imperfectus. c. j. & facit extra de præben. c. ſuper inordinata. & per Io. And. in tit. de

11 feudis. §. fi. †Sed ego quæro vbi inutilis non ſuccedit de mero rigore, an ſuccedat in feudo: ſi ille qui eſt vtilis exhibeat plenariè ſeruitia conſueta. & eſt arg. quòd ſic. ff. de libe. leg. l. ſi is qui duos. Item ratione ſanguinis quod facit vnus vidẽtur feciſſe omnes, argu. C. de agri, & cenſi. l. cum ſcimus. lib. x. In contrarium videtur, quia quos natura feudi non includit, ſeruitium includere non poteſt. Capacitas enim intrinſeca eſſe debet qđ eſt verius, ſicut ſi eſſent duo filij, vnus eſſet legitimus, alter ſpurius: nam humilitas legitimi in ſpurio nihil influit. & idẽ in ſimilibus vt ff. de leg. ij. ſi Titio, & Cy.

ADDITIONES.

a A toto. De qua conſului aliàs conſi. cxxxvij. vt per And. de Iſer. in c. omnes. ſi de feud. fue. contro. & per Bar. ff. communi diui. arbores. §. fi. de aqua quoti. & æſtiua. l. Lucio. §. j.

b In nouella. Vidi etiam dubitari in alio feudo, quòd non ſit ducatus Marchionatus vel Comitatus, an vnus vaſallus poſsit prouocare alios ad diuiſionem. & videtur quòd non per iſtum text. qui dicit ſi conſortes voluerint, & ſic intelligitur de omnibus vel ſaltem de maiori parte facit quod no. per Bar. in l. iiij. §. Cato. de ver. ob. Sed contrariũ tenet expreſſè. And. de Iſer. hîc & hæc de mente iudicis loci, & iſte tex. non probat contrarium niſi per argu. à contrario ſenſu, quod ſumi non debet quia de iure communi regulariter illa quæ poſſunt ſponte diuidi poſſunt in iudicium diuiſorium contentioſum deduci: vt per totum. ff. cõmuni di. itaq; eſt quòd cauſæ feudales debent decidi per ius commune vbi non ſunt per leges feudales expreſſè deciſ. c. j. & ibi no. de feudi cogni. ergo non ſufficit deciſum per ar. à contrario ſenſu.

c Pone. Comes deceſsit relictis duobus filijs ſimul, & inſolidũ comitibus. vnus eorũ eſt proditor Regis, alter fidelis nũquid fidelis debebit diuidere vel ſoluere partẽ æſtimationis comitatus fratrẽ rebellẽ tangẽtem. Reſpond. non: quia quod non poteſt diuidi per contractum, non poteſt diuidi per delictum. argu. ff. de iud. l. omnem. & quia feudum nõ debet emi, præſertim à principe: quia non debet eſſe auarus, ſeu vænalis, ſed poterit maius ſeruitium imponi: ex quo obtinet totum, quia ſi duplicatur emolumentum, duplicatur & onus. argument. ff. ad leg. Falcidiam l. j. §. ſi cohęredis. vt ſi ambo tenebãt in ſeruitio domini centum equos. iſte vnus tenebit centũ equos, & imponetur ei eius ſarcina. argumento ff. ne quid in loco pub. lege ſecunda. §. ſi quis nemine. quod verum eſt.

1 *Vaſallus tenetur deducere filium ad ſatisfaciendum domino, uel à ſe filium ſeparare.*

Ingratitudo

Source : BIU Cujas

2 *Ingratitudo præcedens impedit gratiam sequentem.*
3 *Vasallus si commisit felonium, & petat inuestiri: & aduersarius dicit ipsum priuandum: ipse replicat se non posse priuari cum non sit inuestitus, quid iuris.*
4 *Filius si petat se inuestiri post mortem patris de feudo, & opponatur de felonia, quid iuris.*
5 *Delictum patris an faciat perdere filio feudum aui uel proaui.*
6 *Filius an possit euitare priuationem feudi si offerat domino competentem satisfactionem pro delicto patris.*
7 *Dominus si non est cõquestus de felonia, an eius filius conqueri possit.*
8 *Agnati an succedant in feudum quasi antiquum, si vasallus commisit felonium quam dominus ei remisit.*

Insuper. Casus. Si filius vasalli offendit dominũ patris sui tunc aut pater à domino requisitus debet eum ducere ad satisfaciendum domino, aut filium à se separare, alioquin feudo priuabitur. Si autẽ pater vult eũ ducere, filius autem contemnit: patre posteà mortuo, filius non succedit in feudũ, nisi prius domino satisfecerit. Idem etiam seruabitur de domesticis vasalli. Idem si vasallus vasalli dominum domini sui offendit feudum amittere debet: nisi pro seruitio alterius domini sui hoc fecerit, quem sine fraude antè habuit & si requisitus à domino suo paratus sit satis facere. Et si vasallus idémque dominus à domino requisitus, suum vasallum qui dominum suũ offendit non requi-
1 siuerit vt domino suo satisfaciat, feudum amittit. h. d. Nota ꝙ vasallus tenetur deducere filium ad satisfaciendum domino, vel à se filium separare, & est ratio: quia debet iuuare dominum etiam contra filium ante factum. Idem & post factum, filium delinquentem à se separare debet. Adde suprà, de pace tenen. §. si iudex. Sed nunquid potest filiũ dare pro noxa, Respon. non. insti. de noxa. §. fi. Item nunquid per talem separationem perdatur ius patriæ potestatis. Respõ. nõ. vt C. de pat. pote. l. abdicatio. Item nunquid ob hanc causam poterit exhęredare filium suum. Respon. non: quia hoc non ponitur inter causas exhæredationis, vt C. de libe. præter. auth. non licet. Item nunquid iste filius sic expulsus succedat in feudo. Respondeo non, nisi prius domino satisfecerit vt statim sequitur. Sed nunquid istam satisfactionem facere potest post mortem patris, & videtur quòd non: quia tẽpore mortis erat non capax ex suo delicto: vt ff. de leg. præstan. l. interuenit. nisi dominus sponte eum in amicitiam recipiat. ar. ff. de adimẽ. leg. l. quod si verum. & C. fami. erc. l. in ipsius. & ff. ad Silla. l. diuus. in ratione literæ. No. hîc quòd quis tenetur pro omnibus domesticis suis, scilicet, quòd aut requisitus à domino ducat eos ad ipsum ad satisfaciendum, aut soparet à se. Sed nunquid erit ita si domesticus rem alicuius inuadat. Respondeo non, vt not. extrà de resti. spoli. cum ad sedem. Sed nunquid vir tenetur expellere vxorẽ offendentem dominum suum. Respon. non. arg. C. de fur. l. manifestissimi. §. j. †Vnde ab istis domesticis excipitur vxor. No. in isto
2 §. quòd quando ingratitudo præueuit gratiam, impedit illam nisi satisfactio interueniat, sed quando tempore gratiæ esset quis ingratus, licet offerat satisfactionẽ non euadit priuationem: quia magis delinquit tempore gratiæ, quàm ille qui nondum est in gratia. Item ille qui non est in gratia, non est adhuc in iure, seu iurisdictione domini. Dicit text. quòd maiori pœna digni sunt qui cum nostri iuris sint nostro iure debent obedire mandato. vt l. j. C. de conduct. & procur.
3 domus Augustæ. lib. xij. † Quæro quid si vasallus cõmisit feloniam ante inuestituram tandem petit inuestiri. econtra aduersarius petit eum diffuestiri, sed ipse dicit quòd non potest diffuestiri: quia non fuit inuestitus, & negat se cõmisisse feloniam: quæritur quid iuris. Dicunt quidam ꝙ diffuestiri non potest, quia degradatio non præcedit habitum. Absurdum est prius desinere quàm incipiat, vt ff. de condit. & demonstratio. l. Titio. Sed ad hoc respondetur, quia felonia est obstatiua ipsi inuestituræ. Vnde alij dicunt, quòd aut felonia est visibilis, vel de facili probabilis: & tunc non debet inuestiri. Aut inuisibilis, & requirit altiorem indaginem: & tunc debet inuestiri: quia hæc petitio sapit possessorium adipiscendæ, vel confirmandæ possessionis magis quàm petitorium: quia non concludit ad declarationem vtilis dominij. argumen. C. de edict. diui Adria. tollen. l. fina. & ff. de fal. l. si quis legatum. & extra de concess. præbend. cap. post electionem. & de appellatio. c. constitutus. Considera quòd duplex est possessorium, scilicet iuris, & facti, vt notat Cy. in l. ij. C. de bonorum possessio. secundum tabu. Item possessorium iuris est duplex, quoddam quod sine libello est exequẽdum, vt cum petitur possessio bonorum Carboniana. vt C. de Carbon. l. prima. quoddam, quod non est exequendum, nisi oblato libello in possessorio: vt not. in l. prima. C. quorũ bonorum. Modo ad propositum in possessorio de quo loquimur, nõ requiritur libellus: ergo proceditur summatim. Antecedens probatur per id quod not. suprà, per quos fiat inuestitu. §. nulla consequentia est. not. quia vbi non requiritur libellus, ibi non exigitur processus ordinarius. clemen. sæpe. de verborum significatio. Prætereà in summarijs est vera regula, quòd ea quæ requirunt altiorem indaginem, non impediunt processum, sed debent seruari in processu ordinario: vt not. in l. nam & posteà. §. si minor. ff. de iureiurand. & facit suprà de controuer. inter vasallum. & episc. cap. j. de alie. feu. pater. cap. ij. de ædil. edict. l. bouem. §. sub conditio-
4 ne. † Quæro quid si post mortem patris, qui recipit inuestituram filius petat inuestiri se, & excipiatur de eius felonia. Respondeo idem quod suprà dixi. & facit quod not. in l. secun-
5 da. C. de edict. diui Adria. tollen. Caueat tamen vasallus, ne super exceptione doli, vel ingratitudinis litem contestetur: vel opponat peremptoriam peremptorię, quod idẽ est, nam tunc oportet iudicẽ cognoscere de ipsa exceptione. ff. de iudicijs. l. de quare. Cautius ergo est dicere: domine super felonia quam vos dicitis, quæ salua reuerentia vestra vt suo loco & tempore constabit non est vera, producẽdum est: quia prius debeo inuestiri quàm de tali exceptione disputetur: & sic sua replicatio veniat ad declinationem exceptionis, non ad litem contestandam super ea: aliàs vt dixi admissa exceptione per cõtestationem litis, vel quasi super ea oportet de ipsa cognosci, vt extrà de restitutione spoliatorum. cap. primo. & ita secundum me intelligo glo. ff. de iudicijs. l. si de vi. circa finem. Quærit gloss. nunquid propter delictum patris, filius amittit feudum aui, vel proaui. Respondeo: ista quæstio potest intelligi duobus modis. Vno modo circunscripta consuetudine feudorum. Alio modo ea suppositа in esse. Primo casu maritus non perdit iura sua propter peccatum demeriti vt ff. de contratabu. l. non tantum. §. si emancipatus. & ff. de iurepatrona. l. diui fratres. Nempe feudum est munus generis, non donum patris. quæ verò non à patre, sed à genere à ciuitate, aut à rerũ natura tribuerẽtur ea manere eis incolumia oportet. hoc enim maiores eius eis dedisse videntur. dicit textus. ff. de interdi. & rele. l. fecunda. Item per delictum videtur pater extinctus de medio sublatus vt suprà de contratabul. lege prima. §. filium. & ff. de bonis libertorum. l. quæritur. & sic nepos iure immediato succedit auo vt ff. de senat. l. emancipatus. §. final. Si verò tu loqueris secundum consuetudinem feudorum delictum patris nocet filio, iuxta illud verbum, maiorum tuorum exempla tibi præiudicant & iterum patres comederunt vuas acerbas & dentes filiorum obstupescunt: vt suprà si vasal. feu. priuetur. capitulo primo. & motiuum consuetudinis est, vt vasalli magis metuant: nam naturale est magis metuere in filio, quàm in se. vt ff. quod metus causa. l. isti quidem. §. final. Considera tamen vnum quòd si non est motum iudicium ingratitudinis contra offensorem, fortè non potest moueri contra filium, si cum posset dominus querelare, siluit. nam hæc pœna venit ex delicto. argumento ff. soluto matrimonio. lege rei iudicatæ. §. hæredi. & de reuoc. donat. l. final. vide suprà quæ fuit prima causa benefi. amit. §. porrò. & ff. de iure fisci. l. eius qui delatorem. Item ista actio est quasi actio iniuriarum, quæ tendit ad vindictam: & ideo non datur hæredibus, nec contra hæredes. argumento ff de collatio. bonorum. l. cum emancipati. §. si emancipati filius. & quod no.
6 in l. si ille. C. de de decurio. lib. x. †Sed posito quòd daretur: quæro vtrum filius innocens offerendo domino cõpetentem satisfactionẽ, possit euitare feudi priuationẽ. & iste

§.eſt arg.quòd ſic.Sed cõtrarium putarem, quia patris de-
7 meritum ponderatur. † Ex his etiam apparet, quòd ſi do-
minus eſt conqueſtus cum potuit cõqueri, quòd filius eius
a non poteſt obijcere felonìam,[a] concordat extra de dona.c.
fi.& vide C.de reuo.dona.l.fi.& adde no.in l.peculiũ.§.hæ-
redi alieno.ff.de pec.& in l.quod dicitur de impenſis in re-
bus dotali.factis.quod verum eſt niſi eſſet talis felonia, per
quam vaſallus feudũ perdidiſſet ipſo iure:quia iniuria quæ
trahit ſecum executionem,etiam in hæredem tranſit,vt ele
ganter not.ff.quod quiſq; iur.l.iij.§.quod ait prętor.& ideo
ſi eſſet felonia commiſſa alienando, quæ cõtraheretur ipſo
iure etiam ſine pacto.vt ſuprà eo.in §.callidis.in tex.& gloſ.
vel eſſet alia felonia, eſſet tamen appoſitum pactum ꝙ per
eam vaſallus caderet à feudo:ipſo iure tale pręiudiciũ trã-
ſiret in hæredem etiam querela non prępărata quod eſt no.
8 †Quæro ſi vaſallus habens feudum antiquium cõmiſit felo
niam,per quam debet amittere feudum,& dominus ei re-
miſit feloniam,& feudum reſeruauerit, an agnati eo mor-
tuo ſuccedant in feudum quaſi antiquum. Reſpondit gl. ꝙ
ſic.& bene arguitur ff.de pecu.l.ſi pecul.§.ſi hæredi.& ff.de
impenſis.l.quod dicitur.& ibi not.& ſuprà de vaſal.decrep.
æta.c.j. Iac.Bel.Sed tu dic vt dixi in alia quæſtione: nam ſi
quidem vaſallus eſt ipſo facto priuatus per ſentẽtiam legis,
tunc iſta eſt noua conceſsio,& eſt feudum nouum. Nam di
cit lex,quod ſi teſtamẽtum eſt factum irritum capitis dimi-
nutione:deinde teſtator emancipatus confirmat ipſum te-
ſtamentum,quòd agitur ex confirmante,non ex confirma-
to: vt ff.de ſecun.tab.l.qui ex litis.§.teſtamento.Si autẽ feu-
dum non eſſet annihilatum,ſed annihilandum,tunc ſuper-
uenit noua virtus in præiacenti materia, & potẽtia materiæ
ei iungitur,& ab illa denominatur.vt ff.de leg.iij.l.quæſitũ.
§.illud fortaſſe.Habemus exẽplum naturale in pomo aran
cio,cuius humiditatis in hyeme multum deſiccatur poſteà
in vere reuireſcit,& tamen idem eſt pomum. Sanitas etiam
quæ recuperatur,vna & eadem eſſe videtur.ff.de ædi.edic.
l.quod ita ſanatum.Conclude igitur in vno verbo,ꝙ execu
tio veteris feudi non eſt nouum feudum.Secus ſi eſſet addi
ta noua forma.vt ff.de iuſti.& iure.l.ius ciuile.& quod not.
in cap.qui authoritate.de præben.libro ſexto.& dixi in cap.
primo.an agna.vel filius.

ADDITIO.

a Feloniam.Sed pondera quia gloſſ.hîc tenet contrarium & ſequitur Ioan.de Imol.in ca.fi.de dona.allegat l.ij.C.de iure emphy. ſed do.Car di.opinionem Bal.hîc ſed certè Bal.in l.fi. C.de reuo.dona.tenet contrarium eius quod tenuit hîc.Andr.Barba.

1 *Vaſallus an debeat priuari feudo ſi dominum ſui domini offenderit.*
2 *Vaſallus ſi feudum dedit alij in feudum, & ille alij, & ultimus alienauerit,quis debet reuocare.*
3 *Reſoluto iure primi uaſalli an reſoluatur ius ſecundi.*
4 *Cuius autem conſenſus requiratur primi donuni an ſecundi.*
6 *Dominus an poßit cogere uaſallum ut ei feudum oſtendat.*
7 *Vaſallus an poßit cogere dominum ut ei poſſeßiones debeat in feudum præſtare,ex quibus percipiat aliquid quando dedit ei feudum de camera.*

1 Illud †Quæritur in hoc §.illud etiamſi vaſallus vaſal
li dominum domini offendit,an debeat amitte-
re feudum.Et videtur quòd non,quia non eſt ei vaſallus ſi-
militer ſocius ſocij,nec libertus liberti.argu.ff.pro ſoc. nam
ſocij.& ff.de liber.agno.l.ſi quis à liberis.§.ſi quis liberti. &
vt legitur ſuprà de contro.inueſti.c.j.§.fi. In contrarium fa-
cit iſte §.& poteſt eſſe ratio, quia feudum afficitur propter
ſeruitium:ſicut ſeruitus afficit rem.arg.ff.de ſer.ruſt præd.l.
via.§.ſi fundus.Prætereà cũ cauſa beneficij feudi fuerit do-
minus domini,ergo vaſallus vaſalli debet diligere dñm do-
mini.arg.ff.man.l.ſi verò non remunerãdi.§.idem Papinia.
nam vaſallus non debet amicitiam cum inimicis domini co
pulare,vt infrà titu.ij.c.j.& legitur & no.in cle.paſtoralis.de
ſententia.& re iud.Sed contrariorum eadem eſt diſciplina,
ergo ſicut non debet copulare amicitiam cum inimicis do-
mini ſui,ſic non debet offendere amicum domini:maximè
dominum domini vt hic Iac.Bel. Conſidera hîc cõcurrunt
duæ cauſæ,ſcilicet.Prima quæ dat cauſam infeudandi.ſecũ-
da quæ eſt ipſe actus infeudandi ſecundo vaſallo.Modò vi-
dendum eſt in cauſis ſubordinatis à qua denominetur effe-
ctus.Nos videmus quòd quandoque denominatur ab vna
cauſa:quandoque ab altera,vt ff.de inoffic. teſta.l.Papinia-
nus.§.ſed nec impuberis.Sed põt reſponderi,ꝙ ibi ſunt duę
cauſæ diuerſis rationibus concurrentes vt pares. Sed quæ-
ſtio noſtra quærit de cauſis,quarum vna eſt totaliter prima,
& alia totaliter ſecunda:dicimus autem quòd aut prima di
ſpoſitio includit ſequẽtem, ſed non inducit effectum eius,
& tunc ex ſecunda tantum inſurgit effectus:vt patet in mã
dante & mandatario:nam mandans eſt cauſa anterior, man
datarius autem qui explicat contractum,eſt cauſa poſterior
& quia effectus cõtractus includitur in iſta cauſa poſteriori,
& non in prima:ideo actio incipit à poſteriori & attribuitur
ei directa,& nõ à priori cui attribuitur vtilis, vt ff.de actio.
& ob.l.quęcũq; gerimus.ff.de act.emp.l.Iul.§.ſi procurator.
ff.man.l.idemque.§.ſi quis Titio.Sed quãdo prima cauſa ſe
cũdam includit effectum eius cum prima inſpicimus:vt ff.
de ver.obl.l.ſi ita ſtipulatus fuero.§.fi.cum leg.ſeq.& ff.de fi
deiuſ.ſi quis pro eo.§.ſi nũmos.Modò ita eſt in feudis nã pri
ma includit ſecũdã:licet nõ quo ad terminatã perſonã:quia
etſi perſona nõ ſit demõſtrata,tñ mod⁹& forma eſt deſigna
ta:ita quòd ſub alio modo,vel forma non poteſt infeudari:
vt ſuprà de l.Cor.c.j.§.ex eadẽ lege. Vnde per hoc videtur
determinatio vera,quòd ille qui offendit dominum domi-
ni dicatur offendere propriè dominum ſuum: quia omnia
noſtra facimus quibus authoritas noſtra impartitur. vt l.ij.
C.de veteri iure enucle.Nõ obſtat l.ſi quis à liberis.§.ſi quis
liberti.quia ibi cauſa prima nihil influit in libertũ liberti.Ca
ue tibi quia iſta ratiõe cõcluderetur ꝙ vaſallus vaſalli tenere
tur iurare fidelitatem primo domino,quod eſt falſum: quia
pro eodem feudo non cogitur plures dominos habere.& ta
men determinatio Ia.vera eſt quia nõ poteſt vaſallus facere
cõditionem domini ſui deteriorem,quia felonia ſecundi va
ſalli contra primum dominum noceret ſecundo domino
ſuo:ſicut & felonia domeſticæ perſonæ nocet feudatario vt
2 ſuprà §.proximo. †Quærit gl.ſi vaſallus feudum dedit alij
in feudum,& ille alij,& vltimus alienauerit:quis debet reuo
care ar.quòd primus.ff.de ſer.export.l.vlt.cum concord. in
gl.arg.§.iſte.& ponit Bar.de dam.infec.in l.ſi finita.in §.ſi de
vectigalibus.in quęſtione de contractu libellario.Tu dic ꝙ
primus dñs reuocabit,quia directũ habet dñiũ,ſed alij nul-
lum habent dñium quia vtile dñiũ tranſtulerunt in vltimũ
vt ſuprà de lege Cor.§.ſimiliter.& dic vt ibi notaui.la. Bel.
Iſtud rationabile videtur,quòd ſicut vſusfructus reuertitur
ad proprietatẽ ita feudum ad primum dominum: tamẽ iſta
quæſtio altiorem intellectum requirit. Sciẽdum eſt enim
quòd ad illum debet feudũ redire per alienationem ad quẽ
pertinebat in ipſa alienatione præſtare conſenſum. Et ideo
ſi ad proprietariũ pertinebat præſtare cõſenſum ad eum re
dit.Si autem pertineret ad immediatum feudatorem redi-
ret ad eum.licet enim vtile dominium tranſtulerit, quia ta-
men remanent reliquiæ debentur ei ſeruitia,& ipſe eſt do-
minus quid ad ſuum vaſallum,& debet ei fieri recognitio,
& ipſi præſtari fidelitas.nec ex toto abſorptũ cuius reliquiæ
3 remanent.vt ff.de hære.inſti.l.talem.§.fin. †Sed nunquid
quando finitur ius primi vaſalli,reſoluatur etiam ius ſecun-
di. dic vt in tit.de controuer.inueſti.c.j.ad fi.per Iac.de Bel.
in ti.qui.mod.feu.amit.§.rurſus.& in ti.de alie.feud.c.j.& in
ti.qualiter feud.alie.po.in c.j.in quibus locis per Iac.de Bel.
& me.& adde quod de feudo nõ habente propriam naturã.
4 capit.j. †Quæro ergo cuius parabola requiratur in alie-
nando, vtrum primi domini, an immediatè conceſſoris,an
vtriuſque.dicunt doc.quod iſta quæſtio determinatur per
text.huius conſtitutionis in tex.ibi habito conſilio ibi,dum
dicit ſine permiſſu domini.nam domini intelliguntur ſcili-
cet maiores ad quos directè res feudales pertinere digno-
ſcitur.

Source : BIU Cujas

ſcitur. argument. ff. de legibus & conſtitutionibus principum,& edictis.lege quos autem ſeruos.& ff. de religioſis, & ſumptibus funerum: & aleæ luſu, & de aleatoribus. libro ſecundo.§.primo & quod notatur in lege ſecunda.ff.ſi ager vectigalis,vel emphyteuticarius petatur. eo enim conſentiente ipſe videtur alienare. argumento ff. de donationibus quæ ſub modo,vel conditione,vel ex certo tempore cõficiuntur.l.in ædibus.§.quòd ſi filius.& C. de inofficioſis donationibus.l.penu.in fin.Alij dicunt hoc verum,quòd debet principalis dominus conſentire,ſed nihilominus etiam requiritur conſenſus immediatè infeudatoris. argumento ff. ff.de aqua pluuia arcenda.l.in concedendo. & l. in diem. & de ventr.inſpici. libro primo.§.denuntiari. Sed contra hoc videtur quòd ſufficiat conſenſus maioris domini ſine conſenſu prioris vaſalli. argumento ff. ad ſenatuſconſultum
5 Macedonianum.filium habeo.† Dominus Azo in ſumma ſua de iure emphyteuticarius §.ſed quæri poteſt.dicit quòd emphyteuta ſecundus,ſi velit vendere ius ſuum,debet requirere conſenſum domini prioris & non ſecundi. argumento ff.de aqua quotidiana & æſtiua.Lucio.ff.de vſu & ha.l.ſi ita. quia primus emphyteuta deſinit eſſe dominus, alienando emponemata ſua,& deſinit naturaliter & ciuiliter poſſidere,vt notatur ff.commodati vel contrà.l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum. & ideò eius conſenſus non debet requiri, quia non eſt dominus etiam ſi habeat contra vaſallum ſuũ quædam iura perſonalia: reale enim ius nullum retinet.Dominus Io.Blanchus in ſumma ſua libro ſecundo dicit. quòd quicquid allegari poſsit hincinde,conſenſus maioris domini debet interuenire,vt ſuprà quibus modis feudum amittatur.§.ſimiliter.& de controuer.feud.§.& ſi clientulus.& ſuprà,qualiter vſus benefic.ſit temp. §. ſi quis miles. & allegat pro caſu noſtro §.illud quoque.nam quia alienando offendit dominum domini.ergo ad veterem dominum reuertitur.& iſta eſt veritas. Si autem offenderet aliter iniuriando in propriam perſonam vaſalli, rediret ad vaſallum, vt hanc habeat ſaltem ſuæ iniuriæ vltionem. argumento ff. de collatione bonorum.lege ſecunda. C. emancipatus filius.& capitulo primo.§.denique. quæ fuerit prima cauſa benefic. a-
6 mitt.& hæc notabilia ſunt & vera. † Quæritur an dominus poſsit cogere vaſallum vt ei feudum oſtendat pro quo præſtitit ſeruitium gloſſa. argument. quòd ſic. argumento ff.de actionibus empti,& venditi.l.Titius.Tu dic vt notaui. ſuprà ſi de feudo controuerſia fuerit.cap.vaſallus ſi feudum. Iacobus de Beluiſio de hoc not.ff.de rei vendicatione. l.ſi rẽ agit.Aliquid tangitur in lege ſecunda.C. quando & quibus quarta pars debe.lib.x.Vtrum autem ad illud indicandum poſsit cogi vxor,& domeſticus.adde quod dicit quædam gl. quòd ſubijpſi nemo incertus eſt quantum poſsideat,vt notatur ff.verb.ſignificatione.l. ſubſignatum.§.fin.Item in memoria ſua quiſque retinere debet pro qua re ſeruitium præſtat vt C.de contrahenda & committenda ſtipulatione.l.ma
7 gnam. † Quæro an vaſallus poſsit cogere dominum qui ei feudum de camera dedit,vt ei poſſeſsiones ex quibus percipere debeat in feudum præſtare.argument.quòd poſsit.C. de donation.l.ſi quis argumentum.§.j.Tu dic,vt notaui ſuprà de feudi cognitione.cap. j. Iac. de Beluiſio. In promptu ratio eſt,quòd non cogatur,quia incertum eſt in debitum iri.cum camera non teneatur,niſi abundet.Item quia pro futuris annis non videtur actio nata.ergo non poteſt cogi dominus ad ſoluendum, vt inſti.de except.§.temporales.&c.

1 *Iudex quis hodie ſit in cauſa feudi.*
2 *Quid ſi dominus feudi non recognoſcit ſuperiorem.*
3 *Iudex ordinarius an poſsit cognoſcere de feudo.*
4 *Quid ſi dominus dicit aliquem eſſe ſuum uaſallum & ille negat an dominus cognoſcat.*
5 *Quid ſi extraneus agat rei uendicatione contra uaſallum petendo rẽ feudalem: & quid ſi agatur de iure poſſeßionis.*
7 *Iudex an erit nominatus in iudicio à uaſallo contra quem alius agit dicendo ipſum eſſe ſuum uaſallum.*
8 *Iudices pares curiæ an debeant eſſe de eadem prouincia.*
9 *Et an ut ſuſpecti recuſari poſsint.*
10 *Ius canonicum in iuramentis ſi diſcrepat à iure ciuili debet ſeruari ius canonicum.*
11 *Pares curiæ qualiter in hoc caſu iudices eſſe poſsint.*
12 *Reconuentio an habeat locum coram paribus curiæ, & num.13.*
14 *Reconuentio quotuplex eſt.*
15 *Vaſallus an poſsit agere contra dominum actione furti.*
16 *Vaſallus an poſsit reuocare feudum à domino quod contra eum erat præſcriptum, ſi dominus agendo rei uendicatione cuicerit.*
17 *Fructus rei feudalis an aduocet dominus à tertio poſſeſſore contra quem habet rei uendicationem, & nu.18.*
19 *Vaſallus an poſsit prorogare iuriſdictionem domini in alium.*
20 *Pares curiæ in quo loco debent facere curiam, uel ſedere pro tribunali.*
21 *Quid de duobus iudicibus habentibus cauſas collegatas.*
22 *Quid de arbitris.*
23 *Iurans ſicut non iurat contra Deum, ita nec contra Imperatorem.*
24 *An autem Rex debeat excipi.*
25 *Vaſallus ſi iurauit fidelitatem contra omnem hominem & contra ſeipſum an teneatur iuuare dominum contra ſeipſum.*

Prætereà. Si contentio eſt inter vaſallos de beneficio,dominus cognoſcere debet. Si verò eſt inter dominum,& vaſallum,tunc pares curiæ debent cognoſcere.Vltimò dicit quòd in omni ſacramento fidelitatis debet nominatim excipi Imperator. Opp.quòd inter vaſallos non ſit iudex dominus: ſed coram iudice vel arbitro debeat terminari vt ſuprà de pace tenen.§.ſi verò.de leg.Co.c. ij.in princip.Sol.vt hîc in gloſſa.& ibi notaui.& dic vt plenè notaui ſuprà de inueſtitura in maritum facta.§.illud tamen.
1 † Quis ergo hodie habeat cognoſcere de cauſa feud. ſic tenendum eſt ſine dubitatione aliqua quòd ſi quæſtio feudi vertitur inter dñm & vaſallum.ſ.de inueſtitura, vel amiſsione feudi,quia dicitur eſſe commiſſum vel amiſſum,vel vtrũ vaſallus debeat ipſum habere,vel non. vel de violentia in re feudi facta vaſallo per dominum,de qua vaſallus conqueritur in omnibus iſtis caſibus per pares curiæ, vel per alios vaſallos à domino ſub debito fidelitatis coniuratos,vt rectè diffiniatur cauſa debet tractari,& diffiniri,niſi fortè iuri cõmuni per ſpeciale priuilegium vel contrariam conſuetudinem aliquid ſit detractum.Si verò inter duos vaſallos agitur cauſa,vt quis eorum potior ſit in iure feudi tunc dominus feudi,vel eius curia habet cognoſcere,& iudicare, vt hîc &
2 ſuprà de contentione feudi.cap.j.ſi fuerit contentio. † Sed quid ſi dominus feudi non recognoſcit ſuperiorem, vt Rex Francorum,& eſt contentio cum ipſo.Reſpondeo quòd cognoſcent pares curiæ.Et ſi fortè pares curiæ ſint regi nimis fauorabiles vel nolint cognoſcere,nec litigantes velint compromittere cognoſcet Papa ratione peccati,vt extra de iud. cap.nouit.Item & propter defectum iuſtitiæ,vt extrà de fo. competent.c.tranſmiſſa.& cap.ex tenore.& ca. ad apoſtolicæ.de re iudi.lib.vj.
3 † Quæro ſi de poſſeſsione feudi,& nõ de proprietate agitur,nec agitur feudali poſſeſſorio, ſed ſimpliciter poſſeſſorio,ſine mentione feudi,vel enuntiatiuè proferuntur verba feudi tamen non facit talis enuntiatio ad dictam cauſam.& ſic non oportet eam probari, iuxta doctrinam Innocen.extrà de priuileg.ex parte abbatiſſæ.tunc verba enuntiatiua quæ non poſſunt prodeſſe, non debent obeſſe:quia non in forma iudicij proferuntur. Cum ergo quę-
a ritur a vtrum iudex ordinarius poſsit cognoſcere. reſpondeo ſic,vt extra de fo.compe.ex parte. Quid ſi vaſallus conqueritur de domino,non de re feudali, vel eius occaſione, vel econtrario,dominus de vaſallo.Reſpondeo ſtamus regu
b læ quòd actor forum rei ſequatur,b & experiatur coram iudice ipſius rei.vt C.de iur.om.iud.l.iuris ordinem.&de reſtitut.ſpo.c.conquerente.de offic.ordi.irrefragabili.§.j.
4 † Quid ſi dominus dicit aliquem eſſe ſuum vaſallum, & ille negat, nunquid dominus poteſt de hoc cognoſcere. Reſpondeo
c non,c quia eſſet iudex tunc in cauſa propria, ſed ordinarius iudex cognoſcet.vel arbiter vt ſuprà de leg. cor. capit.
5 j.& per Spe.in titul.de feu.§.quoniam. verſi. xvij. † Quid ſi extraneus agat directa rei vendic.contra vaſallum rem feudi petendo,vt feudum,nec contendendo de re feudali. Re-

Source : BIU Cujas

d ſpondeo, d in hac cauſa videtur quòd debeat cognoſci per iudicem ordinarium: quia quo ad iuriſdictionẽ iudicis debet inſpici petitionis qualitas, non qualitas defenſionis merita cauſæ tangentis, vt ff. de iuriſ. om. iudic. l. cum quædam. §. fi. xj. q. j. c. experientiæ. & cap. ſi clericus. de foro compe. & cap. cum ſit generale. & ibi per Inno. Nec obſt. eo. titu. ca. ex parte. quia quod ibi dicitur, quòd quæſtio proprietatis rei feudalis, coram domino feudi eſt tractanda. ſubaudi, ſcilicet cum agitur inter duos vaſallos, de iure feudali, quis eorum in feud. ſit potior nec in dubium reuocatur, an res ſit feuda-
6 lis. †Porrò ſi de iure poſſeſsionis agatur, id eſt de iniuria, quis & ad quem venerit poſsidentem, quia nihil commune habet proprietas cum poſſeſsione. vt ff. de acqui. poſ. l. naturaliter. §. nihil commune. & ff pro emp. l. ij. §. ſeparata. & ſuprà, de leg. ca. inter pares. vbi & de inueſti. in mari. fac. iudex ordinarius, vel delegatus eius cauſam audiet. & ita intellexit Goſt. iſtum §. prætereà. & cap. verum. de foro compe. & ipſe notat ibidem in ſumma, vel die quòd ſi reus excipiat, & dicat rem eſſe feudalem, & nominet dominum in iudicio, q
e ſummatim cognoſcetur de iſta exceptione e & ſi per ſummariam cognitionem appareat, quòd ſit res feudalis, remittetur iſta cognitio ad dominum feudi: quia ipſe eſt iudex ordinarius vaſalli. arg. extra de foro compe. c. ſi clericus laicum. Si autem nihil conſtiterit per ſummariam cognitionẽ: tunc in cauſa procedet ordinarius, vel iudex delegatus. ſed domi. Ioan. Blan. lib. iiij. titu. de conten. feu. in ſumma ſua dicit q
7 in dicto c. ſi clericus laicum. eſt ſpeciale fauore eccleſiæ. †Pone dominus agit coram paribus contra vaſallum rei vendi. quia dicit eum cecidiſſe à feudo, vel officio iudicis, quia petat ab eo, vt recognoſcat ſe eſſe vaſallum: ille verò alium nominat in iudicio tanquam dominum, nunquid nominatus de hoc cognoſcet. Reſpondeo nequaquam quia ex hoc ſurgit quæſtio inter ipſos dominos, vnde nominatus in iudicio dicitur reus. extrà vt lit. non conteſt. quoniam frequenter. & C. vbi in rem action. l. ij. & C. vbi de cri. agi opor. auth. qua in prouincia. & ff de iudi. venditor. Conſtat autem quod inter actorem, reum, & iudicem debet eſſe differẽtia perſonarum vt ff. de iur. om. iu. l. qui iuriſdictioni. & ff. de iud. l. ſi à me. & ff. de arbi. l. penult. C. ne quis in ſua cauſa. in rubro, & in ni-
8 gro. & plenè per Innoc. extra de verbor. ſig. ex parte. †Quæro vtrum pares debeant eſſe de eadem prouincia. Reſpondeo ſic, ne cogantur extra prouinciam vagari, vt ſuprà de pa. tenen. cap. ſi duo. §. ſi tres vel plures. quia iniquum eſt quòd iudices, vel litigantes cogantur de patria exire vt in authent. vt litigan. circa prin. col. ix. & in authen. de quæſto. §. ſuper hoc. col. iij. & C. de decu. l. curiales lib. x. niſi fortè in ea prouincia non reperiantur pares & ſic locus vicinus. arg. ff. de dam. infect. l. iiij. §. ſi tam vicinum. & ff. de tut. & cur. da.
9 ab his. l. diuus Marcus. † Quæro ſi pares ſunt ſuſpecti vtrum poſsit eorum iuriſdictio declinari. & videtur quòd non: quia ſunt ordinarij iudices dico ſingulares in cauſa feudi non generales vt nota. ſuprà de inueſt. in mari. fac. capit. j. in gloſſa. quę incipit & iſtud. iudex enim ordinarius non declinatur, ſed ei alius aggregatur, qui non ſit ſuſpectus vt C. de iur. om. iud. l. nemo. & C. de iudi. authent. ſi verò contigerit. collatiõe vj. nam ratione adiuncti purgatur ſuſpicio fraudis, vt ff. de ſuſpect. tu. l. ſi tutor aliquo. ff. de eden. lege ſi quis ex argentarijs. §. j. Sed tu dic quòd ex iuſta cauſa poteſt recuſari. nam de iure canon. etiam ordinarij recuſari poſſunt, vt
32 noſtro contingit. nam † agnatus repudiata hæreditate poteſt in illo ſuccedere : vt in titul. an agatus vel filius defunct. repud. hæredita. &c. Solutio poteſt dici:& primò ad §.& ſi clientulus. quod non obſtat : quia loquitur in feudo nouo. patet ex ipſis rubricis:quia ne ſuperfluant, oportet ſic intelligi:nam ponitur etiam tit. de alienatione feudi paterni vnde illam rubricam intelligam in feudo nouo. hoc corroboratur ſic nam in d.ver.& ſi clientulus.dicitur quòd ſi alienationem fecit domini voluntate:quòd illis permanet obligatio. patet ergo quòd feudum eſt nouum : quia ſi paternum eſſet requireretur etiam agnatorum conſenſus.ca.j. de alien. feu. patern. Non obſtat l.vectigali fundo dicta.& dicto §.ſed & Marcellus. cum ſi. quia poteſt dici quòd illa regula non habet locum in alienatione feudi paterni, quando fit inter agnatos:tex. eſt in d.cap.j. de alien. feud. vbi expreſſè dicitur inter agnatos tenere.nec à ſignificato verborum eſt recedẽdum.l.j.§.ſi is qui nauem.de exercitoria.verſicu.in re igitur dubia. Nec dicas quòd dictum capitulum debet intelligi ꝙ valet viuente alienante:poſt verò nõ,vt dictis iuribus: quia debet intelligi,quòd poſt mortem etiam valet. ne verſi.& licet ſit ſuperfluus & de indubitabili contra. §.quibus. in prima cõſtitutione.C.& l.quod Labeo.de Carboniano edict. quod probatur ſic:nam in verſiculo,nec in filiam dicitur nõ poſſe confirmari.Et pondero verbum confirmari: quia præſupponitur quòd iam tenuiſſet : nam ita videtur alienationem poſſe tenere viuente alienante.cap.j.§. hoc quoque.de ſucceſsione feudi & cum addatur verſiculus & licet aliquid addat.debet intelligi, quòd poſt mortem teneat vt poſsit reuocari.Hoc etiam poteſt fortificari ſic: ſi alienatio fuit inter agnatos,dicitur quædam refutatio.textus in dicto cap.in fine de alienatione feudi paterni. Sed ſi vaſallus refutet feudum nonne dicitur finiri ius ſuum, & ſic videtur dicta regula locum habere.d.l.lex vectigalis.cum ſi.quòd tamen eſt falſum:vt in dicto.cap.j.in fine de alienatione feudi paterni. & dicto §. hoc quoque. hoc etiam corroboratur optimè.

Nam ſicut feudo ineſt illa conditio,quòd mortuo vaſallo ſi
33 ne filijs &c. veniant agnati proximiores : ita in † donatione cauſa mortis ineſt conditio ſi conualuerit donator ad eum reuertatur.l.ſenatus.§.primo.ff.de donationib⁹. Sed habeo
34 quod † ſi donatarius rem donatam alienauit, non poteſt reuocari res ab emente.l.filio.in fine,de donationi.cauſa mortis. ergo &c. Item ad dictum capitulum j.§.& ſi clientulus.loquitur quando alienatio fit extraneo. Secus ſi fiat vni ex agnatis:vt apertè dicitur in ver.fratri verò facta.qui ſecundũ vnum intellectum quem ſequitur ibi Ray.iſtud ſuperiorib⁹ aduerſando decidit. Item illa regula reſoluto iure datorum &c.fallit in materia feudorum,quando alienatio fit vni ex agnatis.Ita dicit Iaco.de Bel in capit.j.§. rurſus in tit.de controuerſia inueſtituræ. vbi breuiſsimè examinat dictum generale tam de iure feudorum quàm de iure Romanorum. Ex cuius dictis multæ ſolutio. patere poterunt ad propoſitum.Eſt ergo ibi videndum quantum ad hoc. Ad idem opponitur quòd poſsit reuocari.nam regula traditur in l.peto §.fratre.de legatis ij. quòd non poteſt fieri deterior cõditio inferiorum per ſuperiores.Aut in caſu noſtro ſi dicamus nõ poſſe per proximiores reuocari fiet deterior eorum conditio.Item obſtat ille §.quatenus dicit quòd proximior in gradu admittitur ad reuocandum. Sed ſolutio patet ex ſequentibus.Sol.ille §. frater debet intelligi in caſu ſuo. Nam ſi res prohibita alienari extra familiam alienetur, proximior in familia admittetur ad reuocationẽ,& cauere debet &c. quod autem dicit quòd non poteſt fieri conditio deterior: &c.eſt verum ſi alienetur extra familiam. Sed quòd non poſsit cõditio deterior fieri alienando in familia in vlteriorem in gradu non negat ille textus, ſed magis arguit oppoſitum. Probatur etiam in l.pater.§.quindecim.de legatis tertio. Sed in caſu noſtro facta erat inter agnatos : ideo videtur licet ſint vlteriores,ꝙ poſsit aliàs præiudicari.& ita videtur text.in c. j.de alienatione feudi paterni.Non obſtat l.fi.C.de verborũ ſignificatione.quæ dicit proximiorem admitti facta alienatione.quia loquitur quando fit extra familiam : & ſic in perſonam prohibitam.Item ſi bene inſpiciatur,non fit deterior conditio inferiorum. imò melior, ex quo inter eos eſt facta alienatio.Præterea dato quòd fieret deterior,non fieret per ſuperiores : ſed per legem quæ permittit alienationem taliter.Ad idem opponitur quòd poſsit reuocari. Nam in themate præſupponitur ſimpliciter factam alienationem:ergo debet intelligi vt valet ſolum in vita, quaſi videatur ſolum alienaſſe ius quod habet:vt l.quod in rerum.§.j.de legatis j. & l.ſi domus.§.j. eodem titulo. Et ad propoſitum noſtrum text.in l.qui tabernas.ff.de contrahenda emptione. Solutio: poteſt dici primò ad l.qui tabernas.quod ideo non ſolũ venit in venditione,quia eſt publicum,vt ibi.& ſic eius non erat commercium apud ipſos contrahentes. vt l. hãc legem. verſi.cæterum.eod.titu. Ideò nimirum, ſi non videtur facta venditio ipſius ſoli publici quòd hæc ſolutio ſit vera probatur.Nam cum loquimur in contractu, debemus interpretari pro emptore,vt l. veteribus. ff.de pact. & l. Labeo ſcribit obſcuritatem.ff. de contrahenda emptione. Ad l.ſi domus. §.ſi. cum ſimilibus poteſt dici quòd loquitur in vltima voluntate,non in contractu.nam in contractu interpretamur cõtra vendentem vt ſuprà.Secus in vltima voluntate,vt in iuribus contrarijs. Vel poteſt dici quòd illa iura loquuntur quando qui legabat, ignorabat conditionem ipſius rei legatæ.Ideò videtur ſolum illud ius quod habet legare.ſi autem ſciebat, ſecus iſte eſt textus nota. in l.Sticho.ff.de vſufructu legato.Poteſt etiam dici quòd hic videtur alienare ius quod habet, ſed habet ius duraturum etiam poſt mortem : & illud agnatis alienare poteſt, quod ſic probatur. Certum
35 eſt quòd ſi quis alienat † feudum extraneo de conſenſu agnatorum, illud reuocari non poteſt etiam poſt mortem vaſalli. Ita probatur in capitulo primo.§.præterea.quibus modis feudum amittatur.& in capitulo primo.& ſi clientulus.de alienatione feu.Sed illud operatur alienatio facta inter agnatos eis non cõſentientibus, quòd operatur facta extraneo eis conſentientibus:vt patet rectè intuenti in capit.j. de alienatione feudi paterni. & in dicto capitulo primo. §.

fratri.

Source : BIU Cujas

36 fratri.de alienatione feudi. Ergo clarè patet quòd † vasallus alienare potest ius duraturũ etiam post mortem,& erit istud vnum fundamentum ad sustentandum istam partem. Præ-
37 tereà ius † quod habet vasallus in feudo de sui natura non spirat morte. Imò est trãsmissibile vt probatur apertè in diffinitione ipsius feudi. in cap.j.§.fi.in quibus causis feudum
38 amittatur. Ad idem adducitur, † nam alienatio facta in vnum ex agnatis,videtur quædam gratificatio. vt dicto capitulo primo.in fi.de alienatione feudi paterni.sed regulam habemus, quòd gratificatio non est permissa nisi expressè dicatur.vt in lege fœminæ.C.de secun.nup.& lege generaliter.eodem titu.& l.consensus.§.fi.de repud.cap.ergo. Solutio,potest dici dicta iura corrigi, hodie per authenticam, lucrum.C.de secun.nupt.sed non valet quia licet in illo casu corrigatur, tamen in alijs casibus, non nisi quatenus expressè dicitur.l.præcipimus. in fine.C.de appella. vnde potest dici,quòd illa iura magis videntur innuere cõtrarium. nam tex.in l.generaliter dicit:licentiam non negamus,appa ret ergo quòd erat concessa.Idem dicit textus in l.consensit.de repud. vbi dicit electione seruata. Sed etiam lex fœmi næ.expressè dicit contrarium, ibi,ad quemlibet &c. Sed in hoc corrigitur per authenticam lucrum.& sic illa authentica solùm obstat,inquantum dicit quòd lucrũ debet æqualiter distribui,non matris arbitrio. Sed illud est ex eo, quia lex noua illud sibi expressè prohibet, & sic regula remanet in contrarium. Aduerte quia textus dicit in dicto capit.primo.in fi.quòd est quædam refutatio non gratificatio, sed refutatio inter agnatos est permissa, vt in capitulo tres erant agnati. in titulo de eo qui finem fecit agnat. Ad idem adducitur, quòd possit reuocari: facilius generatur præiudicium per vasallum in feudo filijs, quàm agnatis.textus est in capitulo si vasallus:si vasallus seruitium domi.non offe. Sed per alienationem factam per patrem non præiudicatur filijs.capitulo Titius filios. si controuersia fuerit inter dominum & vasallum.ergo fortius nec agnatis. Solutio potest di ci quòd per delictum patris facilius generatur preiudicium vt in dicto capitulo si vasallus. secus per alienationem: nec est bonum simile de delicto ad alienationem, quia si alienatio fit inter agnatos non est delictum, quia est permissa: secus si inter extraneos. vt in capitulo primo, de alienatione feudi paterni.

1 ☞ *Feudi alienatio potest fieri fratri uel nepoti,id est,filio fratris.*
2 *Frater in gradu præcedit filium fratris.*
3 *Agnatus succedit in feudo ex legis dispositione.*
4 *Vasallo mortuo si feudum est paternum agnati succedunt in feudo omissa hæreditate.*
5 *Alienatio feudi paterni uoluntate domini facta:an & quando ualeat.*
6 *Testamentum inter liberos cuiuscunque gradus ualet.*
7 *Genus repræsentatur in quolibet suo subiecto.*
8 *Quandoque,dictio aliquoties exponitur pro quandocunque.*
9 *Dictio tamen,aliquid includere debet.*
10 *Alienatio feudi paterni etiam de domini uoluntate non ualet,agnatis consentientibus.*
11 *Alienatio feudi paterni si fiat in extraneum an ad hoc ut ualeat sufficiat consensus domini.*
12 *Duorum numero pluralis locutio uerificatur.*
13 *Alienationis prohibitio, ad hoc ut fieri possit requiritur causæ expressio.*
14 *Feudum nunquam potest alienari extra agnatos eis inuitis.*
15 *Dictio uel,uerificatur in uno.*
16 *Alienatio feudi, & alienatio rei prohibitæ alienari differunt.*
17 *Filia non potest in feudo succedere nisi expressè dicatur.*
18 *Alienatio feudi si fiat in filiam nõ statim potest reuocari, sed post mortem alienantis.*
19 *Res prohibita alienari, non potest in feudum dari.*
20 *Res extra agnatos alienari prohibita,licet alienari non possit,potest tamen in feudum dari.*
21 *Alienatio feudi facta pari tenet uiuo alienante, & non post mortem.*
23 *Feudum nouum redit ad dominum si feudatarius sine hærede masculo decedat.*
26 *Vasallo mortuo sine filio masculo,feudum redit ad dominum: quod secus esset,si esset antiquum.*
25 *Alienatio feudi paterni facta in extraneum, agnatis & domino consentiente non potest post mortem domini reuocari.*
26 *Reuocari non potest res per fideicommissum relicta,si ignoranter alienetur.*
27 *Ignorantia alterius alteri non nocet.*
28 *Diuisio est alienatio.*
29 *Contractus libellarius est species alienationis.*
30 *Cessante causa prohibitionis cessare debet iuris dispositio.*
31 *Alienare in ultima uoluntate prohibitus,nisi inter certos potest unũ ex illis eligere & cæteros excludere.*
32 *Pater non potest in unum ex filijs totam substantiam erogare.*
33 *Vasallus si occidat fratrem suum an agnati debeant priuari feudo.*
34 *Vasallo culpam committente an agnati admittantur ad successionem.*
35 *Feudum redit ad dominum uasallo sine hærede legitimo decedente.*
36 *Alienatione feudi facta proximus agnatus præfertur in redimendo & prohibendo si feudum est paternum.*

AD partẽ negatiuã primi dubij. Quòd si alienatio fiat in remotiorem nõ possit reuocari. Arguo sic.nam videtur text.apertus in c.j.§.fra tri.de alie.feu. vbi expressè dicit text.℘
1 † alienatio feudi potest fieri fratri, vel nepoti,id est filio fratris.ita exponitur in textu in cap.j.§.similiter. quibus modis feudum amittatur.tamen cõstat gra-
2 du † præcedere fratrem fratris filium, & loquitur in feudo paterno. nam ipsi naturali pietas exercetur. sicut dicitur in testamentis inter liberos dicit Baldus hic. Item & quòd feudum sit paternum probat ibi gloss. & quòd in alternatiuis possit fieri,probat disiunctiua vel,cuius natura est facultatẽ actus cui adiungitur insolidum permittere. l. si ex toto. §.j. de legatis primo.& l.si Titio. de legatis secũdo. probatur in l.si hæredi plures.de conditio.institut. Solutio potest dici & hanc credo veram, ℘ ibi loquitur de alienatione feudi paterni.probatur primò ex ipsis rubricis,nam ibi ponitur rub. de alienatione feudi:& oportet intelligi de feudo nouo: ℘ postea ibi subditur Titius. l.specialis.& de alienat. feudi paterni. vnde cũ ibi specialiter tractetur de feudo paterno dicendum est,℘ ille §.frarri.loquitur in feudo nouo.ex quo infertur illam gloss. non fore veram. hoc etiam probatur euidentius per illud capit.j. de alienat.feudi.nam ibi in alienatione facta in extraneũ domini voluntate, per vasallum stabilis permanet alienatio,quod non esset,si feudum esset paternum : quia non valeret etiam domini voluntate,agnatis non consentientibus.dicit textus expressè in cap.j.de alienatione feudi paterni.vnde dicam §.fratri intelligẽdum quòd feudum erat nouum,& alienatio fuit facta domini voluntate.& sic §.fratri.loquitur in eodem casu quo totum illud capitulum videtur loqui. Sed si instes quid addit §.fratri.videtur quòd nihil addat : potest dici quòd ibi non est §.nec ibi habeo §. sed cum supra dixi, quòd si alienatio facta est sine domini voluntate,mortuo clientulo sine hærede reuertitur feudum ad dominum. Subditur versiculus si verò,vbi dicitur quod si fit alienatio vero fratri, vel nepoti cũ domini voluntate stabilis permanet & sic constructus est perfectus. Et sic dictio vero, non est aduersatiua,& forsitan non est absurdum. Si verò velis ibi facere §.& quòd aliquid inducat,potes respondere quòd fuit facta alienatio fratri vel nepoti:videlicet quando alter tantum superuiuebat. Nam si ambo superuixissent,fieri nõ potuisset. Nam cum pariter frater & fratris filius simul sint successuri.vt in cap.j.§.j.versi. his verò deficientibus.de gradib. succes.in feud. non potest alteri fieri præiudicium:sed alteri tantũ potest fieri altero præmortuo: quia ipse esset successurus : vnde etiam non requiritur domini consensus. Si aũt ambo viuerent, nõ teneret alienatio mortuo alienãte.vt in §.& si clientulus. quia resoluto iure datorũ &c.vt l.lex vectigali feudo dicta.ff.de pign.l.iij.§. sed & Marcellus. ff. de in diem adiect.hoc etiam confirma-
3 tur sic.Nam † agnatus succedit in feudo ex legis dispositione.probatur in capitulo primo.§.cum verò Corradus.suprà

qui feudum dare poſſunt & principali prouidentia. gloſſa & text.in capitulo primo.an agnati vel filij poſsint repudiare hæredita. feudi retinen. & in perſona cuiuſcunque videtur eſſe quid perſonale,vt tot cenſeantur eſſe feuda quot vaſalli: patet. Nam mortuo vaſallo ſi † feudum eſt paternum 4
agnati ſuccedunt in feudo etiam omiſſa hęreditate, quod ſecus eſt in filio.Probatur in capitulo primo, an agnatus vel filius defunct poſsit feudum retin.repud. hæred. Vnde videtur ſola perſona per mortem eximi.vt in authentica, de nuptijs.§.deinceps.& l.ſi is qui.de inofficioſo teſtamẽto. Item ſimiliter etiam poteſt adduci quod not. in ſimili in authentica,bona damnatorum.C.de bon.damn. Nam bona damnati occupant ſucceſſores, non tanquam hæredis, ſed iuris diſpoſitione.pro hoc lex prima.§.an bona.ff.de iure fiſci. Et hæc eſt ratio quare in accipientes bona defuncti non tranſit inſtantia.de quo in l.ſi conſtante.§.finali.ff. ſoluto matrimonio.de quo Bald. in capitulo primo de ſucceſsione feudi. Vel poteſt dici quòd alienatio facta vlteriori agnato tenet, ſcilicet viuente alienatore. Sed eo mortuo reuocari poteſt per proximiorem. text.videtur apertus in capitulo Titius filios.ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum & vaſallum. & vide in proxima oppoſitione. vel poteſt dici quòd cum alienatio fit in nepotem, & ſic vlteriorem, tamen cum ſimiliter admittatur: videtur idem iudicandum, ac ſi fuiſſet in parem facta:vt dixit textus in l.finali.C.familiæ erciſcundæ.& ibi gloſſa, ſed non valet quia ſecundum hoc decidere tur pro ſecundo dubio.Item prima ſolutio, non videtur bona.quia ſi tenet alienatio irreuocabiliter facta inter agnatos de feudo nouo in quo agnati nullum ius habent:tantò magis debet tenere de feudo paterno in quo ius aliquod habent. Sed poteſt dici quòd conſenſus domini iſtud operetur & inducat & ſoluat iſtam diuerſitatem. Item poſſet contra iſtam ſolutionem dici quòd rubrica de alinatione feudi. loquatur generaliter de quolibet feudo ſcilicet,nouo & paterno.Sed rub.de alienat.feud. patern. ſolum de vno.poſſet etiam dici prout dicitur in ſimili in titul. de procurat. & in titulo mandati. Item poteſt etiam dici quòd ibi ſit.§.ſed cõtinuet cum ſequenti. ibi in feud. comitatus.&c.vt ibi etiam gloſſ.in vltima lectione.Et ſic cum ille text.diuerſos habeat intellectus ſecundum gloſſ. & doctor. in eo fundamentum fieri non poteſt. Ad idem opponi.fortiter, quòd per proximiorem non poſsit reuocari.vndè adducitur tex. expreſſus in capitulo primo.verſic.& licet. de alienation.feud.patern. nam à principio illius ca.datur regula negatiua, quòd † a- 5
lienatio feudi paterni non valet, etiam domini voluntate.à qua regula excipitur,ſi alienatio fiat agnatis cõſentientibus, ad quos feudum quandoque erat deuenturum. Deinde in verſic.nec in filiam.remouet quoddam dubium, quod non eſt ad propoſitum noſtrum: ſubditur verſiculus & licet, in quo videtur determinari quęſtio noſtra.nam cùm poſuit in principio regulam negatiuam, quod alienatio non tenet agnatis non conſentientibus.excipit modo,ſi fiat inter agnatos: quia tunc tenet,nec mirum,quia ſecundum Bald. pie- 6
tas naturalis exercetur.ſicut dicimus quòd valet † teſtamen
tum inter liberos cuiuſcunque gradus, hic enim vt ita dixerim quando verè indulgetur.C.de teſtibus.l. hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.de iniuſt.teſtament.l.ij.§. generaliter.de leg.præſtand.vbi ratio redditur.l.ſi duobus.§.ſi prius. de contratabul. ar.in ratione ſui.ff.de capi.dim.l.tutelas. Et pondero verbum inter, quod ſui natura nõ exigit omnium concurſum niſi apponatur verbum omnis.l.fina.& authentica ibi poſita.C. famil.erciſcun. Imo videtur quòd in quolibet poſsit verificari probatur in l.inter pares.& l.inter eos. ff.de re iudica. Sic ergo cum reperitur alienatio facta inter agnatos,licet vlteriores, non debet poſſe per proximiorem 7
reuocari. hoc etiam probatur ſic. nam † genus repræſentatur in quolibet ſuo ſubiecto.probatur in l.voluntas.C.de fideicommiſ.Prętereà ſi intelligeremus alienationem factam inter omnes agnatos ver. & licet non aduerſaretur præcedẽtibus,& repeteretur caſus minus dubius,& nil induceret cõtra §.quibus.in prima conſtitutione.C.& eſſet factus de caſu indubitabili.contra legem quod Labeo. de Carbo.edict. 8
quod non eſt dicendum.Pondera etiam verbum † quando que, quod poteſt exponi pro quandocunque,text. in ſimili in lege ſecunda,de condit.& demonſtra. quòd omne tempus reſpicitur. Facit quod nota.in lege baliſta.ad Trebellia. & ſic de omnibus intelligitur. Pondera etiam dictionem 9
† tamen:quæ debet aliquid includere.l.fluminum.§.fin.de dam.infect.inſtitu.de ſuſpect.tu.§.fi. Solu.& pondero quòd illud ar. poteſt fieri etiam ad ſecundum dubium. Et ad primum dubiũ poteſt dici ſine præiudicio ſecundi, quòd dum dicit inter agnatos,ſcilicet,eiuſdem gradus. Sed hoc nõ poſſum dicere. Vnde ſoluo alio modo,& credo verum intelle- 10
ctum illius c. Nam prima regula † negatiua,indiſtinctè eſt vera, quòd agnatis non conſentientibus non valet: & dico quòd poteſt reuocari eo caſu,etiã alienatore viuo.hoc probatur in capitulo primo verſi.in prohibendo. qualiter olim feud.alienari poteſt. verſic. autem. & licet loquitur quando eſt facta inter agnatos: quo caſu licet ſit facta in vlteriores non poteſt in vita alienantis reuocari. text.apertus in capit. Titius filios.ſi controuer.feud.inter dominum & vaſallum. Et ſic loquitur de verſic. & licet. Poſt mortem autem videtur poſſe reuocari, per regulam reſoluto iure datorum &c. lege lex vectigali.ff. de pign. & dicto verſiculo.& ſi clientulus.videtur text.in l.peto §.prædium.de lega. ij. Nec ob. ei quod dixi, quòd alienatio facta in extraneum non valet agnatis non conſentientibus, etiam viuo alienante dicto capitulo j.verſi.nec in filiam.coniuncto capi.j.§.hoc quoque. de ſucceſsio. feud. Quia dico,quòd non valet, quin pretio oblato,etiam in vita alienantis nõ poſsit reuocari.Secus eſt eſt ſi in agnatos fit, quia demum poſt mortem. Non ob. §. hoc quoque:quia ibi non voluit aduocare agnatus viuente alienante,quia fortè pretium non habebat.Vnde expectare voluit mortem, quia tunc etiam ſine pretij reſtitutione poteſt aduocare:ratio quia eſt finitum ius datoris.Pro hoc etiã facit dictum capitulum, Titius filios.Non ob:etiam dictum capitulum primum de feud.aliena. ver.& ſi clientulus, quia ibi non habebat agnatos.& ibi eſt facta in extraneum.Patet quia ſi habuiſſet agnatos,non tenuiſſet alienatio.dicto cap. j.de alienatio.feud. pater. cuius contrarium dicitur in dicto §.& ſi clientulus.Vel poteſt dici,quòd verſi.ſed licet,aduerſetur princip.illius cap. primi. de alienatio.feud.pat. quia dicit quòd etiam domini voluntate non valet agnatis non cõſentientibus.Modo in verſi.ſed licet. vult dicere quòd valet facta inter agnatos domino non conſentiente.Poſſet etiam dici totum econtra videlicet, quòd totus ille text. loquatur quando interuenit conſenſus domini: & velit in effectu ꝙ ſi † alienatio fiat in extraneum, non ſufficiat cõſenſus domini:ſecus ſi fiat inter agnatos:quia tũc ſufficit.In themate autem de conſenſu domini nihil dicitur. Item poteſt largius di- 11
ci quòd ille verſi. & licet. quatenus permittit alienationem inter agnatos,debet intelligi ꝙ interueniat conſenſus aliorũ agnatorum:& illa tota litera in effectu velit iſtud ꝙ ſi alienatio feudi paterni fiat in extraneum,ad hoc vt reneat, requiritur conſenſus vtriuſque,ſcilicet domini & agnatorũ: & hoc velit. Si vero fiat inter agnatos, tunc ſufficiat cõſenſus agnatorum etiã ſine conſenſu domini. Sed in caſu noſtro expreſſè dicitur quòd non interuenit:ergo &c.& hæc eſt colorata ſolutio & de mente literæ. Prætereà ad probandum quòd ille ver.& licet.loquatur quando conſenſus domini non interuenit,patet ex litera ibi ſi paternum fuit &c.quia ſi interueniret conſenſus domini valeret etiam ſi eſſet nouum. dic. cap.primo.§.& ſi clientulus.de alie.feu.Prætereà intelligendo verſi.& licet: vt ſuprà adduxi, videlicet quòd non poſsit reuocari corroboratur ſic text. dicit inter agnatos &c. cum iſta verba ſint indiſtinctè prolata: ergo in dubio verificatur in quolibet ſubiecto.ff.de condict.indebit.l.cum is.§.finali. ff.mand. l. fideiuſſor.& licet text. dicat inter agnatos: & ſic 12
† in plurali: ad cuius verificationem duo ſufficiunt.ff.de teſtib.l.vbi numerus.tamen in themate noſtro poteſt dici hoc interueniſſe.nam cùm fuit facta per vnum agnatum in aliũ, dici poteſt facta inter agnatos.in ſimili dicit textus. in l.j. C. de pact.conditionis iunctum inter fratres &c. facit lex inter eohæredes.famil.erciſcund.Pro hoc optimè. quia text. hîc non lo-

Source : BIU Cujas

non loquitur in perſonam: quia non dicit ſi quis alienauerit inter agnatos. Sed in rem quia dicit inter agnatos autem permittitur. Vnde non requiritur niſi q̃ alienans, & ille qui recipit, ſint de agnatis. Sed ſolutio patet ex prędictis. Ad idē opponitur quòd non poſsit reuocari, nam quòd non poſsit feudum alienari, eſt inductum in fauorem agnatorum ad quos eſt reuerſurum. Modo ſic: Alienatio prohibita in certa rum perſonarum fauorem, poteſt in aliquas ex eis fieri alijs excluſis eiuſdem gradus textus in lege pater. §. quindecim. de legatis tertio. & lege voluntas. de fideicommiſsis. C. ſed fundum eſt huiuſmodi. ergo & ſic declaratur capitulum primum de alienatio. feudi paterni. quod non eſt abſonum, lege, non eſt nouum. Digeſtis de legibus. & quòd ſit huiuſmodi, patet quia non eſt inhibita feudi alienatio: vt in familia remaneat, & conſortes extraneos non habeat. Solutio poteſt dici quòd dicta iura non obſtant, & præmitto regulam legis filiusfamiliàs. §. diui. de legatis primo. nam regula eſt,
13 quòd ad hoc vt † prohibitio alienationis fieri poſsit, requiritur cauſæ expreſsio, vt ibi: ſed in dicta lege quoties, prohibita erat. Ideo vt in familia remaneret, & in §. quindecim. quia volebat inter libertos remanere. Modo cùm ſit prohibitum in certo caſu, in alio videtur permiſſum, lege maritus. C. de proconſul. lege cum prætor. Digeſtis de iudicijs. ſed in caſu noſtro non eſt ita, quia prohibita eſt alienatio in præiudicium agnatorum, quæ ratio ita habet locum, ſi alienetur vni de familia quo ad alios, ſicut ſi in extraneum alienaretur, licet vno caſu non valeat. Secundo ſic, ſaltem in vita alienantis. vt in capitulo primo. §. & ſi clientulus. de alienatione feudi. & per regulam reſoluto iure datorum, & cætera. Nec obſt. quòd iſta ratio videlicet: quia de præiudicio proximioris tractatur, & habet locum ſi fiat in alterum de familia: quia omnes admitterent eo caſu quo contra fieret, lege peto. §. fratre. de legatis ſecundo. quia non attenditur illud ex quo alienatio videtur fieri ſecūdùm voluntatem defuncti, qui prohibendo alienationem extra familiam, eam videtur permittere in familia, nam cum teſtator potuiſſet in totū ipſos de familia ab ipſa re excludere: ergo fortius in certo caſu tantum potuit eos excludere: & ſic ipſam acquiſitionem modificare. ar. l. qui plures. ff. de vulgari & pupilla. Sed in caſu noſtro fieret contra voluntatē primi parentis acquirentis feudum indiſtinctè, omnibus eius ſucceſſoribꝰ, quos voluit tale feudum habere, nimirum ſi non tenet alienatio. Si tamen voluiſſet primus parens feudo legem imponere, vt tantum certis perſonis acquireretur, potuiſſet. argumen. l. prima. §. ſi conuenerit. ff. de poſ. iuncto §. ſtrenuus. in capitulo primo, de feud. cogni. vnde cum potuiſſet in totum prę iudicare, nimirum ſi acquiſitionem poteſt modificare: vel dic, quòd ibi eſt prohibitio perſonalis quæ ſolum afficit & reſpicit perſonam: hic verò realis, quæ afficit & reſpicit rem, patet: quia in contrarijs ille de familia qui lege permittente aliena, poteſt extra familiā alienare, ſecus in caſu iſto: quia
14 † feudum nunquam in extraneum, & ſic extra agnatos eis inuitis alienari poteſt. Eſt ergo illa prohibitio minor & alterius naturæ quàm iſta: & ideò tanquam ex ſeparatis non fiat illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. inter ſtipulantem. §. ſacrament. ver. ſed hæc diſsimilia. de verborum obligationibus. Ad idem adducitur, quòd non poſsit reuocari. nam cum alienatio fit inter agnatos, videtur quædam refutatio ſeu gratificatio. text. in capitulo primo, de alienat. feu. patern. Sed habeo quòd gratificatio videtur permiſſa vt l. generaliter. de ſecundis nuptijs. vbi text. dicit licentiam non negamus. & idem textus in l. conſenſus. §. fina. C. de repud. ibi electione ſeruata apparet ergo, quòd cum vni ex agnatis gratificatio facta ſit non poſsit reuocari. pro hoc adduci poſſunt l. filius. §. penultim. de legatis primo. & l. pater. §. quindecim. de legatis tertio. Item ſcias quòd aliud eſt gratificatio, aliud quaſi refutatio. l. ſi idem. C. de codicillis. ergo &c. dict. l. Papiniana. & verſiculo, ſed hæc diſsimilia. Solutio, poteſt dici illa iura corrigi per Authenticam, lucrum. C. de ſecundis nuptijs. vel dic quòd gratificatio eſt permiſſa in dicta l. quia expreſsè lege cauetur. In alijs autem caſibus dicam ſecus, vel dic quòd ſi permittitur ſi ſint in pari gradu dictis legibus prima ſolutio non tuta per id quod habetur in cap. tres erant agnati. in titulo de eo qui fin. fe. agna. ſuo. vbi dicitur permiſſa inter agnatos refutatio. ſolutio. ibi loquitur in refutatione quæ fit per eum qui non poſsidet, & ſic de refutatione iuris de futuro. de quo in l. prima. C. de pactis. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligationibus. & plenè per Bald. vbi declarat illud cap. in cap. primo. Imperator Lotharius. Et eſt inter iſta diuerſa ratio vt patet ad ſenſum: quia qui alienat vni, præiudicat alijs. Ideò alij reuocare poſſunt, qui non refutat ſibi ſoli præiudicat. Cum ergo diuerſa ſit ratio diuerſum ius. Ad idem adducitur capitulum primum, §. ſed & res. per quos fiat inueſtitura. nam ibi textus dicit alienationem permiſſam tibi vel proximiori, & ſic
15 licet vendere vni tantum propter † dictionem, vel quæ verificatur in vno. l. ſi hæredi plures. de condition. inſtitu. ergo apparet quòd tunc alter ſit proximior te: tamen poteſt vlteriori alienari, ergo non poteſt reuocari. Solutio, poteſt dici quòd alienatio poſsit fieri tibi, ſi es proximior: vel poteſt dici quod nil faciat. nam ibi loquitur in re prohibita alienari: & vt prohibitio teneat, oportet cauſam inſeri. lege filiusfamilias. §. Diui. de legatis primo. fuit ergo ibi prohibita alienatio fauore agnatorū, vnde nimirum ſi poteſt vlteriorem in gradu eligere: nam verum dicent eſſe in familia, & ſic ſatisfactum erat voluntati defuncti. dicta lege filiusfamilias. §. penultimo. de legatis primo. & l. voluntas. C. de fideicom-
16 miſsis. nam magna differentia eſt inter † alienationem feudi & alienationem rei prohibitæ alienari. probatur. nam ſi res quæ prohibetur alienari, alienetur, ſtatim poteſt reuocari. textus in l. cum pater. §. libertis. de legatis ſecundo. & gloſſa in l. pero. §. prædium. eodem titulo ſecus in feudo:
17 nam † filia non poteſt in feudo ſuccedere, niſi expreſsè dicatur: vt cap. primo. §. hoc autem notandum. qui feudum dare
18 poſſunt. tamen ſi † alienatio fiat in eam, non ſtatim poteſt reuocari: ſed poſt mortem alienantis. textus videtur in capi. j. §. hoc quoque. de ſucceſsione feudi. Sed fortè iſta differentia non eſt bona, quia ſi præſupponis alienationem factam rei feudalis in perſonam non permiſſam, ſtatim poteſt reuocari: textus in capitulo primo, de alienatione feudi paterni. in principio. vel poteſt dici fortè quòd ibi probatur idem quod probatur in l. voluntas. C. de fideicommiſsis. vnde non obſtat vt dixi. Nam licet detur ibi regula quòd
19 † res prohibita alienari non poſsit in feudum dari, tamen excipit caſum in quo poteſt in feudum dari licet non poſsit
20 alienari: nam † res quæ prohibetur alienari extra agnatos, licet non poſsit alienari extra agnatos: poteſt tamen in feudum dari. Et præſuppoſito quòd res prohibita alienari extra agnationem poſsit in alienatione & in remotiorem alienari ex tacita voluntate teſtantis. vt l. filiusfamilias. §. penultimo. ff. de legatis primo. & l. voluntas. C. de fideicommiſsis. non ſequitur quòd feudum ſit illius conditionis, cuius & dicta res quæ prohibetur alienari: nec hoc ibi dicit ille textus. vnde etiam caue à ſolutione poſita ad hoc contrarium in
21 parte affirmatiua. & Baldum in §. ſed & res tenet quòd † alienatio facta pari, tenet viuo alienante, & non poſt mortem. & facit ad ſecundum dubium. Et hoc ideò, quia fraudulenter fecit, & examplificat aliàs quòd non, vel dic tenendum quòd ibi propriè loquatur de feudo paterno. quod videtur innuere litera, ibi, ſi quis ex agnatis eius &c. & dictum fuit circa intellectum capituli primi, de alienatione feudi paterni. nam omnes ſolu. ibi datæ poſſunt adaptari ad illum textum, & ad omnes. ſi qui probarent talem alienationem
22 inter agnatos fieri poſſe. † Adducitur ad idem capitulum primum quemadmodum feudum ad filiam pertineat. vbi, licet filia non ſuccedat in feudum niſi dicatur: vt in capitulo primo. §. hoc autem notādum. qui feudum dare poſſunt. tamen ſi inueſtiatur mortuo patre, parentes non reuocant. Solutio, poteſt dici quòd ibi loquitur de præiudicio q̃d infertur per factū domini: quia dominus inueſtiuit, quod hic poteſt, vt hic, ſed dubium loquitur de præiudicio illato per agnatum: ſed non ſapit. & hoc tenet Pet. de Cerueto ibi. & Ray. op. videtur contra c. ſ. de alienatione feudi paterni. dic
23 ergo quòd ibi loquitur in † feudo nouo, cuius natura eſt, q̃

Source : BIU Cujas

mortuo domino ſine hęrede maſculo, redeat ad dominum, vnde nimirum ſi dominus potuit filiam inueſtire. Poſſet etiã dici quòd nõ poteſt reuocari filia viuente, ſed poſt mortem ſic vel dic quòd erat nouum & dubium erat. quia decentius videbatur agnatos inueſtiri quàm filiam argumento l. primæ. §. permittitur. de aqua quotidiana & æſtiua. vel dic, ꝙ ibi eſt ſpeciale in filia ſecundum Iacob. de Bel. ſicut alia multa ſunt ſpecialia liberis primi gradus. l. iubemus. C. ad Treb. vel dic vt ibi per Baldum qui ponit etiam nouũ caſum, vel poteſt dici quòd etiam ſi ſit antiquum feudum, tamẽ ſi fuit filia inueſtita, non reuocetur per parentes. vt ibi ratio, quia parentes ſeu aſcendentes in feudo non ſuccedunt. vt in cap. j. de natura ſucceſsion. feudi. vel poteſt dici quòd non poteſt reuocari à parentibus ſuis, ſcilicet domini inueſtientis. vel dic ſecundum Baldum, quòd ibi fuit conceſſum feudum alicui pro ſe, & maſculis, & fœminis: & tunc agnatis ex quodam priuilegio fœminæ præferuntur, cui priuilegio poteſt derogari per dominum ſi filiam inueſtiat, contemplatione patris. argumento l. eius militis. §. militia miſſus. de teſtamẽto militis. Ad idem opponitur, quòd non requiratur cõſenſus agnatorũ, nec poſſunt reuocare. & pro hoc videtur textus ſatis ruminatus ſuprà in capit. j. §. ſi verò. de alienatione feudi. breuiter ibi multa dixi. Credo quòd veritas eſt, quòd feudum ibi eſt nouum. patet, quia ſi nõ eſſet nouum, poſſet non tenere alienatio: probatur expreſſè in ca. j. de alienatio

24 ne feudi paterni. patet etiam, quia † vaſallo mortuo ſine filio maſculo, feudum redit ad dominum, quod non eſſet antiquum. Prætereà, quòd ſit verum patet, quia ponitur in tit. de alien. feud. poſt ponitur titulus de aliena. feud. pa. vel poteſt dici quòd ibi loquitur de reuocatione fienda à domino quæ fieri non poteſt ſi dominus conſenſit, aliàs ſic, vt ibi. ꝙ autem ab agnatis poſsit fieri vel non: non dicit ille text. Vel dic quòd ibi non habebat agnatos hic ſic. Vel ſi habebat, cõſenſerunt, quia nec text. dicit contrarium, vt cõcordet cum §. prætereà. Ad idem oppon. nam licet hic in quem eſt facta alienatio ſit vlterior in gradu, videtur quòd ſibi poſsit gratificari. quod probo ſic. nam propter dubium quandoque aliquid permittitur quod aliàs non permitteretur. Sed hic eſt, & eſſe poteſt dubium an hic primus ſuperuiuat tempore mortis ipſius alienantis, ergo propter illud dubium videtur poſſe ſibi gratificari: licet ſit ſecundus in gradu. Pro hoc adduco text. ff. de lega. ij. l. ſi quis ſeruum. §. certam. C. de edic. diui Adria. tollen. l. ij. cum ſi. Solu. poteſt dici quòd illũ dubium an præmoriatur his qui obtinet primum gradum, nõ eſt potens cauſare talem gratificationem, nec de illa loquitur d. §. certam. Ad idem optimè poteſt adduci. nam quod operatur conſenſus agnatorum in alienatione feudi paterni facta in extraneum, id operatur alienatio inter agnatos facta ſine conſenſu agnatorum. Hoc optimè probat tex. in c.

25 j. de alienatio. feud. pat. † Sed alienatio facta in extraneum agnatis, & domino conſentiente non poteſt poſt mortem domini reuocari: ergo nec ſi fuit facta inter agnatos, & iſtud eſt optimum argumentum. Solutio. poteſt dici quòd illud ibi non probatur. nam ille tex. bene probat, quòd ſi fit alienatio feudi in extraneum, nõ ſufficit domini conſenſus, ſed etiã agnatorũ requiritur. Secꝰ ſi fit in agnatos: quia tũc domini voluntas non exigitur, ſed agnatorum ſic. At cum hîc voluntas agnatorum non interuenerit, vt expreſsè dicit thema noſtrum: ideò poterit reuocari. Vel poteſt dici totum econtra: videlicet quòd ille text. velit quòd alienatio feudi paterni in extraneum facta non valet etiam domini voluntate niſi agnatis cõſentientibus. Secus ſi fiat inter agnatos: quia tunc conſenſus domini requiritur, non autem agnatorum. At cum hic non preſupponatur conſenſum domini interueniſſe, poterit reuocari. Ad idem quòd non poſsit reuocari

26 adduco tex. no. in l. ſi. ff. de leg. ij. † Nã ſi res per fideicommiſſum relicta alienetur ignoranter, non poteſt reuocari. Sed cum in themate non præſupponatur, quòd ſciuerit, vel nõ, dicimus valere, ſaltem eo caſu quo ignorãter alienauit: quia fortè ignorauit eſſe prohibitam alienationem feudi. Solutio. & eſt vera ſolutio ibi in §. finali. error facti interuenit, qa ignorauit tem eſſe prohibitam alienari à teſtatore: quia cõdicillos teſtator tantum aperiri iuſsit poſt mortem ipſius qui alienauit. Vnde propter bonam fidem vendentis, & ementis, diceretur tenere alienatio. At in caſu noſtro ſi dicimus iſtum ignorare alienationem feudi prohibitam, dicetur in iure erraſſe. Vnde cum in iure errauerit, non eſt æquum alie

27 nationem confirmari: cum regula ſit † ignorãtiam alterius alteri non nocere. l. iniquiſsimum. in fin. de iu. & fac. ignor. præcipuè iuris ignorantia. cum quilibet debeat ſcire leges, & illas ignorare ſit lata culpa. quòd autem alienatio feudi ſit prohibita, patet in ca. j. de aliena. feu. pat. probatur etiam in ca. ſi vaſallus feudum. ſi vaſall ſerui. domi. non offer. vbi ſi ignoranter alienet, dominus nõ admittitur: ſed ad intereſſe emptori tenetur: & ſic contractus nõ tenet niſi quo ad hoc, vt teneatur ad intereſſe. Ad idem quòd non poſsit reuocari. ca. omnes filij. ſi de feu. fue. controuer. & in ca. tres erant a-

28 gnati. de eo qui finem fec. agn. nam † diuiſio eſt alienatio: quoniam alienatur pars quam habet iure ſuo probatur in l. j. C. communia vtriuſ. iudic. de verbo. obligat. l. qui Romę. §. duo fratres. Sed in diuiſione poſſunt totum vni adiudicare: & ſic quilibet alienat partem ſuam alio irrequiſito. Solu. poteſt dici quòd non obſtat, quia debet intelligi, quòd peruenit ad vnum aliorum conſenſu ſcilicet tacito. Vel poteſt dici, quòd alij non ſupererant agnati. vel dic, quòd loquitur in filijs, ſed dubium noſtrum in agnatis. Vel dic quòd ſaltem fictè omnium conſenſus interuenit: ideo præiudicat omnibus. d. c. j. de alie. feu. patet. Vel dic quòd diuiſio talis non dicitur alienatio: vt in authen. de liti. circa prin. quod cùm adiudicatur vni, dicuntur cõſentire. facit l. j. communia vtriuſ. iudi. quia vicem emptionis &c. facit etiam lex Titius. quib. mod. pign. vel hypo. ſolu. Ad idem adducitur. nam quod in alienatione feudi requiritur conſenſus agnatorum eſt introductum contra regulam, cùm ſola voluntate domini feudũ alienare poſsit. Probatur in capitulo primo. circa finem. de feud. alienatione cap. primo. verſi. ſimiliter nec lex Corradi. & de prohi. alie. feu. per Fede. & gloſſ. hoc tenet de prohibi. alie. feu. per Lotha. in verſicu. expromiſsis. modicum tamen facit. Solu. poteſt dici quòd imò eſt ſecundũ regulam. Nam regula traditur in c. j. de alie. feu. pa. quòd eorum conſenſus requiritur. Non ob. c. j. circa fin. de alie. feu. quia loquitur in feudo nouo, vt ſæpè probaui. Non ob. cap. j. verſi. ſimiliter. quia loquitur in feudo nouo. Patet, quia text. circa fi. dicit ꝙ habet feudum pro ſe ſuiſque hæredibus: & verbum hæres pro filio capitur in feudo. d. c. j. §. & ſi cliẽ titulus. de alie. feu. Patet etiam, quia ſi non eſſet nouum, non valeret agnatis non conſentientibus. Ad idem adducitur. nam contra regulam eſt, quem habere ſpem iuris quærendi ex ſucceſsione alterius. l. ij. §. interdum. de vulg. & pupil. cum ſi. quod tamen eſt in feudo vt iuribus vulgaribus: ergo non debet extendi quando alienatio fit in agnatos, quòd requiratur conſenſus eorum cùm expreſſè hoc non caueatur aliquo capitulo, maximè cùm ſimus in materia feudorum in qua non habet locum extenſiua interpretatio pro indemnitate rationis: nec eſt locus in eis argumentis legalibus: imò quod ſcriptum eſt ſeruatur. videtur probari in capit. j. in fine, de alienatione feudi. & capit. Obertus de orto. de feud. cogni. & eſt bonum argumentum. Solu. poteſt dici, quòd licet habeant ſpem: tamẽ non videtur quicquam obſtare quin eorum cõſenſus requiratur. nam & filius habet ſpem patri ſuccedere, tamen in legitima pater nõ poteſt ſibi præiudicare, etiã ſi det alijs fratribus. ꝓbatur in authen. nouiſsima. & in authen. vnde ſi parẽs C. de inof. teſta. Non ob. quod dicitur ꝙ in eis nõ debet fieri extenſio. quia frater ab homine non poteſt fieri, ſed à l. ſic. ita videtur velle d. ca. j. de feudi cognitione. nam cùm dubium ſit an requiratur cõſenſus, ad naturalẽ rationem eſt recurrẽdum ad l. ſcire oportet. §. & ſi maximè. ff. de excuſat. tutor. Sed iſta non videtur bona ſolutio quia magna differentia eſt inter legitimam filio debitam, & id quod debetur agnatis, cùm in eis filijs ratione naturali debeatur. facit l. cùm ratio de bonis damnat. Ad idem adducitur capitulum primũ

29 in fine, de alie. feud. pa. nam † contractus libellarius eſt ſpecies alienationis gloſſ. not. in authent. ingreſsi. C. de ſacroſanc, & tamen conſtat illum fieri poſſe, vt dicto capit. primo in fine.

Source : BIU Cujas

in fine.ergo & ven ditio potest fieri.Solutio pōt dari vt su prà scripsi.& argumentum suprà in quarta oppo. Ad idem adducitur capitulum primum in fine,vbi dicitur quòd qua si refutatio est si fit inter agnatos,sed habeo quòd refutationes non exigunt consensum alicuius,l.qui autem.in principio.quæ in fraudem creditorum.ergo nec in causa nostra, cum talis venditio pro refutatione habeatur.Solutio.ibi repudiat quod non est quæsitum, hic autem quod iam est quæsitum,vel dic.quòd quò ad illud edictum,alterius consensus non requiritur:& potest ailj præiudicare.Secus in ca su nostro:argumentum l.liberto octoginta.de bonis libertorum.nam ibi ratio redditur text.dum dicit non suum proprium patrimonium.vel dic quòd fateor,quod potest, sed non habebit effectum nisi viuente refutante per regulam, resoluto iure datoris &c.l.in concedendo. de aqua pluu. arcen. cum si.prima potest defendi per capitulū primū de eo qui finem fecit agnat. Ad idem facit.nam interesse spei successionis in re alienari prohibita nisi inter quosdam nō consideratur,quando in vnum fit ex illis qui tale interesse prætendit vt l.voluntas.C.de fideicommiss.& l.pater.§.quindecim.de lega.iij.cum si.Solut.dixi suprà in solut.iij.argu-
30 men.Ad idem facit,quia† cessante causa prohibitionis debet cessare iuris dispositio.l.Papinianus exuli.ff.de mino.l. naturaliter.§.nihil commune. de acquirenda possessio. sed ratio prohibitionis feudi alienantis feudum est,ne agnatio priuetur feudo: & ne habeant cōsorteres extraneos alij agnati & maximè exosos & sibi nō consortes.colligitur in titulo generali,de alienatio.feud.& specialiter de aliena.feu. pa.inter consortes enim facta alienatio non est iudicanda. authentica de legitimatio.colla.octaua. circa principium. nec in æquale dominium: vt in titulo de lege Corradi. capitulo primo circa medium.Hæc autem ratio cessat in ca su nostro,ergo &c.Solu.potest dici quòd in vita alienantis, tenet talis alienatio,postea nō per regulā.in resoluto iure datorum &c. quia non reperitur textus expressus de hoc. & quoties legis intellectus est dubius recurrendum est ad rationem naturalem &c. l.scire.§.& si maximè. de ex cus.tutor.Sed regula stat,quod resoluto iure datoris.&c.facit capitulum primum de feudi cognitione. & multas solutiones suprà dedi.vel dic, quòd illa non videtur ratio. Sed ratio videtur ,ne generetur præiudiciū agnatis.quod fit si in vlteriores fiat. Ad idem.nam prohibitus in vltima
31 voluntate † alienare,nisi inter certos,potest vnum ex illis eligere,& cæteros excludere.ergo & inter viuos: vt in casu nostro potest vnum eligere.maiorem probo per l.filiusfamil.§.penultimo.de legatis primo.& l.vnum ex familia.§. si duos.de legatis secundo.Minor probatur per textum.ff. de legatis secundo.l.peto.§.fratre.& eo. titulo.l.cum pater. §.cū inter.non enim est hæc nisi vna præuentio,& iure præmissa.C.de fideicommiss.l.post mortem.Solutio ibi ex voluntate defuncti eligit vnum.nam cum potuisset in illa re in totum præiudicare potuit fortius acquisitionem modificare,dando licentiam quod in vno ex præmissis alienetur. quod non est in casu nostro. quia expressum non videtur maximè quòd post mortem alienatio habet effectum.& vide supra in tertio argumen.in solutione.Ad idem adducitur authoritas glossæ libri feudorū.in titulo,per quos fiat investitura. capitulo primo, versiculo,sed & res in duobus locis. videlicet in principio glossæ magnæ & in eadem glossa versiculo, potest ergo. Ad idem authoritas Iacobi de Ardi.de Vero.qui dicit quòd si fiat in fraudem, nō valet.A contrario ergo si fraus non interuenit valet.hæc nota in sūma,quibus modis feudum amittitur.capitulo primo. §.est & ali⁹ casus.versiculo si tamē plures.Sol.licet in practica authoritates prosint:tamen in scholis,vbi locus est disputandi,modicum est curandum,nisi in quantum lege,vel ratione iuuaretur.facit l.illam.C.de collatio. Ad idem adducitur.nam regula est quòd tunc demum consensus alicuius requiritur,quando ius habet:probatur in l.prima.§. denuntiari. de ventre inspic.& in l.in diem.de aqua pluuia arcenda.sed isti non habent ius cum viuat vasallus, qui eos præcedit ergo non requiritur consensus illorum. Solutio, potest dici quòd imo habent ius saltem in spe principali prouidētia:vt dicta glossa,in capitulo an agnatus vel filius si repudiauer.hæred. feudum retinere poss.vel dic quòd §. denuntiari.loquitur in actu qui fit in iudicio: ideo non requiritur citatio habentis spem.ita dicit Bartol.in l.in diem. de aqua pluuia arcēda. vel sol.quòd illa regula non est vera,patet in l.peto.§.frater.& l.cum pater .§.libertis.de legatis secundo. nam hi qui alienant in personam prohibitam alienari,admittuntur ad reuocationem,& habent ius in spe. & tamē vt alienatio teneat requiritur omnium consensus vt dicto §.libertis.probatur in l.quoties.C.de fideicom.& ille text. bene facit ad aliam partem. Ad idem quia non videtur alienatum,quod ipsi agnationi est concessum.l.voluntas. C. de fideicommissis .C. de codicillis.l.si quis igitur. §.finali. & C.de impo .lucra.descrip.l. prima.libro decimo. sed hic est huiusmodi:ergo &c. Solutio,dicta iura non strin gunt,vt sæpius est dictum.patet quia ibi ideò alienatio tenet quia est permissa ex voluntate testātis:sed hic secus.nā præiudicium generaretur alijs tolle simile in l.ij. C.de inof.dona.& authentica nouissima.de inffieioso testamēto.
32 Nam † non,potest in vnum ex filijs pater totam suam substantiam erogare.sic dicam hic.vel dic quòd si concedatur ipsi agnationi,est verum.sed hic aliquibus tantū est concessum.præterea lex prima de impo. lucr. descrip. loquitur in descendentibus & ascendentibus. secus in alijs videtur. ibi decidi circa idem.

Ad vltimum dubium, quòd alienato feudo in extraneum,dominus non admittatur,imo agnati,probatur sic:si id de quo magis videtur inesse,& non ineſt,ergo nec de quo minus vt authent. multo magis.C.de sacrosanc.ecclesiis.sed multò magis vide
53 tur inesse quod vasallo † occidente fratrem suum debeant feudo priuati agnati,& tamen non priuantur.vt in capitulo primo.§.denique.quæ fuerit prima causa beneficij amit. ergo multò minus per alienationem debent priuari.cum nemo dixerit hoc fore minus delictum. Solutio potest dici quòd ideò fratrem occidendo agnati non priuatur:quia illud delictum non respicit personam domini. vnde satis est ipsum vasallum,& eius descendentes priuari.Si autem illud delictum concernat personam domini,vt dominus habeat iniuriæ vltionem, feudum redit ad dominum. iste est textus in capitulo primo.§.denique.& §.si vasallus.quæ fuerit prima causa beneficij amit.& capitul.primo. an ille qui interfecit fratrem domini sui feudo priuetur.sed in casu nostro dicitur offendisse dominum vt text. dicit in §. finali eodem titulo.ergo probatur etiam in capitulo primo.de eo qui contra constitutionem Lotha. feud.aliena.sed aduerte quia ille §. si vasallus. loquitur non stantibus agnatis. & alienatio facta in extraneum,vt patet dum dicit,contra legem Lotharij.secundum glossam in capitulo primo,de successione feudi paterni vel dic quòd licet maius sit delictū tamen per legem feudalem constituitur, vt tantum eo casu ad dominum redeat,cùm committitur iniuria in personam domini.aliàs autem delictum punitur aliter de iure ciuili.Et sic respondendo ad formam argumenti hîc,non videtur maior ratio,nec maius inesse: quia alia ratio reformat pactum quia licet occidere sit minus delictum,respectu occidentis,non tamen respectu domini.quia in hoc nō offenditur,sed potius agnati,quorum sanguis effunditur.& sic in suorum iniuriæ vltionem,feudum ad eos reuertitur hęc omnia cessant in alienatione feudi vt patet ad sensum aduerte qa qua ratione per alienationē factā extraneo dicitur dñs lędi,iura per te allegata eadē ratione & agnati vt in capitulo primo,de alienatione feudi paterni.tunc stat regula quòd vbi quis per factum vasalli damnificatur,habet ius admittendi ad feudū.Sed in isto casu agnati læderentur :vt in capitulo primo, de cessione feudi paterni :ipsi debent admitti.posset etiam dici ad dictum §.denique.quòd ibi intelligitur proximos,scilicet filios,vt dixi in alia parte huius dubij,vbi omnino vide argumentum stringit fortiter. Secundò opponi.ad idem quòd dominus non admittatur dicto capitulo,si vasallus.si vasal. serui domi.non offe.& in

Source : BIU Cujas

capitulo primo,ſi vaſallus feudo priuetur cui deferatur.vbi
34 dicitur indiſtinctè † vaſallo culpam committente, agnatos admitti ad ſucceſsionem.& in capitulo primo,an ille qui interfecit fratrem domini ſui.Solu.omnes illi tex. videntur dicere.limitari per textum not.in capitulo primo. §.denique.quæ fuerit prima cauſa benefi.amit.quia aut delictum,ſeu culpa concernit iniuriam domini,aut non. Primo caſu,redit ad dominũ.Secundo non,ſed in propoſito videtur reſpicere iniuriam domini:ergo non redit feudum. Probatur in dicto capitulo primo.§. final.& ad hoc tangunt gloſſæ in dictis iuribus.Ex quibus etiam patet ſolutio eorũ quæ ibi dicuntur.Et hoc etiam tenet ibi Baldus, qui hæc declarat.Poſſet etiam dici, q̃ de alienatione ibi nihil dicitur.Item poſſet dici,quòd de domino text.nihil dixit: ſed ſolum decidit quæſtionem inter filios & agnatos. Sed contra prædictam ſolutionem etiam & præcedentẽ poteſt adduci gloſſa in capitulo ſi vaſallus.ſi vaſallus ſeruitium domino non offe.& textus in capitulo primo.§.finali.qb̃ modis feudum amittatur. vbi alienatione facta, feudum
35 redit ad dominum,ita demum ſi † vaſallus ſine legitimo decedit hærede. Solutio,poteſt dici quòd cum textus dicit ſine legitimo hærede deceſsit,intelligo maximè quia idem ſi habet legitimum.vel dic dicta iura loqui,de iure ãtiquo quo poterat pars feudi alienari.patet,quia demum vaſallo mortuo reuocatur. Secus hodie vel loquitur ſecundum antiquſsima opera,ſecundũ quæ totum poterat alienari. Vel dic quòd ille textus ſecundum gloſſam facit in cõtrarium.Vel poteſt dici,quòd filius non priuatur, ſed agnati ſic.ſed huic ſolutioni videtur obſtare quia propter delictũ vaſalli potius legitimi priuãtur, quàm agnati.capitulo ſi vaſallus.ſi de feudo fuerit controuerſia. & capitulo primo, ſi vaſallus feudo priuetur cui defer.Solutio,poteſt dici hoc verum:quia non valet hæc ſolutio. Aduerte tamen quia ex illo §.finali rectè probatur quòd non tantum feudum paternum poterat inter agnatos alienari ſine domini conſenſu. de alienatione feudi paterni.capitulo primo. verum etiam nouum, dum dicit diuiſit. Eſt enim diuiſio, ſpecies alienationis:vt l.ſi pupillorum.ff.de rebus eorum. Tertio ad idem adduco textum in capitulo primo, circa finem,qualiter olim feudum alienari poterat.capitulo pri
36 mo de vaſallis qui bellic.arma vendiderunt.nam facta † alienatione proximus agnatus prefertur in redimendo & prohibendo,ſi feudum eſt paternum.& gloſſa hoc modo arguit in capitulo primo.§. hoc quoque. de ſucceſsione feudi. Solutio:poteſt dici quod agnatus ita demum præfertur domino in redimendo quando licitè alienauit feudum.nam cum non fecerit aliquid contra perſonam domini, meritò præfertur dominus illo caſu in redimendo. ãt in caſu noſtro videtur delinquere contra perſonam domini: ergo dominus præfertur. dicto capitulo primo.§. finali.quæ fuit prima cauſa beneficij amittẽdi.Iſta ſolutio non videtur vera quia contra textum in §.porro.vbi dicit de bona,ſiue de praua conſuetudine,& ſic ſiue licitè, ſiue illicitè alienatio facta fuerit.Sed poteſt reſponderi quod licet eſſet praua conſuetudo,tamen alienationem permittebat vt ibi declarat etiam Baldus,pro quo facit quia dominus redimens,ſoluit pretium.quod non eſt quando eſt prohibita.in capitulo primo.§. primo. de prohibita alienatione feudi per Federicum. & voluit in dicto § porro. Iacobus de Beluiſio. Quartò adduco ſubtiliter dictum capitulum primum.§.finali.quæ fuit prima cauſa beneficij amittẽdi.& de eo qui contra conſtitutionem Lotharij feudum alienauit. nam textus ibi dicit,quod ſi vaſallus contra conſtitutionem bonæ memoriæ Lotharij beneficium alienauerit,quia dominum contemneret ad dominum beneficium pertineat. Modo ſic conſtitutio Lotharij & Federici quæ eodem caſu loqui videtur,videtur loqui eo caſu quo alienans non habet agnatos. probatur nã ibi requiritur ſolus conſenſus domini,vt alienatio teneat & ſic innuit, quòd ſi dominus conſenſit,quòd teneret. ſed hoc eſt falſum.vt in capitulo de alienatione feudi paterni. ergo non obſtat quod illæ conſtitutiones ſint nouiſsimæ & correctoriæ.quia reſpondeo, quòd lex noua & corrigens nõ debet extendi,niſi inquantum expreſsè dicat. Imo conſtitutio noua debet intelligi ſecundum legem antiquam.vt lege,ſciendum.qui ſatisdar.cogan.& authentica offeratur.C.de litis conteſta. Et ibi nota.Stat ergo concluſio,quòd ſi agnati ſuperſunt,illi admittuntur.cum eo caſu tantum admittatur dominus,quando contra conſtitutionem Lotharij fuit facta.Solutio,poteſt dici quòd iſte §.eo caſu loquitur,quo alienatio facta fuit contra conſtitutionem Lotharij.cùm dicis ergo ſi haberet agnatos ad eos deueniret,nego:quia hoc non dicit ille textus:quia illud non ſequitur.,& illud probat à contrario ſenſu.quia hoc caſu colligi non debet,per id quod habetur in dicto §.denique. argumen.l.ſecundæ.C.de condictio.inſer.in capitulo primo,de æta.& quali.libro ſexto. cum ſimil. Quintò opponitur ad idem,quòd agnati domino præferantur. opponitur de capitulo primo,§ hoc quoque.de ſucceſſione feu. vbi alienatione facta in extraneum,vel in filiã, quæ extranea reputatur.quod ad ſucceſsionem feudi filius,& deſcẽdentes,vel agnati admittuntur.& ibidem eſt gloſſa ordinaria,& magiſtra,quam ibi ſequitur Iacobus de Belui. quòd etiam hodie agnati præferuntur domino & ſic illa gloſſa rectè in terminis decidit dubium noſtrum. Et ideò neceſſario erit dicere,quòd illa non probetur iure:vide tamen ibi omnino Baldũ,ex cuius dictis poterõt pro & contra multa colligi.Solutio,ibi facta fuit alienatio partis feudi:quæ illo iure erat permiſſa.vt not.ibi.ergo dominus nõ admittitur.ſecus ſi fuiſſet facta alienatio totius feudi, quia tunc hoc non videtur permiſſum:imò perſona domini videtur offendi.capitulo primo.§.finali.quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi.Et iſtud patet ex eo:quia non reuocatur, niſi poſt mortem, hodie ſecus. poſſet etiam dici, q̃ ille totus textus intelligitur, quando dominus conſenſit. ideò ipſe non admittitur.nam clarum eſt, quod in ſecũdo reſponſo,quod legitur de inueſtitura filiæ, ipſe conſenſit, quia inueſtiuit.ideò &c. Sextò ad idem opponitur de capitulo Titius filios. ſi controuerſia fuerit inter dominum & vaſallũ.vbi alienatio facta &c. Solutio,diuerſis modis poteſt ille textus intelligi & dico quòd ibi legitimè fuit facta alienatio. ideò dominus non admittitur, ſed reuocatur demum poſt mortem. Sed contra iſtam ſolutionẽ faciunt duo. Primò quòd ſi fuiſſet legitimè facta, deberet emptori reſtitui pretiũ.vt in capitulo primo § porrò. qualiter olim feudum alienari poterat. Secundò quia ſi habet filios, etiam in vita reuocatur. iſtud vltimum modicum obſtat,quia in caſu noſtri thematis non erant liberi:poteſt ergo tuti⁹ dici,q̃ ibi fuit facta alienatio agnato,hîc extraneo,& ſi extraneo poſt mortẽ nõ reſtituit, qa videtur ſibi cõpenſaſſe pretiũ cum fructibus. Septimò opponitur ad idem quòd dominus non admittatur nam præſuppoſito quòd alienatione facta in extraneum dominus admittatur,tamen hoc ſimpliciter non eſt verum vt in capitulo, ſi vaſallus feudum.ſi vaſallus ſeruitium domini.non offera. & capitulo primo,de controuerſia inter dominum & emptorem.vbi diſtinguit an ignorans,vel ſciens alienaret: quia ſi ignorauit,non priuatur feudo. Sed hoc non dicitur in themate,quòd vaſallus ſciuerit:ergo & ignorantia poteſt credere cùm præſupponatur paternũ: quia ab alio originem habet,& in alieno facto, &c.lege finali.ff.pro ſuo. Et ſic poteſt opponi,quòd dubium non procedat,in quo quæritur,quis admittatur dominus,vel agnati: quia neuter admittitur,ſed ſolùm ipſe vaſallus:vt in dictis iuribus: ſed poteſt reſponderi,quòd illud procedit,quando vaſallus ſuperuiuit,hic verò mortuus eſt.Præterea eo ipſo quod quæritur,quis admittatur,præſupponitur ſcientia.vt patet ad ſenſum.Solutio,poteſt dici quod verba poſita in themate tollunt contrarium,nam dicitur quod paternum feudum alienauit:& ſic videtur in contractu dixiſſe quod illud feudum erat paternum. Præterea illud non eſt dubiũ noſtrũ,quia quęrim⁹ quis admittatur, an dñs vel agnati.& in propoſito, nullũ iſtorum admitteretur. Octauò opponitur ad idem.nam licet ſciuerit paternum,fortè

ignorauit

ignorauit ius, & fortè erat talis persona, cui licebat ignorare, puta & minor & miles. vt lege, regula. ff. de juris & facti ignorantia. Solutio, thema nostrum soluit contrarium nam in eo quæritur, an si alienauit sine consensu agnatorum teneat, quasi innuat q; si consensisset, teneret alienatio quod nõ esset, si esset minor: quia tutorum authoritas exigeretur. Præterea illud non est dubium nostrum: quia si ius ignoraret, nec dominus, nec agnati admitterentur: sed ipse vasallus: vt dictis iurib⁹, dic vt suprà proximè. Præterea illa iura superius allegata loquuntur in ignorantia facti, non iuris: vt patet ex eis. Nonò probatur sic: nam vbicunque iura dicunt, facta alienatione dominum admitti, videtur dicendum agnatos non superesse ipsius vasalli. nã textus, in capitulo primo. quid iu. si post alienationem feu. dominus id recuparaue. dicit quòd facta alienatione consensu domini, si vasallus domino renuntiet, permanet alienatio, quod non esset, si haberet agnatos. capitulo primo. de alienatione feudi paterni. Solutio, fateor quòd ibi non habebat agnatos. sed si haberet, & alienaretur sine consensu domini & agnatorum, non videtur decisum quis admittatur. Præterea colligitur à contrario vt suprà dixi. Opponitur de capitulo primo, in fine, quibus modis feudum amittatur. & capitulo secundo, apud quem, vel quos controuersia finiri debet. Solutio, ibi loquitur secundum iura antiquissima: dixi in alia parte. Ad idẽ opponitur de cap. j. de milit. vasallo qui arma bellic. vẽd. vbi dñs vel agnati admittũtur. Sol. si habet agnatos ipsi admittũtur, aliàs dñs. Oppo. alienatio feudi esse videtur ꝓhibita fauore agnatorũ & familiæ. allegat Bal. qđ habetur in l. j. §. penul. de vent. inspicien. melius facit c. j. de aliena. feudi paterni. ergo ipsi debent admitti & non dominus. argumentum legis, quod fauore. C. de legibus. cũ similibus. & istud voluit Bald. in d. §. hoc quoque. ex cui⁹ dictis, etiã alia argumẽta formari poterũt. Solu. istud nõ apparet, imo cõtrariũ apparere videtur ex princip. legis primę. de prohi. alien. feud. per Fed. quia in fauorem dominorum. & istud argumentũ melius formaretur ad contrariã partem. Opponitur sic si dñs admittitur, & agnati excluduntur facta alienatione in extraneũ de facili poterit fraudare vasall⁹ omnes agnatos, & eos priuare feudo paterno, quod est inconueniens & absurdum argumentum legis, filiæ meæ egrę. ff. soluto matrimonio. de cuius vitio emanauit, secundum Baldum, capitulũ secundum de rei iudicata. lib. vj. & contra mentem capituli primi cum simil. si vasallus feud. priuetur. Solutio, nota vt vt dicit Bal. in c. j. §. porrò. qualiter olim feud. aliena. pot. vbi videtur firmare partem, q; dominus ex cuius solutione debet formari solenne argum. cui oportebit responderi per §. denique. cum similibus. vbi etiam dictam cautelam ponit ex cuius etiam dictis argu. formari poterunt.

1 ☞ *Vasallus si alienet feudum id extraneum quis admittatur ad aduocandum an dominus an agnati.*

2 *Alienans feudum in extraneum domino irrequisito, dicitur contemnere dominum.*

3 *Alienans partem feudi, uel aliter in parte dominum offendens, an perdat totum.*

4 *Inuestitura de feudo non petita intra annum & diem, uidetur uasallus contemnere dominum & sic admittitur dominus.*

1 AD tertium dubiũ descendo, in quo quæritur. An si † vasallus alienet in extraneum, quis admittatur ad aduocandũ an dominus vel agnati. Et q; dominus præferatur agnatis hoc casu videtur textus apertus in c. j. §. denique. quæ fuerit prima causa beneficij amittendi. & c. j. de eo qui interfecit fratrẽ domini sui feud. amitt. nam ibi notabilis distinctio traditur. nam ibi dicitur q; si quidem delictum commissum per vasallũ concernit personã domini: vt habeat iniuriæ vltionem feudũ reuertitur ad dominum aliàs secus. sed quod hoc casu, videlicet alienando peccauerit in dominum, videtur textus in dicto c. j. §. si vasallus. qui est § fi. quæ fuit prima causa beneficij

2 amitt. nam qui † alienat feudũ in extraneum domino irrequisito, dicitur dominum contẽnere, vt ibi dixi, probatur in c. si quis miles. de feudo sine culpa nõ amittendo. si dormit cũ vxore aliena: sed si contẽnit dominum satis videtur in dominum peccare: ergo dñs præfertur. probatur etiã in c. j. §. præterea. de capitulis Corradi. vbi dñs omnes alienationes aduocat. Sol. potest dici q; in § si vasallus. ideò ad dñm redit, quia feudum erat nouum. & sic agnati non admittuntur. ita glossa tenet in capitulo primo, si vasallus serui. domi. non offer. Adde etiam pro responsione ad illum textũ omnino glos. in c. j. § hoc quoque. de succesio feud. quia rationẽ ponit. Sed huic solutioni videtur obstare tex. in d. c. j. §. denique. in fine, ibi si tamẽ beneficium fuerit paternum. Et cùm sequitur §. si vasallus. videtur quod eodẽ casu loquatur sed cùm ibi sit §. nõ seqtur. qa alio casu loqtur: patet in d. c. sed si cui⁹ natura est vt superiorib⁹ aduersetur, in iure & in facto. iuxta not. in l. ij. §. sed & forti⁹. ne qs eũ qui in ius voca. & sic in præcedẽti loquitur. quãdo erat paternũ, ibi verò quãdo erat nouũ. vel dic secundò qđ non obstat. & probo sic: dicit §. si vasallus. quid si alienet cõtra constitutionem Lotharij &c. q; ad dñm redit modò sic constitutio Lotharij loquitur quando nullos agnatos habet alienans, quod probo. Illa constitutio Lotharij est corrigens, quare non debet extendi, nisi quatenus expressè loquitur: sed ibi dicit textus q; non potest distrahi feudum, sine consensu domini, &c. sequitur ergo à contrario, q; si dñs consentiret tenere. sed hoc esset falsum, si haberet alienans agnatos: vt in c. j. de alienatione feudi paterni. ergo debet intelligi eo casu, quo feudum est nouum, vel paternũ. sed agnati non supersunt. ergo ille §. si vasallus. non obstat. Et q; ibi non extabãt agnati, probatur: quia ibi erat propriè contentio inter dñm, & filios vasalli alienantis: patet in princ. dum dicit, an ad successores eiusdem qui propriè sunt filij Item patet ibi, ad proximos. quia filius dicitur proximus, lege filius. ff de suis & legi. & pro hoc facit textus cum ratione sui, in c. j. si vasall. feu. priuetur, cui defer. dicam ergo si vasallus alienans habet filios & non agnatos, q; tunc videtur contẽnere dñm, & feudum reuertitur ad ipsum exclusis filijs. & hoc erat materia dubitandi in illo §. & decidit ibi, aut vasallus alienans habebat agnatos, & nõ filios, & loquitur thema nostrũ cui ille text. non obstat. vel secundò potest dici, q; ille textus tanquam anterior corrigitur per textum tanquam posteriorem. in c. Titius. de feud. fil. da. vbi in reuocatione feudi alienatio nulla fit mentio de domino, sed solum de agnatis. & hanc solutionem videtur tenere Iaco. de Bel. in d. §. denique. & erit ista generalis solutio ad omnes textus maximè anteriores qui in contrarium possent adduci, præcedens nõ tuta per textũ ibi. si paternũ. nã si cõtentio erat solũ inter dominos, & filios, quare cũ ministerio dicetur paternũ: dic quia tũc quasi non habeatur ex persona ipsius patris delinquentis non præiudicetur sibi arg. l. iij. de interdict. & releg. sed nõ valet per capi. primũ. si vasal. feudo priue. cui defer. nã ibi delictũ nõ respicit dominum: quia aliàs agnati priuarẽtur. sed fortè verisimile est. Item cõtra secundam solutionẽ facit ratio posita in §. si vasallus. quia ibi dicit, quia dominũ cõtẽnit: quæ ratio videtur habere locum etiã si agnati supersũt. Solutio, potest dici quòd cùm hic sit odiosum & rigorosum, nõ debet extendi vltra casum suum. nã habeo expressum quòd vasallo delinquẽte, agnati admittuntur. d. c. si vasallus. Præterea ista contentio ibi ponderatur in odiũ mentis: quia pretio & feudo caret. Ad c. j. §. præterea. de capi. Corra. dic q; loquitur quãdo non habebat agnatos. Et patet hic ibi ratio dubitãdi erat prescriptio, vt dicit litera. & sic de agnatis nulla fuit ibi dubitatio. sed secundũ hoc §. si vasallus non habebit dubiũ contra legẽ, quod Labeo. de Carbo edict. Solutio, si iste fuisset iurisconsultus posset fateri. sed fuit Obertus & Girardus &c. præterea decidit illum pretio, & feudo carere. imò erat dubiũ in alienatione quia filius priuabitur. vel dic & erit ista colorata solutio,

Source : BIU Cujas

& generalis ad omnia ſimilia iurā. quod ibi loquitur in quantū dominus admittitur ad reuocādū in vita vaſalli: quia eoipſo quod vaſallus alienat extraneo dñs reuocat & retinebit donec vaſallus viuit: ſed poſt mortem redibit ad agnatos. quia vaſallus nō potuit toti generi preiudicare alienando, vel aliter delinquēdo, ſed ſibi ſoli. & ita ꝓ priē loquitur ille tex. nos autē quērimus poſt mortē. & hęc ſolutio colligitur ex his quæ tangit Saly. in d. §. denique circa principiū. vbi etiam tangit, ꝙ tenendo ꝙ dñs indiſtincte admittatur, eſſet iniquiſsimū, quia daret materiā delinquendi. vt ſubtiliter ipſe ibi declarat. quē vide & pondera etiā in fine. quia ſequitur opi. Iac. de Bel. quā in alijs locis non ſequitur. Ad idē ſecundo oppo. d. c. j §. fi. quibus modis feudū amittatur, nā vt ibi aliqua dubitatio ſit ſecundū gloſſam oportet intelligi illū §. quod loquitur eo caſu quo frater accepit feudum cum fratre, cū hoc quod alter alteri ſuccedat: & tamē ſi alienans moritur, ad dñm reuertitur. Ille tamen cōmunis caſus aliter procedere nō pōt. vt ibi in Bal. Solutio, pōt dici ꝙ illa eſt dominatio. nā cum cōtra naturā feudi ſit, quod cū fratre accepit feudū, alter alteri ſuccedat. §. ſi autē vnus. qui feudum dare poſſunt. & nō præſumitur appoſitū illud pactū. textus eſt ſingularis in c. j. in fine. quid ſit inueſtitura. vel dic quod ibi nō habebat agnatos, ſed non valet: quia appellatione hæredis, agnati tantū continentur. §. ſed ſi clientulus. de alie. feudi. Ideo dic quod ibi erat feudū nouū. Ex hoc tenet etiam ibi Iacobus de Bel. & ſatis patet ex litera quæ dicit ꝙ vnus inueſtiturā accepit, poſſet etiā dici, ꝙ ibi loquitur ſecundum iura antiqua. ſecundū quę licitū erat alienare partē. Sed vltra partē nō: ſi tamen alienabatur non reuocabatur niſi poſt mortē, hodie ſecus, vt dicunt iura noua. & erit iſta etiā generalis ſolutio. poſſet etiā ſpecialiter ad illū textū dici ꝙ ideo ibi frater excluditur: quia in diuiſione feudi renuntiauerat, iuxta id quod habetur in ſimili, in l. j. de pactis. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. obli. & in c. treſ erant agnati. Prætereà illud c. j. §. fi. quibus modis feudum amittatur. potius videtur probare contra: nam ibi alienauit vltra dimidiā. & tamē textus ibi dicit ſi moriatur ſine legitimo hærede, quod feudū ad dñm reuertitur: ſic ergo ille §. videtur dare intellectū dicto §. denique. quæ fuit prima cauſa bene ficij amittendi. nā debet intelligi quando ſine legitimo hęrede deceſsit, quod verbū legitimo, quomodo exponatur: habes in c. j. §. & ſi clientulus. de alienatione feudi. Et ſi dicis quid inducit ille §. dic qa dñs habebit & feudū & pretiū eo caſu quo nō ſuperſunt legitimi hæredes, vel ad quos poſsit deuolui feudum. Prætereà abſurdū videtur vt magis puniantur ſucceſſores propter alienationē, quàm propter crimen parricidij cōmiſſum per vaſallū. quo caſu ipſe vaſallus & deſcēdentes puniūtur tantū, nō agnati. d. §. deniq;.

Ad idem opponitur de capitu. primo, de capitulis Corradi. vbi dominꝰ omnes alienationes aduocat. Solutio, ibi loquitur in feudo nouo. vel ſi loquitur in paterno, non habebat agnatos. & vt ſuprà dixi, ille textus non intendit diſputare quis admittatur, ſed ſolùm eo caſu quo dominꝰ admittitur an obſtat ſibi præſcriptio, vel non.

Ad idē opponitur quòd dominus admittatur, non agnati. de capi. primo. de eo q cōtra conſtitu. Lotha. feud. aliena. vbi videtur regula dari, quod alienatione facta, dominus admittatur. Solutio. poteſt dici quod ibi nō habuit agnatos, & loquitur eo caſu, quo loquitur capitulum primum §. finali. quæ fuit prima cauſa benefi. amitt. vnde eadē ſolutio poteſt dari pro hac gloſſa in capitulo primo, §. primo, de ſucceſſ. feud. Et principalis dubitatio illius capituli erat, an ille qui † alienat partem, vel alienat in parte dominum offendit, perdat totum. & dicitur quod non. eſt tamen hodie innouatum ſecundum cōmunem opinionē: quia alienans hodie partem perdit. & ſic poſſet etiam dici in totum correctus.

Ad idem adducitur capitulum primū, de controuerſia inter dominum, & emptorem. in fine. ibi enim nō intendit principaliter decidere, quis præferatur, an dominus, vel agnati. Sed dicit quod eo caſu quo dominꝰ quid iuris ſi erat ignorans &c. & patet in illo verſiculo, & quid dicitur &c. quaſi referens ſe ad alia iura iſtud dicentia & ſic ille tex. nil de hoc decidit.

Ad idē adducitur, quia alienatione facta, dominus admittatur per textum in capitulo primo, de controuerſia inter dominum & emptorem. in fine. vbi dicitur dominū admitti. Solutio, ibi non erat paternum, vel non habebat agnatos. vel dic quod non facit: ibi non erat contentio inter dñm & agnatū, per dominū & vaſallum, & ſit differentia quis præferatur eo caſu, quo ignoranter alienauerit.

Ad idem adducitur capitulum primum, quid iu. ſit, ſi poſt alienationem feud. recupe. vbi domino per alienationem feudum aperitur. Solutio, vt ſupra. Et ille textus apertè decidit non à contrario ſenſu, quod tam ille textus quā ille Lotharij & Federici loquuntur, quando alienans non habebat agnatos. patet, quia tenet alienatio de cōſenſu domini, quod nō eſſet, ſi haberet agnatos. & eſt ſæpiſsime dictum.

Ad idem eſt capitulum primum. §. prætereà. de alienatione feud. per Federicum: vbi dominus admittitur † non petita inueſtitura per annū & diem. Solutio, vt ſupra: quia ibi nō habebat agnatos, videtur gloſſa ſentire in capitulo, imperialem. in verbo alienare, ſecundum Baldum. eodem tit. Item in dicto capitulo primo, nil dicitur de alienatione: & ratio diuerſitatis patet: quia non petendo inueſtituram, contemnit dominum. & ideo quia offenſa ipſum reſpicit, dominus admittitur. iuxta regulam §. deniq;. 4

Ad idē c. j. §. & ſi clientulus. de aliena. feud. vbi ad dñm redit. Solutio, ibi alienatio eſt permiſſa, & durat in vita alienantis hic prohibita. ideò ſtatim poteſt reuocari. ideò nō facit. Prætereà loqtur in feudo nouo, quod ꝓbatur ex duob⁹. Primò ex rubrica. Secūdò quod ſi fit cum volūtate dñi, nullo modo pōt reuocari: ergo &c. in c. j. de alie. feud. paterni.

Ad idē capit. ſi quis miles. de benefi. fratris. aliàs de feu. ſine culp. nō amit. maxime cùm videatur æquiparare, ſi cō cubuerit cū vxore alienationi. Solutio. ibi non habebat agnatos, vel erat feudum nouū. patet ibi in verbo, ſine iuſſu domini &c. coniunctis his quæ ſupra dixi. & hoc tenet etiam ibi Rayne. apoſtillando illam literam.

Opponitur de his quæ habentur in c. j. §. aut ſi libellario. ibi & his omnibus caſibus, quibus modis feud. amitt. Solui poteſt multis modis prout colligitur ex his quæ notat Bal. ibi, quē vide & poterūt ſolutiones generales colligi ad omnes textus ſimpliciter loquentes. pōt etiā vltra illas dari alia ſolutio. videlicet ꝙ ille verſiculus, & his omnibus. non referatur ad omnia precedentia, prout etiam nota. gl. ibi in verſic. Item ſi fratrem. & etiam Iacobus de Belui.

Opponitur de his quæ habentur in textu. in c. j. §. penul. & ſi. quibus modis feud. amitt. Solutio, ibi loquitur in feudo qđ erat in curte, vel diſtrictu domini. & ideò ad ipſum reuertitur. ar. c. j. §. ſi quis de manſo. de contro. inueſtitu. hic verò in feudo dñs nihil ſibi reſeruauerat, nec erat in curte, vel diſtrictu. loqtur etiā in nouo. patet in verbo, ſine domini voluntate.

Opponitur de textu in c. j. §. j. apud quē, vel quos ibi aperitur dño facta alienatione &c. Solutio duobus modis. Primò ꝙ ibi loquitur ſm tempora antiqua, ſecundum quæ licitū erat alienari, patet quia nō reuocatur, niſi vaſallo alienante mortuo ſine hærede maſculo. Si ergo ipſe, vel alius moriatur cū filio maſculo nō reuocatur. hic ſecus hodie, ſe cūdū quod loquitur iſtud thema. & quatenus ibi dicit, totū, vel partē exponit. Iac. de Bel. vel id eſt partē. Tu poſſes etiā dicere loqui ſm antiquiſsima, ſecundū quæ etiā totū poterat alienari. Secundò pōt dici, ex quo ille textus ꝓbat quod filij præferūtur dño, ergo agnati, & multò magis ſi haberet. ar. c. j. ſi vaſallus feudo priuetur. cōiuncto d. §. deniq;. & ſic ille textus poſſet adduci in contrarium.

Opponitur de textu ad literam, c. j. §. callidis. de prohi. feudi aliena. per Fede. vbi liberè tranſit ad dñm. Solutio, ibi erat feudum nouum. & hoc expreſsè firmat ibi Iacobus de Bel. hic paternū. Item ibi quando interueniebat diſ-

ſimulatio

Source : BIU Cujas

ſimulatio contractus. & hoc eſt quod ibi propriè punitur quaſi illa deceptio ſit illa, quæ contemnit dominũ, vt ibi patet, vel dic non habebat agnatos. & has duas ſolutiones ponit gloſſa in c.j.§.hoc quoque.de ſucceſsione feud.

Opponitur. & quæritur hic quis admittatur ad reuocãdum. quod verbum præſupponit contractũ valere.l.x.cum ſimili. de ver.obligationibus. ſed hoc eſt falſum: ergo &c. Solutio, patet ex his quæ notat Bal.in d.§.callidis. & in d.§.aut ſi libellario. poſſet etiã referri ad factũ l.j.ff.de ferijs. nã Baldus fatetur ℔ ſi ſimpleciter vendidiſſet, non priuaretur, ſed thema noſtrum dicit, ℔ alienauit cuius ſignificatio ꝓpria eſt facta traditione. l alienatũ. de verborũ ſignificationibus. Ideò poteſt reuocari, ſicut de facto proceſſit.

Opponitur. videtur ℔ dominus admittatur ex eo quia agnati poterunt reſiſtere, & alienationẽ impedire per cautelam quam eis dat Bal.in d.c.j.§ denique. quę fu. prima cauſa benefi. amit. per l.ſi quis ſciens. de contrahen. empr. C. de rei vendica. l.ſi feudum. per l.finalem. ff. de l. cõmiſ. cum ſi. ergo &c. vt in regula damnum quod quis ſua culpa, &c. Solutio, patebit ex his quæ ipſe ibi dicit. quia dato ℔ de cautela ſit illud facere non tamen probatur ℔ ſi nõ fecerint, ſibi præiudicauerint. ℔ ſciebant ius ſuum vbique durare l.ſicut.§.quod ne. ff. de diſtractio. Prætereà in themate dicitur, ſine eorum conſenſu &c. & ſic ſciuit quod ignorauerunt & pondera, quia Bald. ibi videtur ſequi Iac. de Bel. & diſtinctionẽ videlicet Iacobi docto. Veronen.

Diſputata fuit ſupra quæſtio per clariſsimum I.V. docto. do. Ioan. de Anania doctorẽ & canonicum Bononienſem mirabilis ſcientiæ & timoratæ cõſciẽtiæ in frequẽti ſtudio Bononienſi. Et ad vtranque partem dubiorum reſpondit peritiſsimus legum ſcholaris dñs Secundinus de natis ciuis Aſten. in qua familia ſemper floruerunt acutiſsima ingenia. vt videmus in domino Georgio de natis, qui fuit cõcurrens Felyn. vt ipſe refert in clementi. ſæpè. in princi. in colla. lxiij. de verborũ ſignificationibus. te domino Henrieto nata eius genitore. à domino Alberto nata eius auo paterno, qui propter eius mirabilẽ doctrinam vocabatur: El ſauio: de quibus etiam mentionem facit idem dominus Georgius in ſua repetitione capituli, quamuis de pactis. lib.vj. & adhuc plures de illa familia exiſtunt viri, & mulieres acutiſsimi ingenij: ſcaturierũtque inter cæteros duo maximæ ſpei I.V. doctores ex domino Secundino. nata iuniore habita fuit ſupra diſputatio ex curioſa bibliotheca Domini Ioannis Neuizani, doctoris Aſten.

1 ☞ *Regalia quæ ſint, in rubrica.*
2 *Territorium quid eſt.*
3 *Diſtrictus, quid ſit.*

Quæ ſint regalia. Rub.

1 †Id eſt res & iura præcipua Regis, vel Imperij, ſeu fiſci Romanorũ, vel cuiuſcũque Regis, q in regno ſuo eſt monarcha, licet imperatore minor ambitu circuli. ſicut ſcaffa eſt minor nauj. vt ff. de euic. l. ſcaffam. & l. vlti. ff. de fun. inſtru. eſt enim princeps equidẽ dñs ſui territorij & maris ſui
2 ſubiecti. † Porrò territorij nõ eſt aliud quã terræ ſpatiũ minutũ & armatũ iuriſdictione. In mari autẽ nõ dicitur territorium, niſi forte habito reſpectu ad alueũ maris. † Sed di-
3 citur diſtrictus i. aquæ ſpatiũ, ſeu latitudo ſimiliter munita iuriſdictione, & imperio: vt c. vbi periculum. de elec. in vj. Dicamus ergo de iſtis regalibus ſecundũ ordinem literæ.

1 ☞ *Pedagium ſoluitur pro ſecuritate itineris.*
2 *Pedagium colligendi ius, an licitè ematur.*
Pedagia fraudare, an ſit licitum in conſcientia.
3 *Conſuetudo tanto tempore præſcripta, cuius initij non extat memoria, habet uim priuilegij.*
4 *An autem per talem conſuetudinem acquiratur ius ipſi territorio.*
5 *Archimiam facere, an ſit licitum.*
6 *Collectas ſoluere, qui teneantur.*
7 *Quid de pedagio.*
8 *Papa ſi creat Regem quæ ſibi acquirantur.*
9 *Iuriſdictiones, an uendi poſſint.*

REgalia. No. ergo ℔ regalia ad Regem pertinent, ita quòd non ad alium, niſi ex regia conceſsione, vel largitate pertinent infraſcripta. videlicet archimandia, quod eſt nomen gabellarum. vel licentia faciendi arma, vel quædam militia quæſtuaria reſeruata Imperatori, vel authoritas, puta faciendi admiraglium in mari, vel in terra ducem exercitus, vel aliquid quod à ſolo Imperatore conſueuit concedi. argu. ff. de his qui not. infa. l. Athletas. §. deſignatores. Item viæ publicę dicuntur regalia. & quæ dicantur viæ publicæ, & quæ priuatæ, habetur ff. ne quid in loco publico. l.ij.§. prætor. Item omnes portus ad Regem pertinent. Et quis dicatur portus, habetur ff. de ver. ſig. l. portꝰ. Item omnia flumina nauigabilia, & alia ex quibus nauigabilia fiunt. ff. de flu. l. quominus. Et hoc ponit An. de Iſer. de molendinis & vſu aquę per medium prædiorum meorum in flumine nauigabili decurrentis, & recitat opinionem communem. & remittit ad Roff. in ti. ne quid in flumine publico, ripáue eius fiat. §. fi. Itẽ ripæ fluminũ publicorum. i. ripatica quæ ſoluunt tranſeũtes per nauiculam de ripa ad ripam, vbi eſt de conſuetudine. Quid de alueis fluminũ publicorum. Quidam dicunt quòd aqua eſt communis: alueus verò non. dic, vt no. Cyn. ff de rerũ diui. lege
a quædã. in lectu. a † Extrà no. ℔ pedagiũ pro ſecuritate præ
1 ſtatur. vnde qui ſoluit pedagiũ, nõ poteſt capi pro repreſalijs. dicit Odof. C. ne filius pro pa. in auth. habita. vbi omni
b no vide. Odof. b † Quæritur vtrũ illi qui emũt à cõmuni
2 tatibus terrarum Tuſciæ & Lombardiæ ius colligendi pedagia poſsint licitè emere, & vtrum ſit dolus malus ea fraudare c ita ℔ in foro cõſciẽtiæ & verę iuſtitiæ teneãtur fraudãtes. Forũ enim conſciẽtię & veræ iuſtitiæ idem eſſe arbitror. & videtur ℔ taliũ vectigaliũ & ſimiliũ interdictũ ſit cõmerciũ: quia ſunt Cæſaris vt hic & tam illi qui emunt quàm qui vendunt ſunt malæfidei exactores, & furtũ committunt: quia à tranſeuntibus rem alienam intercipiunt, quod nemo poteſt niſi princeps. nam vt hic dicitur. regalia ſunt. ſol. dicendũ eſt ℔ quædã ſunt ciuitates, quæ hoc habent ex priuilegio, & tunc poſſunt vti, ſed nõ abuti priuilegio. quædã habent vt quidã aſſerunt ex pace Conſtan-
3 tiæ, & idem ſecundum Ia. But. † Quædam nituntur ex prę ſcriptione ſeu ꝓpriè loquẽdo, ex cõſuetudine. & tũc aut eſt præſcripta tãto tẽpore, ℔ eius cõtrarij memoria hominũ non exiſtit. & idem quia talis conſuetudo æqparatur priuilegio conceſſo à principe ex certa ſcientia. vt extrà, de verbo. ſign. ſuper quibus. §. prætereà. & no. in Spec. de cauſa poſ. & propric. §. quia vero. ver. quid de colligentibus pedagium. aut eſt conſuetudo minoris temporis. & non ſufficit: tum quia via publica non præſcribitur, tum quia talis conſuetudo à lege damnatur: vt ſ. de pace iuramen. fir. §. illicitas. tum quia non habet cauſam continuam. nã nõ ſemper homines tranſeunt q pedagiũ ſoluant. arg. ff. de ſerui. vrb. prædio. l. foramẽ. Sed Bar. dicit ℔ aut præſcribitur contra aliquẽ, qui habet ius colligendi, & tunc præſcribitur longiſsimo tẽpore, tamen requiritur eius ſciẽtia, ſicut in ſeruitutibus. vt C. de ſerui. & aqua. l.ij. dicit Inno. ℔ conſuetudo non præſcribitur, niſi contra ſcientẽ: quia ex tacito conſenſu prouenit. de ver. ſig. c. abbate. & ibi in nouel. aut præſcribitur ſolummodò cõtra trãſeuntes, & tunc requiritur tantũ tẽpus, cuius cõtrarij memoria non exiſtat & etiam ℔ ſciat Imperator, vel eius locũ tenens: vt ipſe no. ff. de plublica. l. ſi publicanus. §. fi. ℔ non placet, quia non obſtat per dictum §. illicitas. Imperatorẽ ſcire iſtos abuſus & quia non præſcribitur contra Cęſareã poteſtatem: vt C. de præſcri. xxx. an. l. cõperit. ſed contra priuatorũ libertatem & vtilitatẽ & ideo cũ nõ tangat principem, eius ſpecialis ſcientia non requiritur per ea quæ no. Inn. de offi. or. c. cõquerẽte. de hoc p̃. Cy. & Iac. Bu. C. noua vectigalia. l.j. &ij. & dixi. C. de iure aur. an. in l.j. Et no. mirabiliter ℔

Source : BIU Cujas

ex eo quod princeps dãnat aliquid, videtur habere quãdã ſcientiã in genere quod contra eius deuetũ fiat. Item quòd ex tali deueto non impeditur præſcriptio, tanti temporis, cuius initij memoria nõ exiſtit, quia talis præſcriptio æq paratur priuilegio. d. c. ſuper quibuſdã. § præterea. nec põt dici principem ignorare, cum ſciat per ſe, vel aliũ vel etiã
4 in genere. vt infrà dicã. † Sed quæro, vtrum per iſtam conſuetudinem, vel præſcriptionem acquiratur ius ipſi ſolo ſiue territorio: an ſolummodò perſonæ, puta Comiti præſcribenti tale ius paſſagij. & videtur q̃ iſta præſcriptio ſit perſonalis: vt ff. de ſerui. ruſt. prædio. l. pecoris. dicas q̃ eſt realis, vnde tranſit cũ ſolo. & hoc apparet, quia non eſt reperire aliquam perſonam cum qua finiatur. Et no. quia diſtinctio Barto. bene eſt vera, inquantum diſtinguit quòd aut volo præſcribere ius iam formatũ in perſona alterius & præſcribo longiſsimo tempore. quod intellige, ſine ti. ſed cũ tituto ſufficeret præſcriptio longi temporis. vt C. de præſcrip. long. temp. l. fin. nam iſta præſcriptio non eſt iuri contraria: quia ius iam formatum, eſt & in ſe deductum. & vt ita dixerim de publico factum eſt priuatũ, nec requiritur ſcientia alterius, quàm illius quem præſcripſerat. Scientia enim tranſeuntrum ideò non requiritur, quia non dicitur contra eos propriè præſcribi cum non interſit eorum cui ſoluat. facit q̃ no. Inn extrà de maiori. & obe. inter quatuor. de reſti. ſpo. c. olim. el tertio. & d. c. conquerẽte. tamẽ etiã qa ſi præſcriberetur cõtra eos, præſcriberetur cõtra incertas perſonas. & ſic certa ſciẽtia impoſsibilis eſſet haberi. aut volo ius de nouo formare, & præſcribere cõtra libertatẽ trãſeũtiũ, & tũc requiritur tẽpus cuius cõtrarij memoria non exiſtat. non tamen oportet probare de certa ſcientia principis. quia tunc ipſum eſt certum ſcire, licet in confuſo & in genere: vt ſuprà dixi. Et not. quòd in primo caſu præſcribitur, quaſi confeſſoria contra quaſi confeſſoriam, ſed in caſu ſecundo præſcribitur quaſi cõfeſſoria contra negatoriam: quia contra dominos. & facilius eſt præſcribere contra confeſſoriam, quàm contra negatoriam. ff. de vſucap. l. ſequitur. §. ſi viam. & vide de negatoria quæ à tranſeuntibus intentatur. ff. de conditiou. &
d demonſtratio. l. quibus diebus in prin. per Accur. d † *Item*
5 *monetæ*. id eſt authoritas faciendi monetas publicas. An. de Iſer. quærit hîc de his qui faciũt alchimiã. & dicit q̃ ſi impẽditur tãtũ ꝓ tãto, & tale ꝓ tali, ſine aliqua falſificatione formæ, vel materiæ non punitur alchimiſta. quia eſt ars perſpicaci ingenio inuenta, & tanquam à philoſopho. Su
e per hoc etiam conſuluit dominus Old. e in conſilijs ſuis & loquitur Io. And. in addi. Spe. in rub. de crimine fal. Itẽ pœnæ maleficiorum fiſcalis ſunt regis. C de mo. mul. l. multarum. Item bona vacantia: vt C. de bo. va. l. j. lib. x. Itẽ turpia lucra quæ ab indignis extorquẽtur: vt ff. de inoffi. teſta. l. Papi. §. meminiſſe. Item bona contrahentium inceſtas nuptias. vt in authẽ. de inceſt. nup. in princip. & idẽ ſi cõtrahit inceſtũ ſine nuptijs: qa magis delinquitur. ar. in authẽ. de reſtit. & ea quæ parit. §. fina. Item bona omnia confiſcatorum, vt C. ad legem Iuliã de vi. leg. ſi tutoris ff. de capitis diminutione. l. tutelas. §. ſi libertate. Item omnes reditus plauſtrorum & nauigiorum qui rediguntur in publicum & quæcunque propter talem cauſam incidunt in commiſſum. vt ff. de publica. l. commiſſa. & ff. pro ſoc. l. cum duo-
6 bus. §. idem reſpondit. † Item collectæ ſiue ſint ordinariæ ſiue repentinæ. per Bart. in l. actor. in prin. ff. de re iud. & licet gl. dicat q̃ collecta eſt munus, quod imponitur perſonæ pro rebus: vt ff. de mu. & honor. l. reſcripto. §. fi. tamen And. de Iſer. dicit hic. q̃ ſi ſunt ordinariæ collationes, q̃ idẽ
f eſt dictũ, q̃ indictiones f quæ ſunt munus patrimoniale, & iſtud prodeſt ſcire propter id quod no. ibi Dy. ſ. vtrum ad eas ſoluendas teneantur non ſubditi qui ibi habent poſſeſſiones, nã ad munera patrimonialia omnes tenentur. C. de immu. ne. conce. lib. x. l. ſi. & vide quod no. in c. ſi peruenit. extrà de immu. eccle. in nouel. †
7 Sic ad ſoluendum paſſagium pro rebus tenerentur quicũque tranſeuntes. imò maximè colligũtur à non ſubditis. C. loca. l. pe. §. nauem. Item ad Regem pertinet poteſtas creandorum magiſtratuum. vt authen. de defenſoribus. ciui. nam omnis iuriſdictio & diſtrictus ad principem eſt, & omnes iudices à principe adminiſtrationem accipere debent, & iuramentum præſtare. quare à lege conſtitutum eſt, etiam poſt pacem conſtãtiæ. vt not. ſ. de pace iuramento fir. § iudices. in glo. quæ incipit. & ita not. Item omnes inſulæ principis ſunt vt ff. de iudi. l. inſulæ. ff. de publica. l. Cæſar. Item omnia palatia deputata in ciuitatibus pro iuſtitia exhibenda. Item omnia bona cõmittentiũ crimen læſæ maieſtatis. & reliqua hic in
8 tex. contenta. † Vltimo nota quòd ſi Papa facit aliquando Regem, omnia iſta quæruntur regi quaſi ſpecialiter conceſſa. Item licet omnes iuriſdictiones ſint regis tamen non
9 omnes iuriſdictiones ſunt meri imperij. † Et an iuriſdictiones poſſunt vẽdi. vide ff. de publica. l. conten. per Bartolum. & probatur hic q̃ non: quia principis ſunt, ergo vẽdi non poſſunt de iure Romano loquendo. arg. ff. de leg. ſ. apud Iul. §. fi. & ſ. de le. Corra. c. j. §. ex eadẽ lege. Similiter in terris eccleſiæ omnis iuriſdictio, & omnis diſtrictus eſt papæ & ab alio quàm papa emi vel concedi non poteſt. ff. quod vi aut clã. l. prohibere. §. plene. d. An. de Iſer. in iſto capitulo multũ extendit ſe, ſed quia nimis eſt prolixus in verbis potius quàm in ſententijs non curo occupare membranas. argu. C. de ap. ampliorem. §. in refutatorijs. & l. j. ff. quod met. cau. in. glo.

ADDITIONES.

2 In lect. Adde q̃ ille qui eſt in portu nondum eſt in vrbe. de aur. & ar. le. l. ſi quis ita.

b Odof. Et ſuprà de pace iura. fir. in c. j. §. conuenticulas. & qui feu. dare poſ. in c. j. in verſi. extra quæro. vbi dixi in §. qui de feu. Itẽ theolonia & litera exponit: quid eſt dictum theolonia, id eſt vectigalia & dicuntur à tollo tollis, quia tolluntur à tranſeuntibus, ratione ſoli publici, vt l. j. ff. de publica.

c Fraudare. An ſit licitum fraudare gabellas. vide Bald. in l. veluti. ff. de iuſti. & iur. ibi ius paſſagij an ius colligendi pedagiũ ſit reale, vel perſonale. vide Bal. in l. à procuratore. C. mãdati. quod pondera. And. Bar

d Per Accur. Sed pone q̃ aliquis nobilis habet ius paſſagij ex priuilegio principis: nunquid idem ſit acſi præſcripſiſſet. Dic q̃ ſic, ar. ff. de le. iij. l. pater. § quindecim. & q̃ not. Iac. Bu. & Gul. in l. j. C. de eo qui pro ſua iuriſ.

e Oldr. Vide eundem Oldr. conſi. lxxiiij. de pœn. c. j. de ſortile. vbi. refert Oldr. ad literam Oldr. & Io. And. in Spec. de fal. vide modernos in c. ij. de ſortil. per beatum Tho. ij. q. lxxvij. And. Barba.

f Indictiones. Et aduerte quia indictiones quãdoque imponũtur perſonis pro rebus vt plenè no. in l. indictiones. C. de in coll. lib. x. & ibi not. & in rub. C. de indi. & in illo non debet poſſe imponi forenſibus. ſicut nec poteſt collecta, vel aliud munus patrimoniale: quod imponitur perſonæ pro rebus: vt per Bart. in l. j. C. de mu. & in quo loco li. xj. quãdo ergo collecta æquiparatur indictioni, ſolum operatur q̃ de extraordinarijs ſit ordinarium vt in d. l. j. & l. indictio. per Bar. & in l. hi qui. de iure immu. & in d. l. ad fi. de mu. & in quo loco dixi latius C. ſine cenſu, vel re. in l. fin. & per Accur. in c. j. de immu. eccle. lib. vj. & Spe. in ti. de cle. coniug. §. j. ver. ad huius.

Quot teſtes ſunt neceſſarii ad probandũ feudi ingratitudinem. Rub.

1 ☞ *Extrauagans conſtitutio an probet.*
2 *Infamia facti an repellat teſtem à teſtimonio.*
3 *Quid ſi tempore depoſitionis eſt integræ famæ.*



Mperator Henricus Auguſtus vniuerſo popu
1 lo. Si vaſallus &c. Ad probandũ ingratitudinem delicti, quinque teſtes requirũntur idonei, opinionis integræ, & manifeſtè probantes. h. d. † Glo. dubitat vtrùm iſtud capitulum ſit de corpore feudorum, an ſit extrauagãs. Sed ſ. de ca. qui cu. ven. c. ſi voluerit. gl. recitat iſtud c. & concludit q̃ ſi iſtud capitulum eſt lex, ſtandũ eſt verbis legis. Si autem non eſt lex, ſufficiunt duo teſtes. quoties igitur de aliqua extrauaganti dubitatur, melius eſt in dubio iuris ſcripti regulis deſeruire: vt extrà de fide inſtrumento. cap. paſtoralis. & de iſto ca. feci verbũ in l. j. C. de ſacroſan. eccle. Sed an ſententia lata pro & contra ſit ipſo iure nulla: die vt notat Bartolus ff. de re iudicata. cum
2 prolatis. † Vltimò collige ex iſto textus ibi dum dicit,

integræ

integræ opinio.quòd infamia facti hos teſtes qui producũ
a tur ad probandum ingratitudinem repellit omnino.a quia
tex.dicit integrę opi.Infamis autem non poteſt dici integræ
3 opi.vt ff.de eden.l.ſi quis ex argentarijs.§.j.† Quęro quid ſi
tẽpore depoſitionis erat integræ famæ, poſtea vero infamis
factus eſt,vel econuerſo,quid iuris. Reſpondeo inſpicitur
tempus quo tulit teſtimonium: vt ff.de Carbo.l.iij.cauſæ. &
ad hoc facit quod nota.C.de teſta.l.j.in glo.ſ.quãdo,& ff.de
infa.l.furti.§.j. Intelligo non ſolum tempus iuramenti,ſed
depoſitonis.nec ſolũ tẽpus depoſitionis ſed iuramẽti,qa ex
vtroq; ſimul & non ex quolibet,p ſe fundatur fides teſtimo
nij.Et licet dicatur q̃ depoſitio trahatur ad tẽp⁹ iuramẽti.vt
no.in c.de officio deleg.in cle.illud eſt verũ quo ad implici
tã probationẽ.ar.de hære.inſtit.l.aſſe toto.quo ad explicitã
probationem. ff.de teſt.l.hæredes palam.§.ſed ſi notaui.&
per Io.An.in c.præſentium,de teſtibus.lib.vj.in nouel.vel il
lud eſt verum ſolẽnitatis reſpectu.non reſpectu veritatis de
qua ſine depoſitione manifeſtè liquere non poteſt.Porro
teſtimonium debet eſſe manifeſtatio veritatis.vt hic in ad-
uerbio manifeſtè.& probatio clara eſſe debet:vt ff.depoſiti.
l.j.§.ſi quis argentum.ff.de ven.in poſſeſsionem mitten.l.
j.§.ſi ea.extra de probatio. cap.præſentia.extra de ſucceſ.ab
inteſt.c.cum dilectus.

ADDITIONES.

a Repellit omnino.Tene menti & adde q̃ ſtatutum requirit teſtem
ſummæ & integræ opinionis infamis infamia facti non poteſt teſtifi-
cari.idem dic ſi requiritur quod ſit optimæ opinionis:vt eſt text. no. in
l.ſi quis ex ſignatoribus.ff.quemadmodum teſta.aper.& ibi notatur.
quia ibi ſic dicunt doctores,quod ſi illa publicatio fieret coram infami
infamia facti non valeret,quia non eſt bonæ opinionis.facit textus no
tabilis in authentica de hæredi.& falci.§.ſcimus.vbi teſtes ad conficiẽ-
dum inuentarium dicuntur eſſe optimæ opinionis: ergo excluditur
quocunque modo infamis.facit textus in authentica,ſed cum teſtator.
C.ad legem Falcidiam.vbi requiritur q̃ ſit bonæ opinionis.facit text.
notabilis in l.pupillaris.ff.de popul.ac.vbi iatentans actionem popula-
rẽ debet eſſe integræ opinionis. & gloſſa excludit infamiam per illũ
tex.facit tex.no. in l.teſtiũ.C.deteſti.vbi pater &c.ibi dicitur & poſtea
requiritur,quod teſtes ſint ſummæ & integræ opinionis.& ſic exclu
ditur infamis.facit text.in l.quæſitum.ff.de teſtibus.in verſic.integer
fructus.quod notabiliter facit textus in l.final.C.de ſecundis nuptijs.
vbi non defertur iuramentum ad probandum ingratitudinem, & an
quando ſtatutum requirit q̃ debet probari per teſtes optimæ opinio-
nis,debeat hoc articulari.vide d.Franciſcum de Rampo in authentica
ſed cum teſtator.ad l.falc.vbi ſuper hoc conſuluit.&do.Io.de ligna.vti
refert Ang.in l.j.§.fi.ff.quemad. teſt.ape.& ibi vide d.meũ de Imo.&
l.ſi quis ex ſignatoribus præal.& an poſsit teſtificari infamis infamia
facti.vide quod notaui in text.l.Cafsius.ff.de ſenat. & quid ſi quatuor
teſtes ſint inte.opinionis,& vnus non,an illi eum ſuſtentarent vide q̃
not.in l.ſi qs ex argentarijs.§.j.de eden.vide tex.in c.j.de ap.in verbo
idoneos.& vide tex.c.in literis. & c.licet vniuerſis.de teſti.in verbo pro
batæ vitæ.vide tex.l.capitaliũ.§.fi.in verbo integ. famæ.& vide tex.in
c.quia veriſimile.de præſum.vbi in caſu illius c.debet articulari. de bo
nis & honeſtis teſtibus.& vide tex.in l.pirma in prin.ff.de ven.inſp.ibi
probatæ artis & fidei.& adde ad prædicta tex.l.criminis C.qui ac.non
poſ.vbi tex.dicit quod debet eſſe integræ æſtimationis ille qui vult ac-
cuſare.ſed clarum eſt quod infamis infamia facti,poteſt accuſare vt te
nuit gl.in l.accuſatur.ff.de accu.ergo nõ eſt verum iſtud dictum Bal,
quia ſatis dicitur integræ opinionis quo ad teſtificandum, ex quo eſt
infamis infamia facti cogita quia eſt noua conſideratio.& vide do.Ab.
in c.ſi.de teſ.vbi pulchrè loquitur & quæ ibi dixi.And.Barba.

b Dilectus.Ex his deciditur vtrum teſtis qui ſine iuramẽto falſum
depoſuit,teneatur pœna falſi teſtis.& videtur q̃ nõ quaſi deficiat ſub-
ſtantia teſtimonij.Richar.Malũ.& Io.An.dicit quod iuramentum non
eſt de ſubſtantia teſtimonij,cum poſsit à patribus remitti.& ſic non te
neatur pœna falſi teſtis.vt per Io.An.in c.non eſt ſine culpa.in mercu.
& dixi C.de ſacroſan.eccle.l.j.

De notis feudorum. Rubrica.

Id eſt de quibuſdam notabilibus & quaſi regulis in mate
ria feudorum.

1 ☞ *Penſio annua ſi ſolui debet propter aliquod feudũ id quod uno
anno non ſoluitur an debeat ex alio ſuppleri.*
2 *Inquantum facere poſsit,an & quando quis tencatur.*
3 *Adde ad idem.*
4 *Plures dicuntur duo uel tres.*

NOtandum. Quia moris eſt tũc in fine libri ſuppo-
nere regulas & aliquas cõcluſiones ideirco
author huius operis quaſdam notulas &
regulas elicit,cõcludẽdo p̃ eas & terminãs
opus ſuum,& quicquid hic continetur for
maliter habetur.ſ.de capitulis extraor.& alterius cõpilatio
nis feudorum.c.notandum.vſque ad §.illud quoque curia-
li.quod eſt in eodem c.nota ergo q̃ ille qui habet feudum
de camera,ſeu de caneua:non poteſt petere iſtos panes ciui-
les,niſi prius ære alieno ſoluto.Itaque creditores tali feuda-
1 tario præferuntur.† Not.in textu ibi,*Expectandum*.quòd id
quod differtur,non propterea abſorbetur.& ideò q̃ nõ de-
betur,tunc debetur cùm ſe facultas obtulerit.C.de fideicõ.
lib.l.liberti.Vnde quando camera abũdabit,ſoluet etiã pro
præterito tẽpore.& in omnibus annuis præſtationibus,vel
menſtruis ſe referẽtibus ad aliquã rẽ, ex qua percipiuntur,
idẽ dicim⁹.nam q̃ deficit vno anno,ſuppletur ex alio:vt ff.
du vino le.l.ex eo.& ff.de annuis leg.l.legatũ.§.vini falerni.
& ff.de ver.ob.inter ſtip.§.ſacramẽta. ver. p̃ quo etiã ſi eſſet
vna tãtũ præſtatio ex aliquo corpore,vel fructib⁹ alicui⁹ cor
poris,vel reditibus alicuius vniuerſitatis feuda cũ certi tẽpo
ris determinatione nõ fieret tunc ſuppletio ex ſequẽtibus
annis,ſed cõſumeretur ſtipulatio:quia res quæ in ſtipulatio
nem deducta eſt,in rerum natura nõ eſt,nec erit:vt ff.de vi-
no leg.cũ certũ numerũ.& hoc ſi ſũt aliqua verba taxatiua.
Si enim apponeretur fundus gratia ſolius demõſtrationis,
tũc aliũde ſolui deberet:vt ff.de cõtrahe.emp.l.fi.§.fina.&
eſt gl.no.de vſuf.l.hactenus.in gl.quæ incipit.l.vſufructua-
rio.quæ allegat optimas ll.ſecundũ Pe.& Bar.qui ita no-
tant in d.§.ſacramẽta.& Cy.C.de dona.l.ſi quis argẽtũ.vbi
2 omnino videas.† Quęro qd vult dicere litera,ibi,*Nõ æquum*.
&c.Reſpondeo,vult ponere quandã ſimilitudinem de ma-
rito ad dñm.nã ſicut maritus nõ tenetur,niſi inquãtũ facere
põt,deducto ne egeat,quia iniquũ eſt eũ videre egentẽ quẽ
priùs habuit in cõiungẽ.ita per ſimilitudinẽ quãdã debet
dici in domino. *Siue camera*.quaſi innuat tex.q̃ etiã ſi expreſ
ſè paciſceretur cõtrariũ nõ valeret cõtractus.arg.ff.ſol.ma.
3 l.alia.§.eleganter.& ff.pecu.leg.l.ſi peculiũ.§.ſi fuerit.† Sed
nunquid idẽ erit,ſi dñs dat mihi in feudũ certũ fundũ,vt nõ
teneat niſi quatenus facere poſſum. Reſpõdeo,nõ erit idẽ
arg.ff.de re iud.l. Nẽſenni⁹.§.feudũ.ſed ibi agebatur reali
certè ego dico q̃ etiã ſi perſonali actione de dote ageretur
ad ſpeciẽ datã in doté,nõ fieret æris alieni deductio.ex quo
cõcludo in quæſtione propoſita,dñm præcisè teneri. Sed
cur aliud eſt in camera quã in feudo.Reſpõdeo qa camera
eſt qd vniuerſale,ſicut mẽſa & negotiatio.& ideò augmẽ-
tũ & diminutionẽ recipit:vt ff.de le.ij.l.cũ pater.§.mẽſæ. ff.
pig.cũ taberna.Fund⁹ autẽ in ſua integritate permanet nec
a ęre alieno in ſua ſubſtãtia minuitur.Glo.tamẽ a quę eſt ff.de
reg.in l.in cõdẽnatione.indiſtinctè dicit q̃ vbi ratiõe perſo
næ datur priuilegiũ,vel ratiõe cõtract⁹:vt in donatiõe nõ te
netur qs,niſi inquãtũ facere põt.debet ergo ei dimitti vnde
viuat.quod beneficiũ habet retinẽdo,vt nõ haberet petẽ-
do:qa donat⁹ à donatario, alimẽta nõ petit. & tamẽ p̃ ali-
mẽtis retinet qđ donat.glo.eſt ibi ſingularis,quã quidã dã-
nãt per id quod not.in l.fi.C.de reu.do. vbi da hoc per Cy.
Sed ſi tu bene conſideras gl.eſt vera,quia directè non poſ-
ſunt peti alimenta.reuocabitur tamen donatio,quia dona-
tarius eſt ingratus.loquor in ſimplici donatione.

Quod autem pares. Nota hic q̃ tũc pares debent in
tereſſe inueſtituræ ſubaudi nouæ,quoties dominus habet
pares,quod puto intelligendum in eadem prouincia.Sed
ſi non habet pares, poteſt vaſallus ingredi curiam, etiam
non per pares,& tenet inueſtitura. hæc notula ſumpta eſt
ex textu.ſupra qui teſtes ſint neceſſa.ad probandam inue
ſti.capitulo primo.& ſupra.quid ſit inueſti.capitulo priuio.
in principio.verſi. ſi verò *inueſtitura*. *Quos meliores*. vide
4 Digeſtis vſu.l.ſciendum. *Pluralis locatio*. Not.† quod plures
dicuntur duo,vel tres. & hinc ſumpta eſt regula iuris can.

Source : BIU Cujas

nici. Iſte autem tex. ſumptus eſt ex l. vbi numerus. ff. de teſti. & extrà de teſtibus, ca. in omni. & extra de teſtamen. cùm eſſes. &c.

ADDITIO.

2 Gl. tamẽ. No. pro glo. in l. in condẽnatione. de re. iur. glo. eſt cõtraria in l. generaliter. C. de reu. do. vide ibi Cy. & doc. in c. fi. de do. Tu põdera melius gl. in d. l. in cõdẽnatiõe. vide quę dixi in d. c. fi.

1 ☞ *Locare quis poteſt partem rei, quam cum alio habet communem.*
2 *Adæquatio quid ſignificet.*
3 *Res quando dicatur diuiſibilis.*

Item ſciendum. †Not. hic q̃ ille qui habet rem cõmunem cum alio, poteſt de parte ſua inueſtituram facere, & quòd inter vaſallum & conſortem proprietatis poteſt fieri diuiſio, tam in iudicio, quàm extra. quoniam vaſallus habet ius agendi & defendendi, excipiendi. & replicandi. vt in capitulo ſi vaſallus de ſuo. ſi de feudo fuerit controuerſia. & ſuprà, de
2 controuerſia inter vaſallum & alium. capitu. primo. † Sed quid vult dicere litera, dũ dicit, vt adæquatio percurrat vſque ad xl. ann. Reſpondeo, adæquatio exponitur id eſt ipſa diuiſio, vel petitio diuiſionis, per quam adæquantur habentes rem communem, quando diuidere volunt. vt inſtit. de offi. iudi. §. familiæ. cum §. ſequenti. & C. communi diuidundo. lege
3 pe. † Illa ergo res dicitur propriè diuiſibilis, cuius partes poſſunt adęquari. Item vult dicere litera, quòd iudicium cõmunidiuidundo quod datur feudatario, vel contra feudatarium non finitur minoti ſpatio xl. ann. quod eſt ſpeciale in feudis. Nam in alijs præſcribitur xxx. annis, niſi ſit actio perpetua in iudicio. vt C. de an. exce. lege patria ſecundum Petrum de Ceruia. Item nota huiuſmodi diuiſiones iudicẽ eſſe magiſtrum. vt hic, in verbo, per iudicem. Et an iuriſdictio poſsit diuidi, vide in Spec. de feu.

Item hæres. Nota quòd hæres tenetur habere firmum factum defuncti. concordat ſ. qui ſuc. tene. capitu. primo. & ff. de iure do. l. ego. §. j.

Item eadem lege. Nota quòd inueſtitus eadem lege & eodẽ iure debet rem habere, quomodo habebat inueſtiens: quia qui adminiculo alterius vtitur debet vti cum ſua ſuisque vitijs: vt ff. de regulis iuris. l. quod ipſis. ff. de acquir. re. domi. l. tradito. de acquirenda poſſeſsione. l. Pomponius. §. cum q̃s. ff. de acti. emp. l. in vẽditione. ff. de manumiſ. l. Caius.

1 ☞ *Poſſeßio quãdo acquiritur per nũtiũ, an interueniat aliqua fictio.*

Item inueſtitura. Nota hîc quod poſſeſsio, & inueſtitura poteſt
1 transferri, & acquiri per ſe, & per nuntium. † Modò quæro quando per nuntium vtrum interueniat hic fictio aliqua. Gullielmus dicit quòd ſic ff. de pactis. lege ab emptione. Bartolus dicit contratium per l. certè. §. ſi procura. Digeſtis de precarijs. & facit extra de prębendis. cap. accedens. &c.

Idcirco pares. Nota hîc rationem quare pares debent intereſſe, quia non eſt ſuſpicandum de paribus, quòd teſtificentur pretio, precibus, odio, vel amore: & ideò nec de hoc eos interrogandos puto, nec iuramento eorum hoc eſſe de neceſsitate exprimendum.

1 ☞ *Res non efficitur dubia per negationem.*
2 *Inſtrumentum producit duas præſumptiones.*
3 *Teſtes ſi dicunt in iudicio ſe eſſe pares an probant.*

Si inſtrumentum. Nota hîc quod ſi inſtrumentum feudi dicatur falſum, non fit acerrima indagatio, ſed defertur iuramentũ vaſallo. quod intelligo, niſi inſtrumẽtum ſit apertè
1 ſuſpectũ: vt C. de pba. l. iubem°. † Dicit Pe. de Cer. q̃ primo caſu examinabuntur teſtes inſtrumenti ſi viuunt. Si autem non viuunt, & dominus negat inſtrumentum verum, per quam negationem fit res dubia, propter authoritatem negantis, quod vaſallus debebit iurare cum legitimis ſacra-
2 mẽtalibus. † Illud autem certum eſt de iure communi, quòd in inſtrumento publico duæ oriuntur præſumptiones, ſcilicet, quod ſit verum, & quod ſit ſolenne: imò poſſumus dicere quod duæ oriuntur probationes: vt C. de proba. l. cum precibus. & no. ff. de pact. l. iure gentium. §. quod ferè. Quę ro igitur ſi in inſtrumento feudi continentur duo teſtes, quos tabellio aſſerit eſſe pares, an credatur inſtrumẽto. & videtur q̃ nõ, qa ſup iſta parilitate nõ cõficitur iſtrumẽtũ. ſed
a ſunt verba enuntiatiua. Sed contrarium puto a per not. in l j. C. de fide inſtrumentorum, & iur. haſtæ fiſ. libro decimo. Si autem in inſtrumento non fiat mentio, quod ſint pares nõ præſumam eos eſſe pares: quia non conſtat per inſtrumentum de iſta extrinſeca qualitate. vt ff. de publica. l. quæcunque. §. finali † Sed pone quod ipſimet teſtes in iudicio di-
3 cant ſe eſſe pares, quilibet, videlicet de ſeipſo: nunquid probant iſtam parilitatem. Et videtur quod non: quia ſunt teſtes ſingulares, iuxta nota. in capitulo bonæ memoriæ muguntino. extrà de elec. per Ber. Itẽ ſi teſtificentur coniũctim de ſe & de alio, quòd ad illum non erit niſi vnus teſtis. Secundò contrarium videtur, ſcilicet quod vnus teſtis ſuffragaretur alteri, & alter alteri ſuper iſta adminiculatiua qualitate probanda, ad quod facit quod nota. ſecunda quæſtione ſexta. quærendum. vbi omnino vide. Quot autem modis & per quot differẽtias appareant teſtium ſingularitates, pleniſſimè & vltra omnes alios ſcribentes notaui C. de teſta. l. teſtium. vbi omnino vide ſi placet.

ADDITIO.

a Puto. Et ſic Bal. tenet gl. in lege prima. Tu vide Ang. in l. quæ in aliena. §. interdum. ff. de acquir. hær. Bal. in l. non aliter. ff. de adopt. & in l. ſecunda. ff. ſi ex noxa cauſa agatur. & quod notatur in l. ſciendum. ff. de verborum obligationibus. Bal. in l. iuriſiuran. C. de teſti. ſi reperitur talis teſtis iuratus an præſumatur. vide quod no. in l. actor. ff. rem ratam habe. Baldus in l. prima. C. de ma. vindi. vide Ang. in l. pupillus. ff. qui. mod. pig. taci. contra. vbi dicit ſi in inſtrumento dicitur de alienatione præſumitur interueniſſe decretum. gl. eſt not. in dicta lege prima. & l. ſicut. §. non videtur. ff. quibus mo. pig. vel hypo. ſolui. dicit quod ſi in inſtrumento dicatur teſtis in ratus, præſumitur interueniſſe iuramentum gl. eſt aurea ſecundum eum in dicta l. prima. & vide Bar. qui videtur tenere illam glo. in authen. ſi quis in aliquo. C. de edẽ. Saly. in auth. ſi quis in aliquo. & dominus Abbas & alij in capi. alterius. de teſti. Lud. Ro. & alijin l. ſciendum. de verborum obligationibus. vide do. Abba. cõſi. cxxviij. vbi allegat gl. dictæ legis primæ. Bal. in c. iurauit. aliàs in c. ceſsionem. de proba. & Bald. in capi. ſicut. de re iudi. & vide ibi Abbatem. Andre. Barba.

1 ☞ *Pares curiæ qualiter habent iuriſdictionem.*
2 *Teſtis qui dicit ſe neſcire, cogitur ueritatem dicere.*

Notandum. Not. quod quando eſt cõtrouerſia inter dominum & vaſallum pares coguntur teſtificari: quæ compulſio fiet per dominũ
1 & illos pares qui de cauſa cognoſcũt. † Vnde not. quòd pares habent iuriſdictionem ſuper pares, & quod iudices ha-
2 bent iuriſdictionem ſuper teſtes. † Item no. quod ille qui dicit ſe neſcire, tamẽ cogitur veritatem dicere, ergo valet eius teſtimonium: alioquin fruſtra cogeretur. hoc tamen tenet Iaco. de Are. C. de iuramen. calum. l. lj. §. quod obſeruari. & dicit, q̃ teſtis qui heri dixit, non credo, poteſt hodie dicere credo: & qui dixit heri neſcio poteſt hodie ſcire: quia poſſibili veritate in eſſe poſita, nulla neceſſariò ſequitur falſi-
a tas. a Et iſta quęſtio fuit de facto hoc anno in ciuitate Aſtenſi.
b & alibi in hoc opere tetigi. b & iſte ver. ſumptus eſt ex tex. ſuprà, quid ſit inueſti. §. primo. & ſi de inueſti. inter dominum, & vaſal. lis oriatur. c. j. circa princ. dic vt ibi dixi. & in l. ſi preſbyteri. C. de epiſco. & cleri.

ADDITIONES.

2 Falſitas. Et ibi Cy. in xij. q. & per Bar. in l. qui bona. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de dam. infe. quod limita antequam loquatur cum parte. vt ſupra dixi de controuerſia inueſtitu. c. j. ibi extra nota.

b Tetigi. Vide eundem in c. j. §. ſi enim domino. in titulo quid ſit inueſtitu. & ibi notaui. And re. Barba.

1 ☞ *Dominus, & uaſallus qualiter debent iurare ſuper facto proprio.*
2 *Conſcientia hæredis eſt diuerſa à conſcientia defuncti.*

Cum

Source : BIU Cujas

1 Cum domino. †Not.q̃ quãdo dño dat̃ iu
ramẽtũ ſup facto ꝓprio de-
bet iurare ſe inueſtiturã nõ feciſſe. Hæredi autem ſufficit ſi
iuret ſe inueſtire. In facto enim proprio ignorantiam non
a poteſt prętendere, ſed in alieno ſic, etiã ſi eſt filius. vt l. vlti.,a
ff. pro ſuo. & l. eius cui in prouinciam. ſi certum petatur.
Defenſio. i. ſacramẽtum ſubaudi quod eſt in duob⁹ caſibus,
ſcilicet, quod vaſallus eſt in poſſeſsione, & poſſedit minus
anno. vel quãdo dominus poſsider, ſed vaſallus actor affert
pro ſe ſolam præſumptionem. vt ſuprà, de cõẽ. inter domi
num, & vaſ. de inueſti. feu. c. j. circa prin. & ſuprà, in tit. ſi de
inueſt. inter dominũ & vaſal. lis or. c. j. circa prin. & ſuprà de
conſue. rec. feu. c. ij. §. ſi. ibi non feciſſe. & ſic iurat de veritate
cum iuret de facto ſuo. vt ſuprà, de conſue. rec. feu. c. ij. §. j.
& ff. rerum amo. l. Marcellus. & vide quod not. Bar. ff. de fur.
l. inter omnes. §. rectè. & l. res. C. de crimine expi. her. Ne-
ſcire. Alius text. dicit, ſe non credere, & ſic iurat de credulitate, cum iurat de facto alieno. vt ſuprà, de conſuet. rec. feu.
c. ij. §. & iurabit. Sed aliud ecõtrario in vaſallo: quia ſemper
iurat præciſè ſine mentione conſcientiæ de facto alieno: vt
eo. tit. c. ij. in quo iuramento debet nominare inueſtitorem,
& dicere titulum ſuæ poſſeſsionis per authorem ſuum, ſicut
dicit Placen. in l. cogi. C. de peti. hæred. ibi notauit quòd cõ
uentus petitione hæreditatis cogitur dicere titulũ per pro-
ximum, vel aliquem cognatum. i. debet allegare authorem
ſuum. Et quod dixi proximum cognatum, loquitur exam-
plificatiuè: quia ab inteſtato quis habet cauſam à proximo
cognato. No. ergo quod vaſallus, ſiue agat, ſiue conuenia-
tur, debet dicere titulũ per authorẽ ſuũ, id eſt denominare
inueſtitorem ſuum. vt C. de proba. l. ſiue poſsidetis. & quod
not. in capitulo primo. de re. iur. libro ſexto. Deinde not.
quod ſacramentum defuncti diuerſum eſt à ſacrameto hæ-
redis. & ideò diuerſo modo iurant. † Item not, quòd
2 conſcientia hæredis eſt diuerſa à conſcientia defuncti. cum
enim anima ſit forma indiuidua, impoſsibile eſt in duobus
orporibus eandem animam eſſe. Sed accidentia animæ
poſſunt eſſe communia & poſſunt è contra non eſſe. †Et
3 ideo ſcientia patris, non eſt ſcientia filij, nec ignorantia pa-
tris eſt ignorantia filij. Contractus tamen patris, eſſe dicitur
cõtractus filij: ſi filius eſt hæres. & idẽ tu. in vtroque. vt nota.
Digeſtis. de acquirenda poſſeſsione. lege prima. §. veteres.b
b ęternum illum & inefabilem filium ſemper excipio, qui no-
uit omnia quæ ſunt patris. de conſe. diſt. vl. c. ſaluator.
Baldi celeberrimi Iuriſconſulti ſuper vſibus feudorum lu-
culentiſsima interpretatio finitur Papiæ, ſub illuſtriſsimo
principe Ioanne Galeam cognomento virtutum comite
publicè propalata.

ADDITIONES.

a Cer. pe. & Bar. tetigit. in l. eum hæres. de li. le. & dixi ſuprà de ſi inueſt. inter do. & vaſallũ lis oria. c. ſi.

b Veteres. & ideo ſi cõmittitur aliquid conſciẽtiæ alicuius non poteſt alium ſubſtituere gloſſ. eſt ſingularis. ff. de arbi. in l. ſicut j. & l. & in epiſtola. C. de fideicom. quod no. pro executoribus teſtamẽtorum, quorum conſcientiæ committitur, l. nulli. in ver. conſcientiæ. C. de epi. & cleri.

Commentariolum eiuſdem Baldi ſuper pace Conſtantiæ.

1 ☞ *Imperator eſt ordinarius omnium legatus, ſiue proconſul.*
2 *Stilus de quo in principio tituli, de pace conſtantiæ quare non ſeruatur in literis apoſtolicis.*

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ trinitatis. Imperator Federicus pacem ſuam laudabilem ſummæ atribuit trinitati, vt fecit aliàs Iuſtinianus Imperator. C. de officio prefect. prætor. Africæ. l. in nomine. & in authentica de quæſtore. in prin. & in auth. de armis. in prin. ex quo ſequitur bonum principium, melius medium, & finis Deo acceptabilis. & in authentica, quomodo oporteat epiſcopos. in prin. coll. prima. † Non ergo tanquam
1 ipſe, ſed tanquam Deus videtur facere. vt ff. de acquir. poſſ. l.
quod meo. Et nõ ſua vice, ſed delegantis. ſcilicet, Dei, cuius
vice fungitur: nam princeps eſt ordinarius omnium, & lega-
tus, ſiue proconſul Dei. vt ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſ
dictio. l. j. & in fi. in auth. de fide inſtru. §. quia ergo imperiũ.
collatio. vj. ſecundum Accur. ita eleganter not. in authenti.
2 de hære. & fal. in rubri. col. j. † Sed quare iſte ſtilus non ſer
uatur in literis apoſtolicis. Reſpon. quia hoc facit ſtilus lite
rarum Papalium, vbi non fit alia expreſsio. vt not. in capi.
Abbate. in fi. de re. iu. libro ſexto. in nouella. Adde quod cõ
ſuetudo formalis debet ſeruari, aliàs inſtrumẽtum nõ valet
vt no. in auc. vt prępontur nomẽ Imperatoris. §. nos enim,
in gl. pyta &c.

1 *Imperator debet eſſe clemens & manſuetus.*
2 *Pecunia eſt extorquenda à barbaris ſubtili ingenio.*
3 *Deportatus nullo tempore præſcribit.*
4 *Diſpenſatio quid ſit.*
5 *Receptus quis dicatur ad plenitudinum gratiæ.*
6 *Sigillum principis an ſit neceſſarium in lege facienda.*
7 *Sigillum habet uim conſenſus.*
8 *Imperium non moritur*
9 *Ciuitas ſi ſit damnata ad aratrum, an eius caſtra damnata dicantur.*
10 *Ciuitate damnata an eius priuilegia amittantur.*
11 *Ciuitas quæ quondam fuit, ſed tempore quo priuilegia Lombardiæ ciuitatibus fuerunt conceſſa erat caſtrum, ſi poſteà fuit reædificata, an aſſumat talia priuilegia.*
12 *Ciuitas ſi ſit ſubmerſa in mari, & Papa ignorans ibi creauit Epiſcopum, an ſaltem erit Epiſcopus diœceſis.*
13 *Ciuitas durans in aduentitijs ciuibus, non naturalibus, an dicatur eadem ciuitas.*
14 *Antiquitas ſeruanda eſt in aquis, & molendinis, pontibus, & paſcuis.*
15 *Eccleſiæ an teneantur ad munitiones ciuitatum.*
16 *Quid de collectis, quæ pro alijs neceſsitatibus imponuntur.*
17 *Collecta eſt munus merè patrimoniale.*
18 *Iudices ciuitatum Lombardiæ an habeant iuriſdictionem in ciuilibus, & in criminalibus ante conſtitutionem pacis Conſtantiæ.*
19 *Condemnati à poteſtatibus terrarum an efficiantur ſerui pœnæ.*
20 *Bona condemnati ad furcas an ſint tacitè confiſcata.*
21 *Princeps ſi cõceſſit ciuitati vt poſsit facere ſtatuta, an poſsit reuocare.*
22 *Statutum iniquum, an teneat.*
23 *Sententia lata contra conſuetudinem an teneat.*
24 *Volumus, hoc uerbum quid ſignificet.*
25 *Conceſſa alicui ſi dubitetur quæ ſint, debent eligi boni uiri arbitrio.*
26 *Princeps ſi controuerſiam cum ſubditis habeat debent eligi arbitri.*
27 *Iudex non facit litem ſuam ſi arbitri ab eo electi malè iudicauerint.*
28 *Audiri non debet quis contra id quod facit princeps ex certa ſcientia.*
29 *Statutum ſi dicat, talis non audiatur, an ualeat ſententia pro eo lata.*

Imperialis clementiæ mãſue

1 ta ſerenitas. †Not. q̃ Impator debet eſſe clemẽs, & mãſuet⁹:
vt hic. & C. de offi. comitũ retũ priua. l. vltima. quæ q̃dẽ mã
ſuetudo ex humanitate deſcendit: & meritò principi ineſt
cũ nihil tã peculiare ſit imperialis magiſtratus, quã humani
tas. vt C. de donationi. inter virũ, & vxorẽ. l. ſi. in fine. & C.
de teſtamẽtis. l. ſi. ibi ad humanitatẽ. Dei reſpiciẽtis. Sic &
princeps ſerenus in ſcribitur ſeu deuot⁹. C. de officio magi.
offi. l. ſcholariũ. Itẽ magnanim⁹ & benign⁹. l. j. C. de the. lib.
x. *Quam ſemper in ſubditis.* Nota hiç quòd Imperator pacem,
clemẽtiã, & manſuetudinem & diſpenſationem, fauores, &
gratias ſolũ ſubditis ſuis & deuotis pollicetur, non his quos
vt hoſtes & Barbaros iure proſequitur, quos poti⁹ cõuenit
ſeuerè punire: & p hoc Imperator iuſtitię terminos nõ exce
dit: ſed potius iuſtitia mediante procedit. vt §. hic finitur lex
deinde cõſuetudines regni incipiũt. c. domino guerrã. coll.
2 x. † Ideoque ſubtili ingenio eſt ab eis, velut à Barbaris pe-

cunia extorquenda,vt egeſtate laborent.C.ad legem Iuliam maieſtatis.l.quiſquis,& l.domini prædiorum.C.de agricolis & cenſi.libro vndecimo.ff.depo.l.bona fides.ff.de re militari.l.omnis.§.à Barbatis.Nimium igitur ſi contra rebelles ferocitas exercetur,cum peccent eo quòd contra dominum ſuum bella exerceant.C.de commercijs,& mer.l.ij.C. locat.l.fina.octaua diſtinctione.quo iure præſertim ſi Papa procedit contra hæreticos, qui non poſſunt præſcribere. cõtra cõfiſcationẽ bonorũ.vt no.c.i.de præſcriptionibus.li. ſexto.in nouella. & eſt expreſſum.C.de apoſtatis.l.apoſtatarum.hoſtes fidei non protegi,ſed exterminari oportet.vt C.de ſumma trini.l.nullos hæreticos.ſicut etiã deportatus.

3 † Deportatus nunquam vllo tempore præſcribit:quia iure ciuili eſt penitus alienus.ff.de legatis primo.§.his quibus. quia deportatus pro mortuo habetur.vt ff. de contratabu. l.j.& not.in l.j.C.de hæredibus inſtituen.& ff de liberis,& poſthumis.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.infra & fortè ciuili ter poſsidere non poteſt.& ſic tali exilio incepta vſuca.in-

4 terrumpetur.*Diſpenſationem.* † Nota quòd diſpenſatio dicitur ſcurrilitas,exceſſuum mitigatio, vel remiſsio. facit extrà de iudicijs.c at ſi clerici.iura tamen ciuilia ratò diſpenſationes permittunt:quia non debent indulgentia crimina ſubleuari.vt C.de coharta.l.ſi apparitor.lib.xij.& contra rebelles,& proditores nunquam nimè agendum eſt,ſed debẽt ipſi temeritatis ſuæ conatibus opprimi.vt C.de ſeruis,& occultatoribus eorum.l.prima,& ſecunda.libro duodecimo. & C.de delatoribus.l.fin.libro decimo.Item hoc ipſo quòd quis parcit malo,intelligitur nocere bono.*in authentica de mandatis principum.§.homicidia.colla.tertia.* & eis ſolus princeps ſecuritatem dare poteſt niſi ex cauſa iure expreſſa.eodem titu.§.ſed neque hoc.& not.ff.de publicis iudic.l. is qui reus. *Delicta.*id eſt delinquentes.ſic C.de teſtamentis. l.iubemus:.in princ.occurrit dicere illud vulgare,cum filius facit offenſam patri, & patet verberibus eum caſtigat.dicit enim pater filio,non verbero te,ſed fatuitatem tuam.vt C.de emenda.propin. uo.l.prima.ſecundum Odoffre,& alibi non punio ego te,ſed mores tui accuſant & puniunt te

a palam.a de ritu nuptiarum.ff.de probationibus.l.cum probatio.per Accur. *Affectibus.*Nota imperatorem pietate moueri ad aliquid concedendum.vt & aliàs.C.de officio proconſulis,& lega.l.ſecunda.ibi dum dicit cuius allegationes humanæ pium principem commouerunt.vt C.de apoſta.l. qui ſanctam. *Debitam fidem.*Nota quòd omnes tenemur principi:vt Deus eſt princeps in cœlis:ſic imperatorem vicarium ſuum,& dominatorem in fide,ac veritate & iuſtitia conſtituit in terris.vt C.de veteri iure enucleando.l.ſecunda.§.ſi quid igitur.& in authenti.de conſulibus.in fine coll. Præterea diuina pagina dicit omnis anima ſubdita ſit principi,& ducibus ab eo miſsis.vt extrà de cenſi.c.omnis anima. *Deuotionis.*Nota quòd ſubditi debent eſſe deuoti.C.de vecti.& commiſ.l.à legatis gentium.& ſuprà quibus cauſis feudũ amit.c. Obertus.§.j. *Vniuerſitas fidelium imperij.*Nota de iſta magna vniuerſitate quæ omnes fideles imperij in ſe complectitur tam præſentis ætatis,quàm ſucceſsiuę poſteritatis. hinc intelligitur quod lex ſemper loqtur vt C.de hę reti.l.Arriani. *Innatæ pietatis.*Nota,quod pietas decet principem per quam ſolã Dei ſeruatur imitatio,vt C.de nupt.l.imperialis. *Eos & ſocietatem.*id eſt ligam,ſiue cõfœderationem, tam factam, quàm fiẽdam infra eoſdem,vt infrà eo.§.item ſocietatem.In hac autem ſocietate non cõtinetur Ferraria, quia non fuit in concordia cum Lombardis.ſecũdũ Oldra;

ς *In plenitudine gratiæ noſtræ recepimus.* † Notab quòd ille intelb ligitur receptus ad plenitudinem gratiæ,cui remittuntur culpæ,& recipitur ad fauores. *Ad indignationem prouocaret.* Not.quod iniuriæ principes,& dominos prouocant ad indignationem.facit ff.de manumiſsis.l.teſtamento centurio. Item not.quòd inter offendentem & offenſum præſumitur animi indignatio,& eſt præſumptio naturæ vulneratæ,propter offenſam.ff.de arbitris.l.licet.ff.de adimen.lega.l.ij.in fine.C.familiæ erciſcundæ.*in ipſis.*Et per Innocẽ.extrà de ſenten.& re iudicat. capitulo cum I.& A.quòd aliqui præſumuntur inimici,ſi ſubeſt cauſa,licet reuera non ſit.& etiã ſi ignorant iniuriam ſibi factam vt lege prima.ff.de his quibus vt indignis.per Bartol. *Credimus recepturos.* Nota quod quando princeps indulget beneficia, ſperat recipere grata ſeruitia,aliàs non facturus.& ideò non mirum ſi ingrati perdunt gratias,nam oppoſitum diſſoluit propoſitum. *Sigillo communi.*Dicit Odof.q; in lege facienda,non eſt opus ſigillo

6 principis.† Adde dicunt doctores,quòd contractus proba tur per ſigilla.vbi deficit tabellio:vt not.in capitulo ſecundo.de foro competenti.in nouella.libro ſexto. facit C.qui teſta.fa.poſ.l.hac conſultiſsima.§.fina.C.de teſta.l.ſi vnus.

7 Item† ſigillum habet vim conſenſus,& confirmationis:vt not.C.de re.eccle.non alie.l.ſecunda. per Acc.de fideiuſ.l. Lucius.C. de teſta.mili.l.tribunus.§.vlti. *Sine literis.* tamen mutus & incertus teſtis eſt ſigillum.& ideò per ſolius ſigilli præſentationem nõ probatur commiſsio,præſertim ſpecialis.vt nota.in capitulo quamuis.de pac.libro ſexto.in nouella.quia ſigillum eſt res inanimata.& vide quod nota.de his quæ fiunt à prælato,ſine conſenſu capituli.capitulo quanto.in nouella.Sed aliud eſt ſigillum alterius fideicommittere,aliud in chartis imponere.. Et de inſtrumento ſigillum habente,vel non not.in capitulo,inter dilectos.de fide inſtrumento.per Inn.qui dicit quod tutius eſt,quòd notarius ſe inſcribat quàm quòd ſolum ſigillum apponat:quia periculum eſt quòd ſigillum deſtruatur. *Nos Romanorum.*Hîc dicit imperator,quòd vult iſtam pacem eſſe perpetuam,id eſt quandiu fides ſeruetur.vt ff.loca.l.quæro.§.inter locatorẽ.

8 inſti.eodẽ §.adeò. *Imperpetuum.*†per præſentem mundi ætatem & futuram:id eſt ſine præfinitione temporis:quia imperator facit hanc pacem nomine ſedis,non nomine proprio tantum & imperium non moritur vt ff.de legatis ſecundo.l.quod principi.& in auth.quomodo oportet epiſ. in fine.& no.per Cy.C.qui te.fa.poſ.l.ſi quis imperatorem. & in capitulo.ſi gratioſæ.de reſcri.lib.vj.& hoc ex parte imperij.Sed ex parte ciuitatum exponitur,imperpetuum.id eſt vſque ad vitam ciuitatis.nam ciuitas mori poteſt ſi authoritate ſuperioris damnetur ad aratrũ vt no Inn.extra de nouì ope.nuncia.capitulo, cum ex iniuncto.Item ſi pereat alluuione,vel caſmate.vt ff.qui.mo.vſusfructus amit.ſi ciuitati.& ff.de legatis primo.cum res.§ fin. & quod not.in capitulo non poteſt.de præben.libro ſexto in nouel.Itẽ ſi fuerit poſita ciuitas in banno æternali imperatoris, vel in banno domini Papæ ſecundum Hugo.& Odofr.Nam cum per dat ea quæ ſunt iuris ciuilis,æquiparatur deportato.quinimo ei qui cõdẽnatus eſt ad vltimũ ſupplicium,qui efficitur ſeruus pœnę,& ſententiam ſtatim trahit ſecum ad executionem intellectualem.vt ff.de pœnis.l.qui vltimo.& nota.in

9 l.vltima.C.ſi à non compe.iudi. † Sed hic dubitatur an damnata ciuitate ad aratrum intelligantur eius caſtra damnata,& dicendum eſt quod non:iuxta nota.in capitulo.fœlicitas.extra de pœnis.in nouella.

c & in capitulo.ſi ciuitas.de ſen.excom.lib. ſexto.Itẽ deſtruitur ciuitas,ſi homines inde eo propoſito diſcedant ne eò amplius reuertantur vt ff.de colle.illi.l.pe.j reſponſo.& arg.ff.de legat. tertio.l.pater.§. Tuſcalanus.Item ſi incendio aduſta ſit,vel aliquo caſu in totum corruerit,ſine ſpe reparationis.argumentum Digeſtis. de nouis operis nunciatione. lege prima.§.ſi quis ædificium.& ff.de iti.actúque priuat.l.tertia.§.reficere.Digeſtis. de verborum obligationibus. lege inter ſtipulationes. §. ſacramentum.ff.de ſolutionibus.l.qui res.§.aream.ſed ſi cũ ſpe reparationis durat ciuitas habitu,ſed non actu.argmentum eorum quę nota.ff quod cuiuſque vni.nomine.l.ſicut. §.fi.& ff.de pigno.lege Paulus.§.domo.& in capitulo pleriſ

10 que.extra de elec.in cle. † *His itaque caſibus* priuilegia aut delentur,aut in ſuſpenſo retinentur.Nam ſi eſt perpetuò deſolata ciuitas,priuilegia eius remouentur:quia ſublata perſona,& re cuius tributum eſt beneficium deletur priuilegium eius argumentum legis poſtquam.in princ.vt leg. not.capitu.ff.de conditionibus & demonſtrationibus.lege intercidit.de iure codi.lege quidam.At verò ſi ſpes eſt reparationis beneficium non deletur:& ſi de facto non excitaretur ad actum ſuum.vt nota.ff.de verborum obl.lege ſecunda.& l.inter ſtipulantem.§.ſacram.Nam ſæpè priuilegium

ſuſpenditur

Source : BIU Cujas

ſuſpenditur, & non annihilatur. vt no. in capit. j. de cleric. connuga. li. vj. in nouel. Quid. ergo ſi huiuſmodi ciuitas ita diruta reædificetur. an his priuilegijs quibus prius potiebatur, modò potietur. argumentum quòd non, quaſi ſit alia ciuitas: & non ea quæ prius erat. argumentum Digeſtis de vſufru. l. qui vſufru. & habes argumen. ff. quibus modis vſuſfru. amit. quid tamen. §. penul. Sed ego contra puto, ſecundum Odof. quia aliàs propter vtilitatem cenſetur idem q̃ non eſt id, ff. de ſeruit. ruſtico. prædio. l. ſeruitutis. §. ſi ſublatam. & nemo dubitet hanc publicam eſſe vtilitatem, ſi talis ciuitas pacificè his priuilegijs potiatur cum pax ſit vtilitas publica. vt ff. de pactis. l. conuentionum. & hic eſt quidam fauor: non potiri verò eſt quoddam odium & fauores ſunt ampliandi, & odia ſunt reſtringenda. arg. ſupra eodem titulo, in principio. ibi cauſam magis ſtudeat &c. & ff. de lib. & poſt. l. cum quidam. & hæc vera ſunt ſi idem populus non
11 tamẽ tunc damnatus à principe ciuitatẽ reædificet. † Quid autem ſi quondam ciuitas, quæ tempore huius pacis, pro ciuitate non habebatur, ſed pro loco, villa, vel caſtro reedificetur, & ciuitas fiat, an huiuſmodi priuilegijs potietur. R ñ deo nõ tãquã ciuitas, ſed tãquã caſtrũ ei⁹ ciuitatis, ſub qua erat, cũ de ea tanquã de ciuitate mentio facta nõ fuerit, & ideò omiſſa intelligatur. ff. ſolu. matri. l. ſi cum dotem. & in c. literas. de reſcrip. in clemen. Idem crederent ſi de nouo in territorio alicuius iſtarum ciuitatum ciuitas aliqua inſtrueretur. quia nouum corpus, & noua vniuerſitas eſt. & eſt ſimilis poſthumo præterito. vt C. de reuocan. dona. l. ſi vnquam. & caſui improuiſo. vt ff. de teſta. mili. l. milites codicil. §. miles. & rei quæ nunc primum apparet in rerum natura. vt ff. de cõtrahen. emptio. l. rutilia. & in l. lege. & in c. vlti. de reſcrip. in gl. Sed videtur cõtra ff. ſi ſer. ven. l. ſi. ſed ibi fuit facta mẽ
12 tio de futuris. † Pone quẽdam ciuitas ſubmerſa eſt in mari: Papa hoc ignorans fecit quendam Epiſcopum illius ciuitatis, quæritur an erit Epiſcopus ſaltem ratione diœceſis: & videtur quod non. ar. extrà de reſcrip. ca. Rodulfus. & quia illa diœceſis eſt acephala, quia caput non habet. ar. ff. de leg. iij. l. j. §. hi quibus. Item quia nõ videtur Epiſcopus eſſe poſſe ſine ciuitate. vt no. in decre. xcix. diſt. prouinciæ Nã etiã ſine preſide ꝓprio põt eſſe ciuitas, nõ tñ ſine epiſcopo, quo caſu Epiſcopus erit dñs non ſolum ſpiritualis, ſed etiã tẽporalis. vt in auc. vt dif. iud. §. j. Contrarium credo quia ſi non valet in totum, debet valere pro ea parte, pro qua valere poteſt: argu. ff. de ſerui. l. ſi tam auguſti. porro quandoque pars
13 ponitur pro toto. vt ff. de leg. iij. l. vxori ſuæ. † Quæro nunquid ciuitas durans in nouis ciuibus, non naturalibus, ſed aduentitijs dicatur eadem ciuitas. Reſpõdeo, ſic: nam hoc eſt ſimile capitibus ſurrogatis in loco mortuorũ. ff. de lega. j. l. grege. & l. ſi gregem. & patriæ priuilegium videtur ipſis ciuibus eſſe conceſſum. vt C. de teſt. l. ſi non ſpeciali. & de fo. compet. dilecti. Item quia quod vniuerſale eſt, non poteſt morte perire, ſicut homo in genere nõ moritur. vt ff. ad leg. Fal. l. in ratiõe. §. incertę. Item lex dicit ciuitas noſtra populoſa eſt quæ in numero etiam aduenas comprehendit. vt in authen. quæſtore. poſt princi. Nam ciuitas vice perſonæ fungitur, cum talis eſt vniuerſitas, quæ vice vnius perſonæ fun-
14 gatur, oĩa trãſeunt cũ ipſa: vt ff. de fideiuſ. l. mortuo. † Quæro quid ſi ex pluribus caſtris vnius cituiatis, puta Bononiæ fiat vna congregatio, quæ velit ſe ſurgere nomine ciuitatis. Reſpon. hoc non poteſt fieri ſine conſenſu ſuperioris, id eſt rectoris illius ciuitatis, in cuius territorio ædificetur. vt ff. de col. illicitis. l. j. & argu. ff. de rerum diuiſ. l. antepe. §. pe. ſecundum Odof. & C. de fundis limi. l. quæcunque caſtrorum. libro decimo. & in authentica. qui. mo. nat. effi. ſui. §. ſi quis. igitur ex quolibet. *Vel habetis.* præſentes ergo & præteritas tantum hîc conſuetudines concedit. Quid ergo de futuris. Reſpondeo illę non conduntur per conſtitutionem iſtam Odofre. argumentum. ff. de leg. l. cum lex. & ſic eſt argumentum quòd noua ſtatuta non poſſunt fieri, ſine ſciẽtia principis. argumentum à contrario ſenſu iſtius literæ. dic vt in l. omnes populi. per Doc. imo ſi pertinent ad bonum regimen, per ea quæ ſequuntur ſtandum eſt antiquitati. *Sicut ab antiquo.* argumentum quòd antiquæ conſuetudi-
d nes ſunt ſeruandæ. d vnde dicit lex ne quod contra longam cõſuetudinem fiat ad ſolicitudinem ſuam reuocabit preſes prouinciæ. C. quæ ſit longa conſuetu. lege prima. ſimile habes C. de officio recto. ꝓuin. l. nullum. C. de ſer. & aqua. l. ſi manifeſtè. & ff. de offi. procon. l. ſi in aliam. Et no. hîc expreſſum quòd in paſcuis, pontibus, aquis & molendinis, ac etiam in ipſis commoditatibus aquarum ſtandum eſt antiquitati. verbũ enim habuiſtis, & habetis ſignat retro ſubſiſtẽtiã iure cõſuetudinario, & quia illud erat amiſſum per rebellionem hîc recuperatur p gratiã, & reconciliationem. C. de ſen. paſ. l. fin. ſicut ſi poſtliminio ciuitas reuerſa eſſet ff. de iniuſto teſta. l. ſi quis filio. §. fi. Et ſcias quòd in præſcribenda cõſuetudine, non eſt neceſſe allegare titulum. vt no. in capitulo primo de reſcriptis. libro ſexto in nouel. & facit ad conſuetudinem obſeruandam. C. de agri. & cenſi. l. domini prædiorum. libro vndecimo. & per Ioan. And. in c. tertio. de conſue. libro ſexto. in nouella. Item not. quod interdum fit aquæ diſtributio, arbitrio boni viri. ff. de var. & extraordi. cogni. l. de vſu. & not. in Specu. de cauſa poſſ. vbi vide. Imperator vult hîc quòd aqua perpetua, & curſus eius & commoditas perpetuò non tollatur, nec alteretur. facit C. de aquæductu. l. ſi diligenter. libro vndecimo. & loquitur tam de aqua publica, quàm de aqua quæ ſeruit commoditatibus priuatorum: vt hîc in verbo perſonę. & eſt expreſſum. C. de aquæductu. l. vſus aquæ. libr. vndecimo. & extrà de offic. deleg. cum olim. *Intus & extra.* Nota tam eandem quàm aliam eſſe poſſe conſuetudinem intra ciuitatem, & extra, id eſt in rure, & in comitatu. vt hîc. C. de teſtamen. l. ſi. *in priuilegio.* id eſt in cõſuetudine priuilegiata. Conſuetudo priuilegiat aliquem, ſicut principis priuilegium: nam cõſuetudo vice principis fungitur. de verborum ſignificatione. capitulo ſuper quibuſdam. §. præterea. Et collige hic quòd ſicut per rebellionem contra principem perduntur priuilegia, ita conſuetudines priuilegiatæ, quod tene menti. *Munitione ciuitatis.* Licet enim Lombardis ciuitatem munire. vt hic, & infra, eodem ciuitates. Adde quòd non ſolum Lombardis, ſed etiam alijs. C. de ſacroſanctis eccleſijs. l. ad inſtru
15 ctionem. † Nunquid ergo eccleſiæ tenerentur ad talem munitionem conferre. Dic quòd aut fit ad ornatum, & non debent conferre. Aut fit ad neceſsitatem, & debent cõferre. quia eſt eadem ratio quæ in via & pontibus. nam refectionem itineris & pontium agnoſcit eccleſia propter communem reipublicæ neceſsitatem, in qua etiam eccleſię continentur. Idem & in gabella plauſtrorum, quæ ſoluitur ad portam. quia illud ſoluitur, quia plauſtra deſtruunt ciuitatem, & vias: oportet quod quotidie reficiantur viæ ex illa pecunia. & ideò ſicut ad refectionem vię tenentur, ita ad ſolutionem illius gabellæ ex qua reficitur via. Ad expenſas ergo ſuperuacuas, vel honoris cauſa ſicut eſſet ſalicare
e plateam non tenẽtur eccleſię, ſed ad alias neceſſarias expenſas pontium, viarum, murorum tenentur ſecundum Iac. Bu. in dicta lege ad inſtructionem. niſi fortè ſint eccleſiæ mendicantium: quia nulla bona in ciuitate habent ſicut dicimus in ſimili de capitulo dictę legis tutelas. §. ſi libertate. & ff. de vul. & pupil. l. lex Cornel. Nam pauperes ad huiuſmodi ſumptus burſales conferre non tenentur vt legitur & not. C. de annonis & tribuis. l. indictionis. libro decimo. & notatur xvj. queſtione prima. generaliter. quod ordinaria ſubire tenetur. & extrà de immu. eccl. minus. & vigeſimaquarta
16 queſtione octaua ſecundum † Quid de collectis quę pro alijs neceſsitatibus imponuntur. Dic quod ſi poſſeſsio per eccleſiam acquiſita erat aſcripta dare pro ſolido & libra ad collectas, quia quandoque patrimoniali muneris poſſeſſionibus inducuntur: vt ff. de mune. & hono. l. reſcripto. §. vlti. & l. munerum. §. patrimoniorum. & tunc res illa eſt onerata. etenim illo onere tranſit' qua de re clericus ad quem peruenit, pro illa ſoluere tenetur ff. de actionibus empti. & vendi. lege alienatio. Digeſtis de acqui. rerum domi. l. traditio. C. ſine ſenſu, vel reli. l. omnes. Nam pro talibus collectis bona ſunt hypothecata. imo ſunt quodammodo ſuppoſita ſeruituti cuidã. & ideò ad quemcũq; trãſeunt, cum onere ſuo trãſeũt. vt ff. de act. empt. l. in vẽditione. & hoc verũ, ſi ta

Source : BIU Cujas

lis deſcriptio quæ ſit pro ſolido & libra ſit perpetua & certa. Secus ſi propter varietatem negotiorum imminentium immutetur. nam incertæ obligationi hypotheca accedere nõ poteſt. & ideò non videtur huiuſmodi onus durare poſt quam peruenit ad perſonam priuilegiatam. vt in c. vno. de iurepa. in vj. & ita tenet Archi. in c. j. de immu. eccle. lib. vj. & idem ibi Ioan. And. in nouella. & per Spe. in titu. de cle.
17 coniu. c. j. ver. ad hoc. †Ex his apparet, quod collecta eſt munus merè patrimoniale. vt quando eſt perpetua, certa, & ordinata. quandoque eſt munus mixtum: vt quando non eſt ordinaria, ſed ſecũdũ emergẽtes caſus imponitur perſonis pro rebus, quo caſu nõ tenetur eccleſia: quia nõ eſt ſubiecta Comitatib⁹, vel dominis temporalibus, ſicut nõ tenetur ad ſuperindictum. vt C. de ſanc. ſac. eccl. l. placet, ad quę etiã nõ tenetur clericus ad titulum ſui patrimonij perpetuò ordinatus. vt nota. capitulo Epiſcopus. de præbendis. per Ber. *In iuriſdictione tam criminalibus cauſis, quàm in ciuilibus.* Hîc apertè apparet quod merum imperium & mixtum dicitur iuriſdictio. cum dicat in criminalibus & pecuniarijs ſic ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdictio. l. j. §. j. vt no. ff. de iuriſdi.
18 om. iud. l. imperium. *Criminalibus.* Sed an & ſine hac permiſſione habeat iuriſdictionem in criminalibus. vidi ſæpius quęri. Ioan. & Azo dicunt quod ſic: vt ff. de officio præſidis. l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. ex quibus cauſis maio. l. ſed & ſi per prætorem. §. j. Alij dicunt ſolo principi merum imperiũ competere. Nam populus ex l. Ortenſia ei & in eũ omne imperium, & omnem iuriſdictionem tranſtulit. vt inſti. de iure naturali §. ſed quod principi. & ff. de conſtit. prin. l. j. in prin ar. validum. ff. de offi. præfect. prẽto. l. vniea. ibi regimẽtis. &. ar. C. de vete. iure enucle. l. j. §. *ſed hoc ſtudioſum.* Itẽ dicit expreſſè lex iſtius imperatoris, *omnis iuriſdictio*, & omnis diſtrictus apud principem eſt: vt ſuprà quæ ſint regalia. ca. omnis iuriſdictio. Item & ſolus princeps poteſt ſtatuere generalem æquitatem. vt C. de legi. & conſti. princ. l. j. & ad hoc videtur facere diffinitio iuriſdictionis. eſt enim iuriſdictio poteſtas de publico introducta cũ neceſsitate iuriſdictionis & æquitatis ſtatuendæ. vt no. do. Azo in ſumma ſua. C. de iuriſ. om. iudiic. circa prin. Et nemo ſani capitis dubitat merum imperium iuriſdictionem eſſe vt ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdi. l. j. in gl. ibi & ideò. & l. ij. in prin. Non obſtant leges in cõtrarium allegatæ quia exercentur authoritate principis. vt C. de leg. & conſti. l. fi. & ſuprà, quę ſint regalia. capi. omnis iuriſdictio. Illud tamen nemo eſt qui neget magiſtratus municipales non habere merum imperium. vt ff. de iuriſdictione omnium iudicum. l. magiſtratibus. Sed certè ego puto Poteſtates qui hodie eliguntur eſſe municipales magiſtratus: vt C. de magi. muni. l. j. vel defenſores ciuitatũ. vt in auc. de defen. ciui. §. nos igitur. col. iij. qui nõ habet merũ imperiũ. vt C. de defen. ciui. l. defenſores. Ita & lege defenſores ciuitatis oblatos reos. & in authen. iuſiurandum. quod præſtatur ab his, qui admini. ſuſci. §. equus. colla. ij. & ſic non habebant ante hanc pacem iuriſdictionem in criminalib⁹, ſed hodie conceditur eis. Præterea ſi & ſine hac conceſsione haberent ad quid ergo in modum priuilegij hoc eis concederetur cum fruſtra precibus impetretur quod iure communi conceditur. vt C. de theſau. l. vna. libro x. Odoff. idem tenet Specu. dicens quòd poteſtates terrarum non habẽt merum imperium, & ideo nedum ad vltimum ſupplicium nequeũt condemnare, ſed nec forbannire valent, & nimirum, quia non reperitur hoc eſſe conceſſum ſpecialiter: huiuſmodi enim iuriſdictiones nominatim lege, vel Senatuſconſulto, vel conſtitutione principum conſtituuntur. vt ff. de officio eius cui manda. eſt iuriſdict. l. j. vnde cum magiſtratibus municipalib⁹ non videatur hoc attributum, tacitè videtur denegatum: vt C. de ſenten. & interlocu. omnium iudic. l. nulli. Propterea merum imperium competit in prouincia ſoli præſidi prouinciæ: vt ff. de offic. præſi. l. præſes. & l. illicitas. §. qui vniuerſarum. Sed poteſt dici ſecundum Accur. quòd hoc iure cauetur, ſed conſuetudine non habetur in ciuitatibus, quæ populariter reguntur. Nam poteſtas eligitur ab eis, & de conſuetudine inueſtitur, & alium præſidẽ non habent vnde merum & mixtum imperium, & omnimoda iuriſdictio apud eum eſt: quia loco præſidis habetur reſpectu illius ciuitatis. vt not. in authen. de defen. ciui. §. nulla. in gl. quæ incipit ſcilicet maiori. in fi. & C. de præſcript. lon. tempo. l. fin. Idem in caſtris, ſeu terris, quæ alterius iuriſdictioni non ſubſunt, ſicut in inſulis multa ſunt. facit quod not. in c.
19 j. de re iudi. lib. vj. in nouel. C. de teſti. l. fi. †An ergo damnati ad mortem à talibus poteſtatibus terrarũ efficiantur ſerui pœnæ. Reſpondeo, quòd ſic. ſi ponatur eos habere merũ imperium, adeo vt nec poſsint eis reſeruare teſtamenti factionem etiam cauſa cognita: quia teſtamenti factio publici iuris eſt, & in ſeruum non cadit, vt not. C. de teſta. milita. l. & militibus noſtris. etiam ſi faciant teſtamentum ad pias cauſas, bene tamen poteſt ſe obligare inter viuos, antequam ſit condemnatus ad reſtitutionem malè ablatorum: vt not. in cap. quanquam. de vſur. in ſexto. in nouel. Poſt ſententiam verò ſi bona ſint confiſcata, nihil ſtatuere poteſt. argu. in l. ſi partem. §. fina. ff. quemadmodum ſerui. amit. & ff. de noua. l. quoties. §. fina. Hic enim nulla bona in ciuitate reliquit. vt ff. de vulga. ſubſtitu. l. lex Cornelia. & ff. de his quæ pro non ſcript. ha. l. ſi is qui metallum. & ff. de capi. dimi. l. tutelas. &
20 l. ſi libertatem. in fi. ibi nudus exulat. † Sed hîc dubitatur an ſi quis pro furto, vel alio priuato delicto cõdemnatus ſit ad furcas, nunquid bona ſint tacitè confiſcata. & gloſſ. ſentit ꝙ non in l. ſecunda. C. quemadmodum teſtamenta aper. Item & ſi pœna ſit furcarum, tamen crimen eſt priuatum. vt not. ff. de condictio. ob cauſam. l. ſi ſeruus tuus. ff. de his qui not. infa. l. ictus fuſtium. per Barto. vide in authen. bona damnatorum. C. de bonis damna. eſſe eius intellectum &c. de quo crimine & alijs, an poſsit inquiri. nota. in cap. fœlicis. de pœnis. in nouella. libro vj. & melius & latius in l. ij. §. ſi publico.
21 ff. de adulterijs. & per me. C. de probatio. l. iubemus. †Deinde quæro, pone quòd princeps conceſsit ciuitati facere ſtatuta, virtute cuius cõceſsionis ciuitas fecit ſtatuta ſua. quæ-
f ro nunquid poterit reuocare, & videtur quòd non: f quia intelligeretur de primo actu. vt ff. de verbo. ſignifi. l. boues. §. hoc ſermone. contrarium eſt verum. argumẽ. C. de teſta. l. omnium. & quod not. in c. non poteſt. de præben. lib. vj. in nouella. Ex his apparet quòd ſtatuta potius accedunt vlti-
g mæ voluntati, quàm contractui de hoc no. g in c. cunctis. de conceſ. præben. in ſexto. & Inno. ff. de leg. ſed & poſteriores. Et not. per Pet. & Cyn. C. commun. de lega. l. final. §. primo.
22 †Quæro vtrum ſtatutum iniquum teneat. Reſpondeo ſic: ſi ſit ſolenniter factum, donec corrigatur per ſuperiorem, ſecus ſi ſit impoſsibile. vt not. in cap. fin. de appel. lib. vj. in nouel. & in cæteris quæ ad commoditatem ſpectãt ciuitatum hic conceditur ciuitatibus, quod olim erat cõmiſſum præſidibus. vt in authenti. de manda. prin. §. deinde competens. ibi, & quid omnino &c. Et collige quòd malefactores punire ſpectat ad commoditatem ciuitatum. vt hic, & ff. de offic. præſi. l. congruit. & ad ſalutem omnium. vt C. de ferijs. l. prouinciarum. expedit enim reipubl. vt maleficia puniãtur. vt ff. ad legem Aquil. ita vulneratus ne ad ea committenda temerè quiſquam proſiliat. vt C. de pœn. l. ſi operis. Ex hoc ergo §. nos Romanorum. habes quædam verba vtilia & neceſſaria ciuitatibus, quæ ſunt conceſſa indulta, & confirmata per hunc Imperatorem Federi. certis ciuitatibus Lombardiæ. Non enim eſt conceſsio generalis, ita quòd ex vi *ipſius* conceſsionis, extẽdatur ad alias ciuitates, imò eſt *localis* certarum ciuitatum inferius ſpecificatarum, licet quo ad ipſas ciuitates faciant ius cõmune vt patet ſtatim *in* §. volumus. ſecundum Odofre. Porrò etiam *locales conſuetudines* quo ad locum ipſum dicuntur ius commune. vt in capi. cum veniſſet. de eo qui mit. in poſſeſsio. cauſa rei ſeruan. ratio quia iure communi confirmatur. vt ff. de iuſtitia & iure. l. omnes populi. Porrò ſi conſuetudines confirmatæ ſunt ſub certo modo, & forma non valent niſi ſub illo modo & forma. C. de teſtamen. l. fina. quas princeps tacitè confirmare videtur eoipſo quòd ſunt tolerabiles. C. de re militar. l. tam collatores. libro duodecimo. C. de agrico. & cenſiti. l. domini prædiorum. libro vndecimo. C. de fund. limitro. l. prima. & lege quicunque. & l. fina. de iure fiſc. l. ſuper creandis. & C. de venden. reb. ciui. l. j. lib. x. Contrà malę conſuetudines tanquam

abortiua

abortiua ſtatuta non conualeſcunt tempore. vt in authen. vt nulli iudi. §. nulli verò. vnde dicit Imperator conſuetudines tunc tenent cum noſtris non repugnant legibus. in authen. de vſur. nau. fin. §. & ibi no. Et ideò contra concilia generalia, quę ſeruanda ſunt vt euangelia non tenet conſuetudo, vel contraria conſtitutio, vt not. in capitul. cum laicis. de rebus eccle. non alie. in nouella. & capitulo nulli. eodem titu. in nouel. vnde non valet ſtatutum, vel conſuetudo, de præſtandis vſuris: quia eſt contra concilium. vt nota. C. de
23 vſur. auth. ad hæc. †Sed nunquid valet ſententia lata contra
h conſuetudinem, videtur quòd ſic h quaſi contra factum lata: nam cõſuetudines licet facti ſunt, tñ poteſt appellari. Iſte videtur caſus not. in capitul. cum veniſſet. nam cum de ea non conſtet ſine probationibus, meritò dicitur in facto cõſiſtere. articuli verò iuris debentur illi ſuper quibus ſine probationibus facti ſtatim poteſt pronuntiari. vt not. in capitul. ad decimas. de reſti. ſpoliat. in nouella. Sed ſuper facto non poteſt pronuntiari niſi examinetur factum: vt C. de veteranis. l. prouidendum. & C. de hære. inſti. l. cum proponas. &
24 ponit Cy. C. quando prouo. non eſt neceſ. l. ij. †*Volumus ut regalia.* Iſtud verbum volumus oſtendit hanc legem eſſe, quia quicquid principi placuit, legis habet vigorem. vt C. de conſti. princip. l. prima. in princip. & inſti. de iure na. §. ſed quod principi. & ff. de origi. iur. l. ſecunda. §. nouiſsima. & ſic cõtra
i ctus principis trãſit ad ſtatutum legis. vt ff. de publ. l. Cæſar. i Item probatur ex eo quòd Imperator vult eam per vniuerſos populos diuulgari. vt ſuprà eodem circa princip. ibi ea propter &c. quod quidem iudicat, vt ſit lex. C. de legibus & conſtitu. princi. l. leges ſacratiſsimæ. *Quæ nobis conceſſa ſunt.* Quia non omnia regalia fuerant conceſſa, ſed demum ea quæ longa conſuetudine erant poſſeſſa, & illa non in pro-
25 prietate ſed in fidelitate. † Nota ergo q̃ ſi eſt quæſtio quæ ſunt conceſſa, & quæ remaneant conceſſori, debẽt eligi boni viri, bonæ opinionis, ad hoc idonei non ſuſpecti, qui iurent quòd bona fide ſine fraude perquirent, & conſignabunt cuique quod ſe contingit, qui tex. eſt valde nota. de iuramẽto. facit quod not. C. de ſecun. nupt. l. hac edictali. §. his illud. & de fide inſtru. l. plures apochis. & Bar. in l. Theopompus. Et ad ſaluandum ipſos iurantes de periurio, ſcias quod in omni iuramento ſufficit verum dicere ſecundum cõſciẽ-
k tiam: k vt not. in capit. præſentium. de teſtibus. in nouella. k
26 †No. quod ſuper controuerſia inter principem, & ſubditos eliguntur arbit. & hoc per iſtam pacem, aliàs poteſt princeps vbiq; citari per ſubditum, & ipſe cognoſcere vt l. proximè. ff. de his quę in teſtamento delentur. & C. ne quis in ſua. l. prima. per Cy. ff. de hæredibus inſtituendis. l. & hæc Tyberius. per Cyn. & in l. eſt reſcriptum. de iuriſdictione omnium iudic. *idonei credantur.* quo caſu etiam malè fuerint verſati, non eſt quod imputetur eis qui eligerunt vt ff. commo. l. argẽtũ.
27 & ff. de rei vendi. l. ſi à bonæfidei. Odoffre. †Et ex hoc ſume arg. quòd iudex non fecit litem ſuam, ex eo, quod arbitri à ſe electi malè pronuntiauerint, quia quod bona fide fit bene fieri cenſetur. arg. ff. de condit. & demonſtra. quamuis. & quod nota. ff. de iureiurando. l. eum qui. §. in popularibus. argu. contra. ff. man. l. idémq; §. ſi procurator. Sed ibi mandatori non imminebat explicatio negotij, hîc ſola electio perſonarum quia nihil faciebant nomine eligentis, ſed nomine dominorum. & ſic nõ obſtat. *Qui nec contra ciuitatem.* Nota arg. quòd bonus ciuis eſt qui patrię iura tuetur. & ille eſt ad regimen eligendus: non autem qui eſt cõtra patriã. Odofre. Ad *noſtram.* ſiue ratione imperij, ſiue ratione patrimonij, cũ oĩa principis eſſe intelligãtur, ſiue fiſcalia ſiue patrimonialia ſint. vt C. de quadriẽna. præſcr. l. bene à Zenone. Odo. quod dic vt in princ. Digeſtorum omnem. ſi quis autem. Nõ
28 *admittemus.* †No. quòd non debet quis audiri contra illud quod facit princeps ex certa ſcientia, imo debet repelli & imponi ei perpetuum ſilentium. Nam dicit lex, quis tantæ ſuperbiæ faſtidio tumidus eſt, vt regalẽ ſenſum regat. vt C. de leg. & conſti. l. fi. & l. fi. C. de cri. ſacri. Et nota hîc de ſilentio imponendo etiam lite non conteſtata, ſcilicet non audi-
29 to petitorio. ff. de alea. l. j. §. quod autem. † Si ſtatutum dicit talis non audiatur, an valeat ſententia pro eo lata. Iacob. de Arena doctor Parmenſis, tenet q̃ non. Quod verũ eſt, ſi eſt talis, quòd habeatur pro mortuo, vt bannitus: vel iudex dolo procedit. vt dicta lege prima. §. quod autem. de alea. quia ille qui procedit in cõtẽptum legum, videtur procedere errore iuris expreſſo. & vide l. j. C. de hæred. inſtituen. per Cyn. Sed qualiter poteſt imponi ſilentium ei, qui non auditur. Reſpondeo quòd non auditur pro ſe, ſed contra ſe. ff. ff. de poſtu. l. quos prohibet. ff de procur. l. filius. §. veteranj. & vide quod notat. de officio delegat. cum ſuper abbatia. in nouella. & per Cyn. in l. vnica. C. de dona. lib. & in l. ſed & per prętorem. §. ſed dum decreto. ex quibus cauſis maiores. & in l. ſi prius. C. de his qui ad eccle. confug. per Iacobum de Arena.

ADDITIONES.

a Palam. Vide optimũ text. in l. imperator. ff. de iure fiſc. And. Barba.

b Nota. Vide text. in l. j. §. fi. ff. de quæſt. quãdo dicitur quòd princeps facit gratiam, an videtur reſtituere, an indulgere, Bar. ibi dicit quòd reſtituere, & idem dicit in l. fi. de ſenten. paſ. vide eundem in l. fin. C. eod. ſed contrarium videtur hîc tenere Bald. dum dicit ad plenam gratiam, ergo ſecus ſi ſimpliciter ad gratiam recepit. & contra Bar. tenet Cyn. in d. l. fi. C. de ſenten. paſ. & ſequitur ibi Sal. & pridie conſului contra Bar. & vide Bal. in l. j. §. hæc ſacramenta. de pa. iur. fir. quod quãdo quis facit id ad quod tenetur ratione naturali, dicitur facere gratiam: tu pondera, quia imo ibi non fuit gratia imo debitum vide de gratia do. Car. & ibi in rubrica dixi in c. j. de commoda. vide text. in l. Paulus. §. Paulus. ff. de fidei. lib. vbi verbum, gratia, importat libertatem. & ibi Ang. dicit quòd ſi princeps facit gratiam ciuitati pro ſuis meritis, quòd videtur eam facere exemptam vide capit. nonnulli. de reſcrip. vbi dicitur fieri gratia, quando conceditur reſcriptum ad lites. vide tex. in c. eam te. de reſcrip. in verbo, gratia Ieſu Chriſti. & quæ ibi dixi. & vide text. in c. ſedes. de reſcrip. vbi apparet gratiã ad lites. vide ibi gl. reſcriptã quia ſigillũ eſt res vide remiſsiones quas dedi in l. ſecunda prælleg. ad Bal. And. Barbat.

e In nouella. Vide quod nota. in capitu. quanto. vel in capitul. ſequenti. extra de conſue. & l. an pacto. de ſerui. expor. & modernos in rubric. ff. ſolu. mat. Andr. Barba.

d Seruandę. Vide capitu. j. vt lit. pend. in verbo conſueuiſtis. & cap. licet. de fo. compe. & de offi. ordi. c. duo ſimil. & c. dilecti. de preſcrip. cap. ad audientiam. in verbo, conſueuit. de præſcri. c. auaritiæ. de præben. in verbo, conſueuiſtis. facit quod ibi dixit Baldus in rubr. de dilat. quòd ſi iudex non ſeruat conſuetudinem ita poſsit appellari ſicut ſi non ſeruaret ius commune: allegat d. l. an in totum. facit capitu. ſecundũ. de proba. in verbo, conſuetum. facit cap. cum eccleſia. de cauſa. poſ. c. veniens. in verbo, conſueuerunt. de teſta. c. cum cle. de pac. Andr. Barba.

e Salicare. Vide Bal. in l. ad inſtructionem. de ſacroſanct. eccle. Andr. Barbat.

f Quod non. Vide Bar. in l. oẽs populi. ff. de iuſti. & iur. & in l. omniũ. C. quem ad. teſt. ordi. & ibi Bal. aliter loquitur. & moderniores, in c. cũ miſiſſet. de conſti. cõcordant opi. & dicunt quòd aut ſtatutum comprehendit fauorem ſtatuentium, & tunc procedat opi. Barto. aut comprehendit fauorem ſuperioris, & tunc procedat opi. contra Iacob. & vide Bald. & Saly. & ibi notaui in l. ſi vt proponitur. C. de nuptijs. d. Petr. de Ancha. in capitulo cum aliquibus. de reſcrip. videtur tranſire cum opin. Bar. in d. l. oĩum. & vide Bal. in l. ex placito. de rerũ permu. vbi quærit ſi ſtatutũ cõfirmatur à Papa, & aliquis cõtrauenit illi ſtatuto, an dicatur cõtrauenire cõtra ſtatũ, an cõtra ſtatutũ populi: vide quia pulchrè loquitur Bald. in §. quilibet. in prima conſtitu. C. vbi pulchra loquitur & tenet quòd poſtquam ſunt confirmata, nõ poſſunt mutari. vide tex. in capitu. dilecto. de præben. vbi poſſunt tollere, niſi apponatur in confirmatione, clauſula decreti. vide ibi. d. Abb. & quę ibi dixi vide An. & Bal. in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. Ang. in l. Paulus. ff. de lega. iij. & ibi vide Ioan. de Imol. & in dicta l. ex facto. d. Petrus in capitu. ſuggeſtum. de deci. Io. And. in c. iij. de inſti. Bald. in capitu. conſti. de reſcri. Lud. Roma. conſi. cxiij. Ang. in prealle. l. omnium. vide quæ dixi in c. cũ acceſſiſſent. vide tex. in c. cũ M. de conſti. vbi probatur opi. Bar. in d. l. omnium. per Pet. & Cy. in d. l. omnis. vide Lud. Roma. conſi. cxiij. ſi conſtitutio cõfirmata poſsit tolli. Andr. Barba.

g Notatur. Vide Bar. in l. ſi. ff. de reg. Cato. & Bar. in l. ſuus quoq;. §. ſi filio. ff. de hær. inſti. aliter loquitur Bar. in l. ſi arrogator. in princ. ff. de ado. & in l. cõtractus. C. de fide inſt. Bal. in l. oẽs populi. ff. de iuſti. & iur. Bal. in l. ea demũ. C. de colla. dicit q̃ cõſuetudo magis accedit cõtractui quã vltimę volũtati. vide Lud. Ro. conſi. cxx. vbi allegat Bal. hic & vide in cõſi. lxiij. & vide Bal. in c. j. de conſti. vbi ſingulariter loquitur. & vide Bal. in rub. co. ti. vbi pulchrè loquitur & quod no. Bart. in l. Iul. ff. de cõd. indeb. Bal. in c. cũ olim. de dolo & cõtu. vbi allegat Bar. in d. l. Iul. & loquitur de repreſalijs licet videatur tex. contra Bar. And. Barb.

h Quod ſic. Vide Bal. in l. ij. C. quando prouo. non eſt neceſ. & vide eũdem in l. j. C. de his quæ deſunt aduo. ibi dicit q̃ aut cõſuetudo eſt notoria, & non tenet ſententia: aut non, & tunc tenet & ſic procedit id quod hic dicit. vide moder. in l. is ad quẽ. ff. de acquir. hære. And. Barba.

i L. Cæſar. Vide Bal. in c. j. ſuprà de na. feu. & Bar. in prælle. l. Cæſar. & in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. And. Barba.

k Secundum conſcientiam. Vide gl. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcrip. in vj. And. Barba.

Source : BIU Cujas

1 ☞ Rex Romanorum potest cõcedere priuilegia ante coronationẽ.
2 Episcopis quod conceditur an videatur concessum eorum ecclesijs.
3 Bona rebellium si tempore rebellionis sunt cõcessa alijs facta pace debentur prioribus dominis.
4 Cassentur iunctum cum uerbo irritentur, significat ipso iure.
5 Episcopus si est comes alicuius ciuitatis debet ipse inuestire consules de constitu. Lotha.
6 Episcopi habentes temporalitatem ab imperatore, an teneantur corã imperatore comparere.
7 Syndicus uel nuntius qualiter debet uerba concipere.
8 Nuntius si mittitur mittens uult obligare per seipsum non per alium.
9 Imperium an transferatur iure hæreditario.
10 Princeps à quibus eligi debet.
11 Imperium semper est.
12 Papa an posset priuare principes seculares potestate eligendi principem.
13 Comites creati à Papa uacante regno: si postea Papa creauit regem, an teneatur tali regi præstare fidelitatem.
14 Appellans Italicus non tenetur ire ad Alemaniam.
15 Iudex debet iurare quòd feret sententiam secundum leges, & consuetudines.
16 Adde ad idem.
17 Appellatio an sit deserta elapsis duobus mensibus.
18 Appellationis tempora quando incipiant currere.
19 Tempora assignata per statutum, possunt prorogari per litigantes.
20 Litis contestatio an requiratur in causa appellationis.
21 Iudex si non iudicat intra tempus statutum, an possit postea iudicare.
22 Ciuitas quælibet potest habere consuetudines proprias.
23 Tabellio an de consensu partium possit recipere iuramenta partium.
24 Tempora appellationis an possint prorogari consensu partium.

1 **Hoc quod nos.** †Hîc dicit quòd concessa priuilegia ecclesijs Episcopis, & ciuitatibus, vel alijs quibuscunq; personis clericis, vel laicis per antecessores suos, vel per se, vel per Henricũ filium suum, & Regem Romanorũ firma, & rata permaneãt, Rex scilicet Henricus filius istius Federici, secundum Odoff. Hîc ergo est expressum quòd Rex Romanorũ etiam ante coronationem potest concedere priuilegia. Itte enim Henricus non erat coronatus Imperator, quia pater viuebat. pro hoc not. C. de quadrienn. præscripti. l. bene à Zenone. & ibi per Cy. Dicit Host. quòd vidit in Alemania per principes iudicari, & teneri q̃ rex Romanorum post electionem concordẽ habeat omnem potestatem, quam Imperator nec vnctio aliquid addat, licet Hostien. sit in cõtraria opi. vt not. extra de verborum significa. super quibusdam. in nouella. Sed quicquid dicat Hostiensis, prima opinio seruatur & ipsa veritas. Opinio autem Hostien. posset habere locum, quando esset electus in discordia, in quo tamen aduerte per ea quæ notantur per Ioan. Andr. in cle. Romani. de iureiur. in §. porrò.

2 in versiculo regens. ad fin. glos. *Ecclesijs, uel Episcopis.* †Ex ista alternatiua videtur probari quòd id quod conceditur Episcopis, sit eorum proprium, quod etiam innuit verbum dedit quod est infrà, per quod patet dominiũ esse translatum in Episcopum, cũ dare sit accipientis facere. vt inst. de actio. §. sic itaque. dummodo sit contemplatiõe ecclesię: nam tũc ecclesiæ videretur esse concessum: v ff. de dot. prælega. l. cũ quis. versicul. nam & si quis. Et de hoc habes text. not. in capitulo final. de capitulis Corradi. vbi omnino vide. & adde quod not. Innocentius extrà de testamen. capitulo cum in officijs. & hîc si talis est Episcopus, qui possit habere proprium, aliàs de necessitate acquiritur episcopatui. xviij. quæstione secunda statutum. *Pro bono pacis.* †Nota id quod factũ

3 est pro bono pacis, ratum debet haberi. vt ff. mandati. l. creditor. §. primo. ita tamen quòd non sit contrarium iuri diuino, vel impossibile de iure. vt extra de præbend. capitulo nisi essent. & ibi dicit textus, quia laude arbitratorum propter bonum pacis tenetur æquitas naturalis. Etiam notatur quòd in arbitrijs, & in arbitramentis bona consuetudo est seruanda extra de causa possessio. cum veniſſet. *Priuilegia omnia.* Nota ex isto textu quòd si bona rebellium tempore rebellionis alijs sunt concessa personis, facta pace sunt reddenda primis dominis. textus est hîc valde notabilis, ita quòd ipsa pax non habet vim simplicis indulgentiæ, sed restitutionis in integrum. quod tenet menti. *Iniuriam.* Sed quomodo potest princeps cõcedere aliquid in iniuriam alterius. vt C. de precib. Imperat. offeren. l. secunda. & l. rescripta. & l. neque damnosa. & ff. de iustitia, & iure. l. iusti tia. in principio. & §. iuris præcepta. & C. si contra ius, vel vtili. publicã. l. final. & C. de operis publi. l. præscriptiones. & C. de emancip. lib. l. nec auus. Solutio, hęc causa guerræ fuerunt concessa, & contra rebelles imperij, nec est hoc nouũ: secundum Odo. Ex quo nota quòd rebelles sunt extra legis protectionem. vide C. de natu. lib. l. j. per Cy. *Cassentur.* Not. quòd sublata guerra tollitur omnis eius effectus, secutus propter guerram. sic infrà eo. §. finem quoque. secundum Odoff. *Et in irritum reducantur.* quod dicit cassantur intelligas

a ipso iure: a quod autem sequitur in irritum intelligas ipso fa-

4 cto, Odoff. †Et sic not. quòd verbum cassentur iunctum cum verbo irritentur significat ipso iure. nõ enim requiritur hîc alia sententia, licet textus vtatur verbo futuri temporis

5 quod est notabile. †*In ciuitate.* Hîc dicitur quòd si episcopus per priuilegium Imperatoris, vel Regis est Comes alicuius ciuitatis quòd consules, siue decuriones debent inuestiri de ipso consulatu per ipsum Episcopum, sicut fuit hactenus obseruatum. aliàs in qualibet ciuitate consulatus recipitur authoritate Imperatoris, & inuestitur cõsul per nuntiũ ipsius Imperatoris. Itẽ dicit q̃ de quinquennio in quinquennium quælibet ciuitas mittat ad Imperatorem pro inuestitura iurisdictionum renouanda, ac priuilegij eligendi sibi consules qui iurabunt ipsi Imperiali nuntio, & per ipsum ingrediẽtur officium & idem dicit in suis successoribus obseruandũ.

6 †Not. quòd multi sunt episcopi qui habent ciuitatem, & iurisdictionem temporalem ab Imperatore vel Rege. Quæro igitur vtrum isti episcopi teneantur coram Imperatore, vel Rege comparere, nõ solum quo ad consilium, sed etiam quo ad auxilium si sint conuocati. Respõdeo sic. non tamẽ possunt personaliter distringi. vt no. in c. j. de clericis coniug. in nouella. Bal. *Consules.* De iuramento consulum dicitur extrà de iureiur. c. venientes. & no. in Spe. de iureiur. vbi etiam no. de multiplicibus iuramentis. *Finito.* Hoc hodie non seruatur, imo totum contrarium fit. sed non est ius cum ex priori inuestitura perpetuò inuestiri intelligantur, & nõ ad tempus: vt suprà eo. ti. §. nos Romanorum. in prin. in ver. in perpetuum. Odoff. †

7 *Mittit.* Scilicet nuntium. hîc dicitur simplex nuntius quem vulgo Italici appellant syndicum. & habent concipere verba hoc modo. Peto dñe Federice Romanorũ Imperator à vobis inuestituram fieri communi Bono. & mihi recipienti nomine, & vice communis Bonon. lege testante. ff. de consti. pecu. l. qui autem. § fi. & in l. licet. & per hunc syndicum acquiritur ius inuestituræ communi Bono. vt ff. de consti. pecu. l. eum qui. §. si actori municipium. Vniuersis enim redditur q̃ pro voto omnium primatibus indulgetur. vt C. de aduo. diuer. iudi. l. restituendæ. Odoff. Dicitur autẽ syndicus secũdum gl. quasi singulorum causas vno complexiuo nomine dicens. Vel secuudum Nicolaũ Furiosum, qui fuit discipulus Ioãnis, dicitur syndicus quasi plurium simul causam dicens. & si plures sunt creati syndici ab vniuersitate gerunt publicam personam videtur quòd habeant mandatum insolidum. argu. ff. de admi. tu. l. decreto. etiam in his quę requirunt speciale mãdatũ vt ff. de iureiu. l. Iusiurandũ. & ad pecunias. §. defenso. & per Iac. de Are. C. etiam per procuratorem causæ in integ. restit. agi pos. l. j. Sed tutius est dicere quòd in requirentibus speciale mandatũ debeat syndicus speciale mandatum habere, vel generale cum libera, vt

8 no. in c. præsentium. de testi. lib. vj. in nouel. †Illud est not. dignum quòd qui mittit nuntiũ, vult obligari per seipsum, non per alium. & ideo potest reuocare mandatum clam: sed ille qui procuratorem mittit vult obligari per alium, & non per seipsum, vt legitur & not. C. si qs alteri, vel sibi. l. multũ, itaq; transfert consensum suum in procuratorem. nec valet reuocatio, nisi in notitiam deducatur. vt no. in c. vlti. de procu. lib. vj. in noue. *A nobis & non à nuntio.* & hoc si principi placuerit: vt infrà eod. §. si qua. Odof. *Eadem obseruetur* hoc vult

dicere

dicere litera iſta, quòd idem ſeruetur in perſona ſucceſſoris noſtri quod in noſtrã perſonã ordinam⁹.ſic C.de quadr.præ ſcrip.l.bene à Zenone. *Sive ab illis qui poſtea.*&c.& hæc forma datur ſubditis erga ſucceſſorẽ,ſalua ſemper authoritate ſuc ceſſoris,cui non poteſt anteceſſor imponere legem vt C.de legi.l.digna vox. *Diuina uocatione.* Deus enim in hora mortis nos vocat de temporali ſeculo ad perpetuum.Odof.etiam ſi quis ſua morte moriatur,ſed gladio dicitur mors Dei iudi-
b cio prouenire ᵇvt not.inſti.de capi.dimi.poſt prin.& in euã gelio:Sciens quæ ventura erant ſuper eum. *Conceſſerimus.*hîc primò attende, vtrum imperium iure hæreditario transfe ratur,vel non.Secundò quis eligat principem.Tertiò quis poſsit eligi princeps,& ex quibus debeat eligi.Circa primũ pro & cõtra allegabimus,deinde quod tutius viſum fuerit nobis eligemus.Videtur quidẽ primo imperium ſucceſsione deferri.Hoc autem litera iſta manifeſtè innuit. Nam iſte Federicus,qui nunc viuit,Henrici filius fuit.de quo Henri-
10 co hîc loquitur quidem Imperator fuit.ar.de hoc.C.de fun. patri.lib.xij.quibus.& inſti.de dona.§.ſed primus quidem. in authen.vt defuncti funera.§.ſi nemo etiam quondam. & eſt argu.ad hoc quod hîc dicitur in decretis.lxiij.diſtin.c.in ſynodo congregata.& vigeſimatertia diſtinctione.in nomine domini.vbi dicitur quod princeps potuit ſibi eligere ſuc ceſſorem, vt hîc & videtur. Contra autem videtur quod ex electione non ſucceſsione Imperium deferatur his ratio nibus.Primò quia Imperium habere infortuna eſt.vt C.de veteri iure enuclean.l.ij.§.ſed quia diuinæ.& in authen.de cõſul.in fi.Vnde dicitur:Si fortuna volet fies de Rhetore cõ ſul.Si volet hæc eadem fies de conſule Rhetor.& à Deo ho minibus datur.vt C.de offi.præfec.præto. Affric.l.in nomi ne domini.in prin.& in authen.quomodo oportet Epſco-pos.in prin.C.de quadri.præſcrip.l.fi.in fi.& in authen.vt in medio litis non fiant.§.fi.C.de offi.ma.mi.l.vlti.in princi. & in authen.de fide inſtrumento.§.ij.colla.vj.C.de veteri iure enucle.l.j.in prin.& in authen.de conſul.in fi.& in Lombar. de prohibitis nupt.l.quoniam nobis. in prin.& ſuprà de pri uile. eccleſiarum.l.fi.in prin.& quia Epiſcopus eligitur.vt in authen.de ſanctiſsimis eccleſijs,& Epiſco. §.j. ij.& iij.C.de Epiſcopis,& cleri.ſi quenquam.& omnis dignitas,& omne officium.vt ff.de decre.ab ordina.fac.l.j. Item & aduocatio ſucceſsione non defertur,ſed electione:vt in Lombar.de ad no.& vice domini. l.ſingulis.Et remotis omnibus iuris am bagibus ego puto imperium electione deferri,& non ſuc-ceſsione.extrà de elect. c.venerabilem.§. inſup ſi prædictus Rex.extrà de pact.c.accepimus.Non obſt.quod hîc dicitur, nam ſi quis rectè inſpiciat,nuſquam hîc dicitur ſucceſsionẽ deferri,ſed dicit poſſe concedi,& ſic concordat in decretis. xiij.di.in nomine domini.& lxiij.diſtincti. in ſynodo con-gregata.Sed illi qui ita eligunt authoritatem eligendi apo-ſtolica ſede acceperunt.examinatio tamẽ, promotio,vnctio conſecratio,coronatio,manus impoſitio ad dominum Pa-pam ſpectant,vt dicto c.extrà de elec.c.venerabilẽ.§.j.& ij. & in authen.de men.ordi.cle.§.hanc.Vnde dominus Papa ex cauſa poterit principem deponere.vt in decretis.xv.q.v. c.alius. Itẽ Romanus pontifex &c.& in authẽ.de defen.ciui ta.§.non habente.collat.iij.& in auth.de collat.§.& de hoc cuſtodiri.& argu.ff.de regulis iuris.l.eius eſt nolle.& argu. C.de officio præfect.præto.l.ſi quos.& in authen.de mãda. prin.§.feſtinabit.& in Lombar.de offic.vica.l.fi.cum Impe rator iuret ei fidelitatem.vt in decretis.xliij.diſtinctio.c. tibi domino.& quòd non tranſmittat ad poſteros habes vali-
9 dum argument.de aduo.diuer. iudi.l.petitionem. † Quis autem eliget principem,poſſet quæri.ad quod dic,eliget Se natus.C.de officio preſidis.l.ſecunda.& ex ſenatoribus cum in numero eorum connumeretur.vt C.de dignitati.l.ius ſe natorum.lib.xij.cum ſenatores ſint pars corporis principis. vt C.ad legem Iuliam maieſtat.l.quiſquis.quare & legem fa cere poſſunt,vt & princeps.& ff.de legi.l.non ambigitur.& quia præſes creatur ab ordine,& in eorum ordine remanet. vt ff.quando appel.ſit.l.j.§.ſolent.Vel dic quòd à principi-bus populi ſuffragio.vt inſtitu.de iure naturali.§.ſed quod princip.& argumen.ff.de officio quæſto. l.ſecunda.in prin-cipio.Vel ab eis ſiue populi ſuffragio,authoritate tamẽ apo ſtolica electiõe eis conceſſa,vt ſuprà notatum eſt. Vel dic ꝙ eligitur ab eis qui ſoliti ſunt eligere.Sunt enim certi nobiles qui authoritatem & priuilegium ab apoſtolica ſede habent principem eligendi,& illi eligent,& nullus alius debet ele-ctionem impedire:vt in Lombar.de põtificibus.l.tertia.Cõ firmata autem electione à populo arg.in authent.de defen. ciuita.§.decreto.poſſet dici quòd quilibet poſſet in princi-pem eligi,in quem eligentes conſenſerunt: ſed tamen prius videndum eſt vtrum electus Imperio ſit dignus.vt C.de qua-drien.præſcriptio.l.bene à Zenone.ibi,ſiue ab alijs.&c.Qui enim indignus eſt inferiori ordine,indignior eſt ſuperiori. vt ff.de ſena.l.qui indignus.Vnde de nobilibus & digniori-bus eſt eligendus,nec dedignentur alij milites Comites & Barones qui nõ ſedent in tam alto cubiculo:quoniam po-tentioribus pares eſſe non poſſunt.vt ff.de ali.iudi.mu.cauſ.
10 fac.l.ij.circa principium. † Vnum tamen non omitto,ꝙ Imperium ſemper eſt,etiam ſi deſit eſſe eius gubernator vt in authẽ.quomodo oportet epiſcopos viuere.§.quæ igitur. C.de offic.eius qui vicem alterius gerit.l.ij.Odoff.Dicit Ioã. de domino Ardizone in ſũma ſua,ſub rubricella,de ſucce. Imperij.quòd olim princeps poterat ſibi eligere ſucceſſorẽ: vt in decretis,lxiij. diſtinct.in ſynodo congregata.& xxiij.di ſtinc.in nomine domini.in medio.Sed hodie quidam prin-cipes eligunt Imperatorem,qui poteſtatem eligendi ab apo ſtolica ſede acceperũt ſed examinatio,promotio,vnctio,co-ronatio,& manus impoſitio ad dñm Papã ſpectant,vt extrà de elec.c.venerabilis.§.j.& ij.vnde dñs Papa ex cauſa ipſum poterit deponere.vt in authen.de defenſo.ciui.§.non habẽ te.colla.iij.& de forma fidelitatis.cap.alius.& ff.de reg.iur.l. eius eſt nolle.argument. C.de officio præfecti prætorio.l.ſi quis.in authent de collat.§.ſed hęc cuſtodiri.& in authent. de manda.principum.§.feſtinabit.colla.iij.& in Lombar. de offi.iudi.l.fin.Quod ſucceſsione deferatur,eſt argum.C.de fun.patri.l.hi quibus.& inſtit.de dona.§.primus quidem. & in authenti.defuncti funera.§. ſi verò etiam. collat.v.Nam & Imperator Carolus fuit pater Pepini.Imperator Pepinus fuit pater alterius Caroli Imperatoris.Iſte Carolus fuit pater Ludouici Imperatoris,& Ludouicus fuit pater Lotharij Im-peratoris.vt in Lombard.de far.l.cuiuſlibet.& de epiſcopis & cle.vbi pro tempore.& de capitulis per legẽ tenendis.l.j. Nam & Imperator Federicus videtur innuere in pace con-ſtantię.in §.in ciuitate illa.in fin.quòd poteſt concedere re-gnum eius filio Henrico,& quòd eius filius eidem in regno ſuccedat,ſicut de facto fuit.& iſte nunc Federicus Rugerius Imperaror fuit filius Henrici.Sed tu dicas quòd hoc contin gat potius electione principum,quàm ſucceſsione.Iſta ſunt formaliter verba Iaco.de Ardizo. & hoc vltimum verbum ſuum eſt ipſa veritas,& ita ſeruatur de facto.de Rege Ven-
11 geſlao filio Caroli Imperatoris. *Nomina electorum.* † Et nun quid principes ſeculares ad quos pertinet electio poſſet Pa pa priuare poteſtate eligendi,& an propter eius negligentiã Papa ſolus poſſet eligere Imperatorem.dic vt nota.de re in dicata.capit.ad apoſtolicæ.libro ſexto.& quod no.ff.de leg. l.non ambigitur.per glo.& Cynum. *Inueſtituram recipientes.*
12 Certũ eſt quod regnum Siciliæ eſt eccleſiæ Romanę. † Po ne ergo quòd regno vacante Papa cõtulit plures comitatus regni quibuſdam Comitibus in feudum,deinde creauit ibi Regem.quæritur an illi Comites teneãtur Regi facere fide litatem,tanquam ipſius vaſalli,& dicit Odoffr.quòd eſt hîc caſus quòd ſic.verba Odoffredi hęc ſunt,hîc habes expreſſè quòd in generali feudi alienatione, quam fecit princeps,cõ tinentur vaſalli. quod eſt contra id quod legitur,ſi de feu-do vaſallus fuerit interpellatus.capitu. in generali. Solutio. verum eſt niſi dicatur expreſſum,& hic ſatis expreſſè dici-tur.Vel ſolue quod non habet ſucceſſor ius iſtorum vaſallo rum ex conceſsione iſta, ſed ideo quia princeps. & facit ff. quibus modis pignus, vel hypoth.l.ſicut.§.illud.& ius iſto-rum vaſallorũ acquiſitum eſt Imperio,& ea quę fiſcalia ſunt principis eſſe intelliguntur.vt C. de quadrien. præſcriptiõe. l.bene à Zenone.& ſic non obſtat dictum capitulum in ge-nerali.Odoff.Ex hoc infero,quòd quamuis dicti comitatus

Source : BIU Cujas

sint de territorio regni, quòd videntur iurasse fidelitatem Papæ tanquam Regi,& ideo regno translato,regem sequũtur,sicut membra sequũtur caput suum,à quo discedere nefas est.Item intentio particularium, sumitur pro vniuerso

13 *In causis.* † Nota hic quòd appellans Italicus,non tenetur ire in Alemaniam,secũdum istam pacem:sed Imperator debet habere iudicem appellationum in Lombardia à viginti quinq; libris Imperialium suprà qui cognoscat,& diffiniat, & iste iudex debet præstare iuramentum, quòd bona fide causas examinabit,& diffiniet secundum mores,& leges illius ciuitatis,intra duos menses à contestatione litis,vel à tẽpore appellationis receptæ,nisi iusto impedimento,vel consensu vtriusq; partis remanserit.hæc sunt verba literæ multum notabilia. Et primò nota quòd vbi maior est quantitas Imperialis,debet stare authoritas.vt C. de operis publicis.lege,si quando.& dicitur hîc maior quantitas à viginti quinq; libris Imperialium.supra sed de iure communi aliter taxatur.vt C.de appellationi.l.in offerendis.& lege præcipimus. Secundò not.de iuramento quod debet præstare iu-

14 dex appellationum. †Tertiò nota quòd iudex debet iurare quòd feret sententiam secundum leges,& consuetudines illius ciuitatis,& aliàs dicit lex,iudex sententiam proferat legibus & moribus consonantem in authen.vt cum de appel. cogno.§.primo.coll.octaua.C.de ædificijs priuatis.l.fi is.C. quæ sit longa consuetudo.l.prima.C.de sententijs,& inter-

15 locutionibus omnium iudicum.l.nemo. †Porrò si est quęstio de processu,seruabitur consuetudo primi fori,per gloss. in capitu.licet canon.in versicu.decreto.de electione.in sexto.& per doctores in rubrica de *consuetudine. Secus si esset de processu appellationis,quia cõsuetudo fori illius iudicis appellatiõis debet attẽdi:quia in ordinarijs iudicijs semper attẽditur locus vbi agitur iudicium.* vt per gl.& doctores.in l.secunda.C.quæ sit longa consuetudo.& in dicta rubrica. Ideò si de re,vel de causa seruabitur per iudices appellationis illud ius primus iudex debeat seruare:quia id quod debebat secũdum iustitiam causæ,& fori facere primus iudex, debeat facere iudex appellationis,quia ei succedit vt confirmator,vel reformator,& ideo quod nõ est iniquũ sed æquũ iudici à quo nõ grauat partẽ,& sicà nõ grauamine iniustè appellaretur.vt in dicta authentica,vt cum de appellat.cogno.in princip.saluo quòd ex nouis actis nouam potest ferre sententiam,& etiam veterem custodire.ff.quod cum eo. l.Titianus. Quartò nota quòd hîc statuitur tempus duorum mẽsium,ad causam appellationis decidẽdam:sed de iu re communi statuitur annus.vt C.de tempor.appellatio. au-

16 thenti.ei qui. † Sed quæro nunquid elapsis duobus mensibus appellatio sit deserta,& videtur quòd non:quia meta duorum mensium videtur præfixa cognitori,non persecutori:quia verba diriguntur iudici & non appellatori iuxta notata C.de iudicijs. properandum.in principio. In contrarium dico,quia isti duo menses succedunt loco anni: nã quia constitutio duorum mensium facit mentionem,tacitè videtur prohibere,ne vltra tempus fiat.arg.ff.de lega.ij.l.statulibe.§.Stichus. Item quia tacitè hoc colligitur ex litera: vbi considera quòd aut tempus apponitur iudici cum pœna,& tunc debemus esse cõtenti pœna,aut sine pœna & túc vt aliquid operetur tempus appositũ videtur tempus appositũ ipsi liti,& causæ.Præterea quid diceret litera, nisi iusto impedimento,vel consensu &c.si duraret ipsa appellatio,& eius vigor etiam post duos menses.Itẽ ex eo quod dicitur, de prorogatione temporis per cõsensum partium, apparet manifestè ꝙ sine prorogatione deserta est appellatio.& hoc

17 tenet Odoffre. † Secundò quæro quare litera dixit à contestatione litis,vel tempore appellationis recepta.Respondeo,vult dicere,quod sit appellatus,vel appellans nolle litẽ contestari iudex potest habere litem pro contestata: vt C. de tempo.appellatio.l.fin.§.illius.& extunc currant tempora duorum mensium.De iure autem communi quando incipiunt currere tempora appellationis prosequendæ: dic vt

18 in authenti.de iudicibus.§.appellationes. † Quintò nota quod tempora assignata per statutum, possunt prorogari per litigantes[c],& hoc quando tempus est breue:quia præsumitur appositum fauore litigantium:& etiam fauore sententiæ.Et ideo post terminum legis,vel prorogatum,sententia est & rata appellatio est deserta,quod est not.& idem in tempore statuto super reductione arbitramenti.Nam intelligitur statutum fauore arbitramentalis sententiæ latæ,sed in l.properandum.non est ita.quia ibi nulla præcedit sentẽtia,cuius fauore videatur statutum.Idem quod seruabo in instrumentis guarentigiæ [d] habentibus vim sententiæ

19 per statuta Tusciæ.Bald. † *Vel à tempore.*hic alternatiuè loquitur: nam quia in causa appellationis iudex potest ferre sententiam,& ante litis contest.si vult.vt C.de temp.appellatio.l.fin.§.illud.Et not.quicquid iudicis potestati permit-

20 titur,id iuris necessitati subijcitur:vt ff.de iudi.ibi non quicquid impedimento,& hoc probatum fuerit:vt C.de tempo. appellatio.l.final.§.illud. † Quid ergo si non iudicet intra tẽpus statutũ,an poterit postea iudicare. Rñdeo nõ,si iudex

[e] tulit postea sententiã sententia nõ valet,[e] & ex ea solutum reperitur:nam expirat iudicij instantia.vt C.de iud.l.properandum.§.huius.& §.final.vbi de hoc plenè.aduerte tamẽ tota die clamant quidam,perierunt acta,& expirauit iudicij instantia: vt C.de iudi.l.properandum. Sed certè qui ita diffusè allegat idiota est: nam non omnia acta pereunt.Dic ergo lapsu temporis ea acta perire, in quibus non imminet magnum periculum, sicut est de libelli oblatione: fortè enim vel sine fortè, melius formabitur nunc, quàm primò fuerit formatus, vel saltem ita bene.Item denuo lis debebit contestari,& in hoc etiam non vertitur magnum periculũ Item perit sacramentum calumnię,vnde iterum iurabitur de calumnia.Acta autem in quibus vertitur magnum periculum,vt sunt confessiones, & testium attestationes, non pereunt. Non enim pereunt confessiones, quia potest esse quòd confessus est litigator in prima instantia iudicij aliqua quæ contra eum, & nunc pœnitet. modò in alio iudicio non confiteretur, quod ea confessio agnita sibi præiudiciũ generaret.Item attestationes non pereunt. quia potest esse quod testis non ita recordatur modò, sicut & tunc cùm memoria hominum labilis est:vt ff.de probatio.l.si arbiter. & ff.ad Carbonianum.l.tertia.§.duæ.& l.peregre.de acquirenda possessione.vnde quia in his magnum est periculum, ideo dicendum est, quod non pereunt:nam probationibus pinguius est subueniendum vnde facultas probationum nõ est angustanda:Vt C.de hæretic.& manichęis.l.quoniam.in ne.cùm occasione defectus probationum, ius reddi non valet:vt ff.de testamẽ.tutel.l.duo sunt Titij.quia acta vnius causæ,in alia valent:vt C.de arbitr.l.penultim.in fine.& C. de re iudic.l.final.& de libe.causa.l.iubemus.& de testam.l. final.Odoffred. De citatione an pereat, & videtur quod non: quia traxit executionem præscriptionem irrumpentem.vt C.de præscri.xxx.anno.l.sicut.l.final.& malam fidem in possessore inducendo:vt ff.de pet.hæred.l.item veniunt.§.petitam.cùm enim mala fides sit facti, non potest pro infecto haberi: vt ff.de capitulo.l.in bello.§. factæ. In contrarium est glossa ordinaria.C.de fruct.& lit.expensis.l. litigator.Distingue ergo,aut citatio inducit suum effectum respectu actionis pręscriptionem interrumpendo,& talis effectus durat.Aut respectu officij mercenarij iudicis,& tunc in alia instantia non durat quo ad accessiones, quæ officio mercenario veniunt in iudicio,& ita loquitur gloss. in dicta lege,litigator.vel dic, vt ibi dixi. Quid autem de vitio litigiosi, an duret. Dic vt nota.in lege prima.C.de præscriptio.longi temporis.& lege cum lite mortua.ff.iudic. solui. Quod autem dictum est de attestationibus,intellige publicatis,secus si non essent publicatæ: quia non habent publicam authoritatem antequam publicentur:vt not.ff.quæ in fraud.cred.l.iij.§.gesta.Sed hoc videtur contra rationem suprà assignatam per dominum Odoffred.Nam ex quo testes solẽniter disposuerũt in iudicio, illud quod est omissum de publicatione in primo iudicio, æquum est suppleri in secundo iudicio, sicut testes qui non essent publicati in causa prima,possent publicati in causa appellationis.ad hoc facit extrà vt lite non cõtesta.quoniam frequenter.Sed qui tenent primam opinionem, hac vtuntur ratione: quia publicatio

testium

teſtiũ ſit officio iudicis mercenario, quod perit perẽpta inſtã
tia quò ad ea quę nõ ſunt executa, ſed exequenda, vt d. l. cũ
21 lite mortua. & ideo publicatio impoſsibilis videtur. † *Secun*
dum mores & leges illius ciuitatis. Not. ex eo qđ dicit, mores: q
licitũ eſt cuilibet ciuitati habere cõſuetudines ꝓprias. Et ex
eo qđ dicit leges, no. q licitũ eſt ciuitati habere propria ſta-
tuta cõfirmata ꝑ preſidẽ prouinciæ. Sed ſi ciuitas ſit ſibijpſi
præſes, ſufficit q poteſtas ciuitatis cum decurionibus faciat
ſtatuta, vel ciues eius accedẽte authoritate ſuperioris. Nam
cum facere ſtatuta, ſit iuriſdictionis, & illa quãtum ad actũ
exercitij ſit in magiſtratibus: vt ff. de origine iuris. lege ſecũ
da. §. poſt originem. meritò requiritur magiſtratus, niſi alia
eſſet conſuetudo loci, qui poteſt dare iuriſdictionẽ ipſis de
curionibus ſine magiſtratu: vt C. de diuerſis officijs. lege, vi
ros. libro duodecimo, lege prima. C. de emancipa. libe. Vel ſi
ciuitas illa pro tempore illo careret magiſtratu: vt ff. de tut.
& cura. da. ab his. l. vbi abſunt. Ita intelligitur quod no. in l. j.
§. ſi quis magiſtratum. ff. quod quiſque iuris. & ibi omnino
vide per Iacob. But. Bartolum, & me. Aduerte tamen quòd
ſi ſtatuta tangerent iuriſdictionem principis, vt in cauſa ap-
pellationũ, talia ſtatuta non valerent. vt hic & extrà de iure
iuran. ca. venientes. Et eſt notandum quòd in caſu appella-
tionis, ideo non habet locum prorogatio iuriſdictiõis, quia
cauſæ appellationum ſunt mixti imperij, & pertinent ad au
thoritatem ſuperioris: vnde vtraque parte cõſentiente non
poſſunt ventilari apud iudices incompetentes. vt C. de iudi
22 cijs. auth. ad hæc. † Sed nunquid tabellio de conſenſu par
tium ſine præſentia iudicis poſsit recipere teſtium iuramen
ta, & dicta nulla ſibi facta per iudicem commiſsione. Reſpõ
deo non: quia non reperitur quòd tabelliones poſsint recipi-
pere talia iuramenta. vt nota. C. de teſtamentis. l. hac conſul
tiſsima. §. penultimo. ſed bene de iudicis commiſsione po-
teſt. vt no. in cle. j. de officio deleg. & ff. de excuſ. tuto. l. ſcire
oportet. §. oportet. & in authent. apud eloquentiſsimum. C.
de fide inſtrumentorum. tene menti. † *Conſenſu.* Nota con
23 ſenſu partium prorogari tempora appellationis. ad quod fa
cit C. de tempori. appellationum. l. vlti. & in clementi. quan
diu. de appellatio. & in auth. ſi tamen. C. de appella. per do-
ctores. Odoffred. tenet ſi cauſa appellationis ventiletur per
priuilegium vel ſpeciale ſtatutum principis, vt hic quod eſt
notabile.

Conſules. Conſules non poſſunt ingredi conſu-
latum, niſi iurauerint, vel iurent fideli
tatem: antequam conſulatum recipiant. hoc dicit. adde de
cond. & demonſtra. l. publicus.

ADDITIONES.

a Ipſo iure. Idem dicas ſi dicatur funditus. vide gl. in l. decernimus. C. de ſac. ſanct. eccle. & Barto. in tractatu de tyran. And. Barba.

b Prouenire. Vide quæ notaui ad Bal. in l. ij. C. communia deleg. vi-
de Per. de Anch. in cle. j. de pœ. & remiſ. And. Barb.

c Litigantes. Hoc adde ad ea quæ notaui ad Bar. in l. ij. ff. de reg. iur. li
cet alibi allegauerim Bar. in xij. locis. & ibi retuli ſua elegãtia dicta: &
etiam Angel. & moder. & aliqua quæ hic vidi collegi ordine ad iſtud.
And. Barba.

d Guarentigiæ. Tene menti illud quod ſeruatur in ſummario, ſerua
tur in inſtrumento guarentigiarum. vide quæ eleganter no. Ange. in l.
j. C. de plus petit. And. Barba.

e Non valet. Vide textum in l. ſcire oportet. §. cõſequens. de excu. tu.
verum eſt niſi ferret abſolutoriam ab obſeruatiõe iudicij. caſus eſt ſin-
gularis in l. ſi. C. vt intra cer. tempus. quem allegat Ang. l. properandũ.
item niſi per confeſsionem partis poſt inſtantiã appareat. vt tenet Bar.
in d. l. properandum. And. Barba.

1 ☞ *Iurantes tanquam uaſalli, debent iurare tanquam ciues.*
2 *Iudex laicus an poſsit cognoſcere de periurio.*
3 *Rogatus tanquam tabellio, an uideatur eſſe rogatus tanquam teſtis.*
4 *Iuſiurandum quibus perſonis debeat remitti.*
5 *Et an fœminæ iurabunt. Et an unus tantum pro domo debeat iurare.*
6 *Teſtis exiſtens in articulo mortis an poſsit teſtificari.*

Vaſalli noſtri. Vaſalli tanquã vaſalli, & cæte-
ri omnes tanquam ſubditi iu-
rare debent fidelitatem principi, niſi ſint tales perſonæ qui
bus iuramentũ remittatur. h. d. *Vaſalli.* recipiunt ergo hi inueſtiturã tanquã vaſalli, & iurabũt tanquã vaſalli & tale qui
dẽ erit eorum iuramentum, vt cauetur ſuprà de for. fid. capi
tulo primo. & de noua forma fideli. capitulo primo. Cæteri
autem iurabunt tanquam ciues. vt habes in dicto capitulo
j. de for. fide. & infrà eo. c. in nomine. cui quidem ſacramen
1 to adijcere debet, quod dicitur infrà eo. §. omnes. † Sed an
qui iurant tanquã vaſalli iurare debẽt tanquã ciues videtur
quòd non: quia hic dicit concluſiuè, cæteri tanquam ciues
iurent, per quod videtur innui quòd ſolum qui non ſunt va
ſalli principis, iurent tanquam ciues. Sed hoc non innuitur
imo diuerſum, ſcilicet quòd qui vaſalli non ſunt iurent tan-
quam ciues, & non tanquam vaſalli. vnde poteſt dici quòd
vaſalli teneantur iurare vt vaſalli, & vt ciues cũ ſeparatio ſit
facta: vt ff. de calũ. l. ſi. & C. de don. inter virũ, & vxo. ſi mari
tus. Sed tamen vno ſacramẽto quis iurabit, vt vaſallus & vt
ciuis. argument. ff. de author. tut. l. accipientis. Odof. No-
ta quòd qui iurat ſimpliciter, videtur iurare in omnem cau-
ſam, ex qua iurare tenetur. ff. de fideiuſſo. l. ſi quis pro eo. §.
2 ſi nummos. † Sed hic quæro an de periurio poſsit cogno
ſcere iudex laicus, & dico quòd ſic, vt not. in capitu. licet. de
iureiu. in nouel. lib. vj. nam iſtud eſt crimen commune vtriuſ
que fori. vt in aut. de man. principum. §. ſi verò canonicum.
Quæro quid ſi iſti conſules intrauerunt conſulatum præter
miſſo iuramento. Reſpondeo quòd malo ordine intraue-
runt, & inde ſunt extrà mittendi & etiã puniendi' vt in l. pri
ma. §. neceſſario. ff. ſi mulier ven. nomi. & ſupra de milite va
ſallo qui contu nax eſt. capitulo primo. §. ſi vero. vbi dicitur
quòd malo ordine factum debet reformari. certè nec in ca-
nonica poſſeſsione cõſulatus poſſunt eſſe: nam in poſſeſsio-
ne canonica concurrere debet iuris adminiculum, vt nota.
in capitulo ad decimas. de reſtitu. ſpoliat. libr. vj. in nouella.
Et plenè no. per Accur. in l. prima. in princip. ff. de acquiren.
poſſeſsiõe. in dubio tamen ex quo ſunt publicè in poſſeſsio-
ne conſulatus, præſumam canonicum ingreſſum, & omnia
ſolenniter acta. ff. de offic. prẽto. l. Barbarius. *Sicut.* Iſta dictio
quandoque eſt aduerbium ſimilitudinis, quandoque aduer
bium qualitatis, vt quando ponitur pro tanquam: vt hic, &
ff. de accep. l. ſi pater. §. qui à Domino. & C. de hære. inſti. l. j.
3 no. ergo de dictione tanquam. † Sed nunquid rogatus tã-
quam tabellio videatur etiam rogatus tanquam teſtis. vide
tur quòd ſic. ff. de teſt. l. Domitius. Nam nomen teſtis eſt ge-
nerale. vel dic quòd reſpectu ſuæ ſcripturę eſt tanquam ta-
bellio, ſed ſi ſcriptura non eſt ſolennis, poterit recipi ad pro
bationem negotij pro teſte, non ad ſuppletionem ſui inſtru
menti, ſed ad viuam vocem tanquam teſtis vnius vicem ge-
rens. vt C. qui teſta. face. poſſ. l. hac conſultiſsima. §. fi. per Ac
cur. Cy. Iac. But. & alios ibi videas lxx. hi qui ſupra hanc æta
tem ſunt merentur excuſationem à tutelis. vt C. qui ęta. l. vni
ca. vel à præſtatione munerum perſonalium. vt C. qui æta. l.
4 fi. lib. x. † Quibus autem perſonis debeat remitti inſiuran
dum quæritur, & videtur quòd ſolis ſeruis, cum illi ſoli exci
pi videantur. vt infrà eod. in nomine. circa fi. Sed certè & fu
riоſi excipiuntur cum pupillis ſimiles habeantur: vt ff. de ac
quiren. hæredi. l. pupillus. & eſt ad hoc quod aliàs dicitur fu
rioſus loco quieſcentis, & dormientis habetur. vt ff. de iure
5 codi. l. ij. §. furioſus. & C. ad Trebel. l. fi. † Sed nunquid fœ
minę iurabunt. Reſpondeo non. vt infra eo. c. in nomine. cir
ca finem. Item nunquid vnus tantum pro domo. Reſpon-
deo imò omnes qui intra hanc ætatem ſunt. vt infrà eo. ca. j.
in nomine. circa finem. Item excipiuntur clerici. vt C. de Epi
ſco. & cleric. l. cum clerici. & in Lombard. de aduoca. & vice
do. l. quicũque. & l. quoniam. Sed tu dic quòd imo iurabũt
clerici. vt extrà de iureiurand. capitul. final. Monachi autem
& talium ordines non iurant, cum hoc ad eos non ſpectet.
vt C. de Epiſcopis & cleric. l. decernimus. argum. l. omnes.
& l. generaliter. Item quia pro mortuis reputantur. vt C. eo.
l. fin. & in authen. de nupt. §. diſtrahuntur. collat. iiij. & in au
6 then. de mona. §. illud. Odoffred. † Extra quæro, [a] nun-
a quid ille qui eſt in articulo mortis, poſsit tãquam teſtis exa-
minari, & videtur quod non: quia mens mortis cogitatione
turbata, non ita bene memorari poteſt: vt C. qui teſta. facere

Source : BIU Cujas

poſſ.hac cõſultiſsima.§.at cum humana. & in teſte eſt opus ſcientia,& memoria.vt ff.de furt.l.quidam tabularum.Contrarium dico:nam cum poſsit facere teſtamentum vt ff.de legatis tertio.l.Pamphilo.§.propoſitum.ergo & eſſe teſtis, nã non minus eſt teſtari,quàm teſtificari.vt ff.de teſtibus.l.cum lex.& etiam nos videmus, quòd ſi lingua ſit ingroſſata,propter infirmitatem:non tamen omnino perdita,poteſt quis facere teſtamentum.vt C.de teſtam.l. quoniam indignum. in verbo ſeminecis.& not.eodem titulo.& l.iubemus.Et puto quod interrogatoria debent breuiari,vt nõ interrogetur niſi de ſubſtantialibus. & de his de quibus lex iubet expreſſè teſtem interrogari.puta an ſit odioſus, nam odioſo non creditur quantumcunque in infirmitate acceperit corpus Chriſti.argumento ff. ad Sillani.l.ſi quis in graui. dictum etiam ipſius poterit reprobari de falſo: quia nõ omnis qui moritur eſt Ioannes Euangeliſta.vt C.de teſtamen.l.verba teſtamenti. De eo qui moriens confeſſus fuit ſe mutuum & dotem recepiſſe: vtrum hæres eius poterit opponere exceptionem non numerata pecunia. Dicit glo.quòd non: quia nequaquam moriens expectabat futuram numerationem. Iſta eſt gl.ſingularis.l.prima.C.de falſa cauſa adiecta legato.

ADDITIONES.

a Quæro. Vide Baldum in l.hac conſultiſsima.& quę ibi notaui,& ibi vide Lud.Rom.& vide Bal.in l.ſi dicatur.C.de teſti.& vide tex.in c.exhibita.& quæ ibi dixi de homid. vide docto.in c.paſtoralis.de cau.poſ. vbi tenet quòd poteſt conſtitutus in articulo mortis examinari in teſtem.And.Barba.

1 ☞ *Guerra an numeretur inter caſus fortuitos.*
2 *Conducentes certas poſſeſſiones in aliquo caſu,an poſsint ſe excuſare à ſolutione penſionis.*
3 *Diffidatio,quando ſit neceſſaria,uel non.*

Vaſalli qui tempore. Hîc dicitur q vaſalli qui tempore guerræ non poſtulant inueſtituram à domino,non exhibent ſeruitia, eo quòd ciuitas eorum eſt in guerra cum illo domino,quòd non propterea perdunt feudum,quod eſt no.dignum. Et nota.quòd treuga magis accedit guerræ,quàm paci,a & quòd de guerra & treuga idem eſt iudicium. Item not.quòd tempore treugæ non eſt tutus acceſſus.facit capitulũ paſtoralis.de re iud.in clemen.& infrà eodem §.ſententiæ quoque. *Non amittat.* Nota hoc ad multa.nã dicit Cato,Pugna pro patria.C.de abolitiõibus.l. fallaciter. ff.de iuſtitia & iure.l.veluti.Iuſta enim ſunt bella quæ fiunt pro patria defendenda.vt in decre.xxiij.quæſtione vij.capitulo ſi nullam.Odoffred. † Sed an guerra connumeretur inter caſus fortuitos.Reſpondeo ſic,niſi tempore cõtractus potuerit prouidere: quia tunc culpæ annumeratur vt ff.loc. l.ex conducto.§.ſi vis tempeſtatis.per Cy.in verbo,incurſus hoſtium.qui allegat eod.titu,l.habitatores.§.vltim.& ff.de damno infect.l.qui bona.§.de illo.quod tenemenți.verba Cyn. hæc ſunt in d.§.ſi vis tempeſtatis. † Hic quæritur de quæſtione facti. quidam conduxerant à communi piſtorij certas poſſeſsiones per certum tempus,puta quinque annorum:exactio pro communi petit penſionem, conductores dicunt ſe non debere teneri,quia non potuerunt colligere, vel colligi facere prædictas penſiones propter incurſus hoſtium,qui morantur in caſtro ſancti Lucæ:quęritur quid iuris ſit.Ego diſtinguo,b aut ſuperuenit guerra & incurſus prę dictorum hoſtium poſt contractum locationis,& tunc remittitur penſio:vt hîc dicitur. Aut antè erat guerra,& tunc imputandum eſt eis,qui ſciuerunt conditionem, & ſtatum rei,& non prouiderunt. vnde non excuſantur à penſione. argumento.infrà de damno infecto.lege qui bona.§.de illo.& eius quod nota.in lege habitatores. §. vltimo. Cynus & per Bartolum in lege ſi merces.§.vis maior.ff.loca. † Sed quid ecce materia erat præparata ad guerram tamen nondum erat nota guerra inter duos principes,fecerunt inter ſe treugam,ſeu ſufferentiam duorum annorum:quæro vtrum elapſo tempore ſit neceſſaria diffidatio ad hoc,vt ille qui aggrediatur territorium alterius,non dicatur eſſe latrunculator.Et videtur quòd non ſit neceſſaria diffidatio.c argumẽt. ff.de legatis ſecundo.l.ſtatuliber.§. Stichum.Sed contrariũ eſt verum: quia vbi non procedit diſpoſitio ibi lapſus temporis pro ſe non habet diſpoſitionem inducere. Idem verba quæ ſunt ordinata ad negandum, vel priuandum non diſponunt.vt ff.de manumiſ.teſta.l.Titia.§.fi.& ff.de hæredib.inſtituend.l.ex facto etiam agitatum. ſed ſi guerra proceſsiſſet ex priuato tempore ſufferentię,ipſo facto remanerent in guerra, nec eſſet noua diffidatione opus:vt ff.de pactis.l.ſi vnus.§.ſi cum reo.& vide quod nota.in capitul.pro humani.de homi.lib.vj.in nouell.&c.

c Diffidatio. Vide Bald.in l.iij.C.de obſequijs.& in l.ſecunda.C. de ſerui.& in authen.item nulla communitas.C.de epiſcopis & clericis.& in capitulo primo.quib.modis feud.amit.dixi in capitulo excommunicamus,§.catholic.de hære. And.Barba.

ADDITIONES.

a Quam pac. In contrarium videtur tex.in capitul. ille qui.xxiiij.quęſtione.iij & in c.nouit.de iud.& Ioan.And.in alleg.Specu.in tit.de treuga,& pa.vide.ſignificauit.de iudi.vbi probatur quòd accedit guerræ. vide Petr.de Ancha.conſi.lxxxiiij.vbi conſuluit,quòd accedit guerræ, & ibi etiam dicit,quòd timor belli operatur idem quod bellum.tu alle ga l.nouiſsimi.§.ſi quis compulſus.ff.quod fal.tu. authore. & per hoc arguo contra Bartolum in l.conuentionum.ff.de pactis.vbi dicit,quòd capitaneus belli poteſt facere treugam.nam ſi dicimus quòd accedit pacì non poteſt illam facere,vt idem Bartol.ibi vult,ſi dicimus quòd accedit guerrę,eodem modo etiam non poteſt.vt ibi dicit Bartol.& ſic videtur quòd ſit quoddam medium,& ſit quoddam participium.quia ſi nõ poteſt indicere guerram,nec pacem,& poteſt facere treugam ergo eſt quoddam participium,vt in actu fauorabili dicatur accedere paci,in actu odioſo ſecus.adde gloſſ.in capitulo primo de pace tenend.quæ dicit quòd amittitur paci.vide do.Cardin.in capitulo primo.de treug.& pa.vbi dicit quòd impropriè eſt pax,vt per capitulũ illi qui.xxiij. quęſtione.iij.& dicitur treuga terrens vel tenens guerram. vide ibi domi. Card.And.Barba.

b Diſtinguo. Vide Ludo.in l.cotem.§. qui maximos.& Bal.in l.inter cauſas.§.abeſſe. ff.manda.& in l.ſi calum.C.de vſuris.& quod ipſe notat in l.licet.C.loc.And.Barba.

1 ☞ *Emphyteuta an poſsit donare & legare rem emphyteuticam.*
2 *Clauſula non obſtante appoſita in priuilegijs,quid operetur.*
3 *Quid de clauſula ſuppletiua,de plenitudine poteſtatis.*

Libellariæ. Hîc dicit quòd libellariæ,& precariæ de feu.factæ per vaſal.in ſuo ſtatu permaneant,id eſt in eodem habitu. vt ff.de condict.ob cauſam.l.ſi ſeruus.ſecundum conſuetudinem vniuſcuiuſq; ciuitatis.ſcilicet,de ſocietate Lombard.non obſt.l.quæ dicere contrarium, & eſt Imperatoris Federici. † Extrà nota quòd libellariæ eccleſiarũ, & emphyteuſis,poſſunt per emphyteutam donari & legari ſaluo iure eccleſię:a vt no.extra de loca.capitulo potuit.in nouella.ſed Bartol.conſuluit cõtrarium per l.vniuerſas.C.ne rei dominicæ, vel templorũ. ſed ibi loquitur quando reſpectu ptoprietatis, & non vtilis dominij, contractus in fraudem celebrantur.& ſic non obſtat, & facit C.de hæredib.inſtituend.l.hæreditas. in verbo annonæ ciuiles.ibi non obſtant quę ſunt de prohibita feud. aliena.per Federi.& ſic collige argu. quòd Imperator dum concedit alicui aliquod reſcriptum,quod fit contra legem aliquam debet ſpecificare legem,dicens nõ obſtante tali lege,& tunc valet vt hîc.alias non videtur valere vt argu.ff.de lega.iij.l.ſi quis.in princ.& ff.de ado.l.nam ita. † Quid ergo ſi dicat generaliter,non obſtante lege aliqua, vel reſcripto ſuper hoc indulto an teneat hoc quod quidã dicũt:alij dicũt refert vtrũ Imperator reſcribat contra legẽ an cõtra reſcriptum.Si contra legem,tunc dicit tali lege non obſtante. Si contra reſcriptum,tunc generaliter ſufficit dicere, non obſtante aliquo reſcripto,& ita tenetur.Ratio eſt illa: quia facilius tollũtur iura poſitiua,ſiue priuilegia,quàm iura cõmunia.vt in authen.de non alienan.aut permut.§.illud.collat.iij.l.eius militis.§.militia miſſus.ff.de teſt.milita. Sed ſi ita dicat Imperator,concedo tibi priuilegium hoc non obſtante lege aliqua,& non obſtantibus illis, quæ dicunt generaliter dictum non valere, niſi in caſibus ſpecialiter nominatis, & hoc dico per l.ſed & ſi quis.§.quæſitũ.ff.ſi quis cau.&

Source : BIU Cujas

cau.& C.ad Velleia.l.iubemus.Reſpondeo credo quod teneat.arg.ff.de leg.iij.l.ſi quis.in princ.& in authen. de teſta. imperfectis.§.pe.colla.viij.& C.de teſta.auth. hoc inter liberos.& C.de iure codicil.l.diuus.§.Odof. Illud eſt cõſideratione dignum quòd licet princeps reſcribat contra proprium ſtatutum,& ſic ex certa ſcientia, tamen cum approbat factum damnatum,requiritur clauſula,non obſtãte. Itẽ ſi factum non eſt damnatum, ſed eſt data hæc ei forma, vt requiratur hæc clauſula.vt C.de teſta.authẽ.hoc inter liberos.& ibi not.& eo.tit.l.ſi non ſpeciali. †De clauſula ſupplẽtiua de plenitudine poteſtatis, ſcias quòd populus Romanus antequam transferret imperium ad Cæſarem hac clauſula nũquam fuit vſus,nec iure ciuili inuenitur hæc forma, niſi dicatur, & bene ℔ includitur ſub illis verbis, quicquid principi placet legis habet vigorem.ff.de conſti. prin.l.j.C. de legi.l.vlti.& adde quod Spe.dicit,quòd cõtractus feudalis emphyteuticarius,ſiue libellariæ conditionis eiuſdẽ naturæ ſunt.vt ipſe no.in Specu.de feu.§.nunc aliqua. & in §. quoniam.verſi.quadrageſimo.circa finẽ.& dixi.C.de ope. liber.in l.liberti,libertæque.& Iacob.Belui.ſuprà,in proœmio huius libri.& gl.in authen.ingreſſi.C.de ſacroſan.eccl.
b & ſic in ſolo nomine eſt diſcrimen, [b] vt & aliàs dixit lex.C. de agri.& cenſi.l.diffinimus.lib.xj. Sed Spe. non dicit verũ, niſi fortè loquamur in feudo quarundam eccleſiarum Lombardiæ,pro quo non præſtatur ſeruitium,ſed cenſus pecuniarius ad inſtar ficti,puta,certa quantitas pecuniæ,vel frumenti,vel aliud ſimile:vt vna ſpalla porci, vel vnum par caponũ quolibet anno,quia eccleſiæ Lombardiæ non curant de ſeruitiis armorũ,ſed de reditibus burſalibus. Et ideo in talibus puto quòd ſuccederet mutus,& ſurdus,etiam à natiuitate,& quilibet hæres: vt C.loca.l. viam veritatis.niſi tenor inueſtituræ repugnaret conſuetudine etiam eccleſiæ ſemper ſalua.

ADDITIONES.

a Eccleſiæ.Vide quæ notaui ad Bal.in l.fi.C.de iure emph. An.Bar.
b Diſcrimen.Ita tenet And.de Iſer,in tit.de contro.inueſtit.vbi omnino vide quæ notaui ad Bar.in l.ſi mihi,& Titio.ff.de verb.obli. & quæ notaui heri in conſilio pro illo de paganis apud regnum.And.Bar.

1 ☞ *Vniuerſitas quando dicatur dare damnum.*
2 *Inquiſitio poteſt fieri contra uniuerſitatem.*
3 *Inquirere quando poſſit iudex contra ſingulares perſonas.*
4 *Fideiuſſor an poſſit obligari ad pœnam corporalem.*

Damna. Hîc Imperator remittit omnia dãna data in rebus,omnia ablata facto de reb⁹, & omnes iniurias factas in perſonis ab vniuerſitate ſocietatis, vel ab aliquo de ſocietate, vel à coadiutoribus. Ex hoc not. quod Imperatori fit iniuria non ſolum per ſe, ſed per ſuos.facit ff.de relig.l.oſſa.in fi.& quod not. Bar.ff.de capti. l.hoſtes.& Inno.extra de appel.c.dilectis. Item nota ℔ Imperator remittit omnia illa damna,licet non appareat de alio mandato.Et adde quod habes extra de iniur. & damno da.c.in noſtra. Item not.quòd ligæ & confœderationes fa
1 ciunt vniuerſitatem in tex.ibi.† *Ab uniuerſitate.* Hîc habes ℔ vniuerſitas damnum dare dicitur & ſic per conſequens dolum committere:vt ff.de dolo.l.ſed ex dolo.§.j. licet illa videatur dicere cõtrarium.Metum dicitur inferre, vt ff.quod metus cau.l.metum.§.aduertẽdum.quod enim maior pars
a facit tota vniuerſitas feciſſe videtur. [a] vt ff.de regulis iuris.l. aliud.& refertur.& ff.ad Municipa.l.quod maior. Item & ſi poteſtates,conſiliarij & Antiani hoc faciant,tota vniuerſitas feciſſe videtur. argu.ff.de vi & vi armata.l.ſiue à me. Et ideo nos videmus, quod vniuerſitas accuſatur, & reſpõdet per ſindicum habentem ſpeciale mãdatum à ciuibus:vt C. de re milita.l.tam collatores. libro xij. nec requiritur quòd illæ ſingulares perſonæ,quæ deliquerunt nominẽtur in ſin dicatu:quia non conſtituitur ſindicus nomine ipſorum, ſed nomine totius vniuerſitatis vt lege, in tantum.§.vniuerſita-
2 tis.ff.de rerum diuiſione. † Et not.quòd facilius fit inquiſitio contra vniuerſitatem,quàm contra ſingulos: quia delictum magnæ vniuerſitatis,non poteſt eſſe niſi notorium & famoſum.Vnde fama,quæ ſemper apud acta eſt præſens,& clamoſa vox populi magis clamet in rebus notoriis:eſt verũ quod in notorio actus tranſeuntis requiruntur poſteà probationes plenę.vt C.de offi.rect.prouin.l.iuſtiſſimos.& ordo iudiciarius.argu.extrà de iudi.c.exhibita, ſaluo eo quod nota.inſti.de publicis iudicijs.in princ.& not.in c.fi.de foro
3 compe.in nouella.lib.vj. † Si autem iudex vult inquirere cõtra ſingulares perſonas, oportet quod fama ſpecialiter ſit contra eas,& non admittuntur per procuratorẽ ſi cauſa exigat detentionem,ſeu carcerem perſonæ. vt in capi. eos qui. de ſenten.excom.lib.vj.Et aliquando iſta detentio eſt arbitraria,aliquando neceſſaria, ſi qualitas pœnæ ſit perſonalis.
4 † Sed nunquid fideiuſſores poſſunt ſe obligare ad pœnam corporalem,& quid de obſidib⁹. Dic vt not.xxiiij.q.v.cum
b homo.& dic quòd non.de iureiuran.per Cy.b in l.ad cõmentarienſem.C.de cuſto.reo. ſed de conſuetudine, in quibuſdam locis ſeruatur contrarium,quæ conſuetudo habet poteſtatem in ſanguine hominis.ff.de extraordi. crimin.l.Saccularij.§.ſunt quædam.

Moram ſuperfluam. Hîc dicitur ℔ Imperator in ciuitate,vel epiſcopatu non debet facere ſuperfluam morã, in damnum ciuitatis,vel epiſcopatus,ſeu territorij per quæ tranſit,& eſt ratio,quia ferè impoſsibile eſt,quòd exercitus eius damna non inferat: vt ff.loca.l.ex conducto.§.ſed ſi habes.verſi.idémque. *Superfluam.* arg.C.de metat.& epide. libro xij.l.duotum.& in authenti. de quæſtore.§.ſed ſi verò forſan.colla.ſexta. *Sed quando dicatur mora ſuperflua reſpondeo iudicio eccleſiæ populi,vel ſi ibi moretur vltra ſex menſes.argu.C.de cenſitis.l.fi.libro decimo.Odof.§.vel arbitrio boni viri.vt ff.de verborum obligatio.l.continuus.§. cum ita.& ff.ad Tertullia.l.ſecũda.§.ſi mater. & l.prima.ff. de ſuperficiebus.*

Ciuitates. Hîc dicitur quòd licitum eſt murare vniuerſitati ſocietatis,ſeu ipſis ſocietatibus ciuitatis murare,& extra ciuitatem munitiones & fortilitia facere. *Murare.*Hîc eſt triplex litera aliàs murare vel munire, vel mutare.& quælibet eſt bona.& eſt ſimile. ff.de ope.publi.l.de operibus.C.de of.priua.per prouincias.ff.de rerum diuiſio.l.ſacra.§.penulti.in authen.quomodo oportet epiſcopos.§.ſi quis apparuerit. aliàs autẽ niſi iuſſum haberent à principe,hoc facere non poſſunt.argumentum C. de operis public.l.ſi quando.& l.nemo iudicum.& facit ad id quod nota.ſuprà eodem §.nos Romanorum Imperator. &c.in fi.illius gl.id eſt ſine præfinitione temporis &c.Odoff. C.de ſacroſanct.eccle.l.ad inſtructionem.

ADDITIONES.

2 Videtur.Vide quæ dixi in c.cum acceſsiſſent.& in c.omnes. & ibi probatur,vt in cap.ſi canonica.de officio ordinar.libro ſexto.& ibi Domin.Andr.Barba.
b Per Cy.Vide Ioan.de Imo.in rubr.extra de fideiuſſo.& quæ notaui in dicto cap.cum homo.And.Barb.

1 ☞ *Ciuitates Lombardiæ cum quibus ciuitatibus ſpoſſunt ſocietate contrahere.*
2 *Liga facta eſt inter quaſdam ciuitates per quinquennium,ſi poſt quinquennium præſtant ſibi inuicem ſubſidia, an liga uideatur durare.*

Item ſocietatem. Hîc dicit quòd ciuitates quę veniũt in iſta pace,poſſunt fœdus & ſocietatẽ quã habẽt inter ſe manutenere etiam renouare toties quoties eis placuerit,& eis videbitur expediri tenere conuenticulę hic cõceduntur.de iure autem communi prohibentur.vt ſ.de pacę tenenda.§. conuẽticulã.C.de his qui ad eccleſiam confugi.l.denuntiamus.de paganis & ſacrifi.l.j.& in authẽ.de inter.colleg.hæretico.circa principiũ.colla.ix.C.de ſumma tri.& fide catho.l.ij.de hę re.l.cũcti.& hæc ſocietas à principe approbata eſt hic,ideo

Source : BIU Cujas

que licitum est eis societatem,seu conuenticulam tenere, & quoties voluerint reuocare:vt hic & ar.C.de Iudeis.l.
1 iiij.†Sed nunquid aliam societatem potuerunt contrahere cum alijs ciuitatibus,cum quibus nullam societatem habebant.Respõdeo non:cum dicat iste tex.quam nunc habent
2 &c.& facit infra eo.§.pacta inter ciuitates.Odof. † Quæro facta est liga inter duas ciuitates,per quinquẽniũ duratura, si post quinquẽnium præstant sibi mutuo fauores intelliga
a tur liga tacitè reuocata.videtur quòd sic a sicut dicimus in contractibus rerum,vt ff.locati.l.item quæritur.§.qui impleto. Contrarium dico,nisi renouetur expressè:vt hic. & est ar.C.locat.l.§.si cum Hermes.præsertim si fuit contracta prius per stipulationem:quia stipulationes verba desiderant.Similiter in contractibus,in quibus requiritur scriptura,non fit tacita renouatio.vt in dicto §.qui impleto.Item nota quòd iste tex.loquitur de renouatione voluntaria.sed aliquando fit renouatio necessaria:vt in contractibus emphyteuticis,& feudalibus.vt not.Cy.C.de sacrosan. eccle. aut.& quæ.

ADDITIO.

a Quòd sic.vide Baldum in l.j.C.quando non pe.par.vbi loquitur de §.qui impleto.vt non habeat locum in emphyteusi.de ista consideratione Lu.Ro.consi.xlvj .incip.visis necessarijs. And.Barb.

1 ☞ *Factum metu principum non valet.*
2 *An proponi debeat actio quod metus causa.*
3 *Fictum & seruitium, qualiter differãt.*
4 *Fictum uel censum non soluens,an perdat dominium rei.*

Pactiones. *Hîc dicitur quòd pacta inita timore Imperatoris,vel per impressionẽ nũtiorum suorum, sunt irrita,& cassanda.* Nota ergo quod Imperator non potest inferre metum,sicut nec quælibet
1 priuata persona.†Item nota quòd illud quod fit per metũ principum,non valet:dicit Specu.quòd induci non debet nouitas in homagijs,vel in actis fidelitatis:vt not.in Spe.de feu.§.quoniam,versi.ego talis iũro.dicit Ioan.Andr.quòd indebita seruitia præsumũtur à dominis per metũ extorta. in c.j.de præscrip.lib.vj.in nouella.Et contra potestates præsumitur.C.de testa.l.volumus.C.de fun.limi.l.j.lib.xj & C. de omni agro deserto.l.qui per potentiam.lib.xj.præsertim erga rusticos.C.ne rusti.ad vllum offi. prouo.l.j.lib.xij. & per Bar.in l.ad indiuiduam.C.q metus cau.Nota tamen q nisi voluntas condescendat compulsioni,non potest agi.C. de hæred. instit.l.iij.*Cassentur* Sed an ipso iure,vel demum opposita exceptione.Respõdeo ipso iure.vt ff.quod metus cau.l.si mulier.§.si duos. Tu dic vt not. suprà, de pace iura. firm.§.item sacramenta.*Pro infectis.* Factæ enim fuerunt contra legem,& quæ contra leges fiunt pro infectis habẽtur:vt C.de legi.l.non dubium.& C.de sacrosan. eccl.l.iubemus. §.sanè.Odof.Sed an cõtractus principis habeat vim legis. vt ff.de publi.l.Cæsar.Respõdeo sic,quando caret vitio:sed hîc non caret vitio,quia est contra ius naturale,vel saltẽ cõtra bonos mores.Et not.hunc §.valde ad contractus qui to
2 ta die fiunt cum dominis terrarum. † Sed nunquid debet proponi actio,quod metus causa ad rescindendũ.Respondeo non:quia non est coram quo agatur.Item metus principis est quodammodo vis præcisa,quæ omnino tollit cõsensum ex quo inferri potest quòd cõtractus initus metu cum principe sit ipso iure nullus.vide quod not. gl. in c.si verò. viij.q.j.in c.postquam.iij.q.ij.& adde quod not.Innoc.extra de renuntiationibus.c.super hoc.& ibi ponitur quod habebit quis probare in huiusmodi iudiciis, licet enim dixerim quòd non est coram quo agatur de facto , tamen de iure si Imperator facit iniustitiam potest adiri Papa per supplicationem,vel denuntiationem:vt extra de proba.c.j.*Pueri.* hic ponit exẽplum. *Et si qualia.* Not.hic quòd ex speciali clausula præmissa subiicitur generalis.sic ff.ad le.Aqui.l.si seruus seruum.§.inquit ex.sic è contrario.C.de sacrosan. eccl.l.generali.& l.illud.& l.sancimus. & l.si seruus seruũ.§.rupisse. Odof.& ff.de postulan.l.j.§.hoc edicto. *Communi.* id est tota vniuersitate:quia tota vniuersitas commune appellatur. quod autem dicit ab alijs,scilicet, singularib⁹ personis,pro priuato facto suo. Odof. *Ita tamen.* Ista dictio habet determinare præcedentia.Odof.ff. ad Trebel.l.Lucius.§.quis ha
3 bebat. *Persoluere fictum.* †Differentia est inter fictum,& seruitium,sicut inter pecuniam & censum, & operam, & aliquando fictus appellatur census.C.de dona.l censualis. de acquirend.rerum dominio.l.quæ quisque.C.sine censu,vel
4 reli.l.omnes. †Et an quicunque non soluens censum tempore à iure statuto perdat rei dominiũ.Dicendum est quòd sic ille cui debet cẽsus solui,habet directum dominium rei. vt C.de sacrosanct.eccle.authen.qui rem huiusmodi. secus si præstatur in signum alterius subiectionis,de re propria:vt not.Inno.de relig.domi.c.constitutus.& facit optimè.C.de fundis patri.l.fundi.lib.xj.possessionem tamen nullus perdit,donec ejciatur foras:vt no.pro socio.l.cũ duobus.§.idẽ respondit.per Specul.de locat.§.nunc aliqua.versic. lxxxvj. Et qui non renouat ab ecclesia,videtur iuri suo renuntiare vt no.in c.j.de preca.in noue.& infrà eo.c.ego iuro.scilicet qñ venit ex necessaria consequentia precedentis cõtractus.

1 ☞ *Processus factus contra exititios, an & quando rescindi possit.*
2 *Quid de sententijs latis ex compromisso.*
3 *Causa si sit commissa decidenda secundum leges, & consuetudines terrarum, debet potius per consuetudines decidi, quàm secundum leges.*

Sententiæ quoque. *Hîc dicitur q sententiæ per Imperatorem latæ contra rebelles occasione rebellionis, & partialitatis rescinduntur facta pace,secus si non occasione rebellionis,sed alias iustè sunt latæ:puta ex causa mutui, vel de-*
1 *positi.* †Et iste §. a est valde not.ad exititios terrarũ, vt sciamus qui processus facti contra eos rescindantur,eis ad ciui-
2 tatem reuersis,& qui non. Adde quod not.in c.j.de cle. non resi.lib.vj.in nouella.& in c.statutum.de rescrip.eo.lib.tangitur de istis exititiis,& si quidem licet non per se, tamẽ per procuratorem potuerunt comparere,citatio arctat eos, secus si nec per procuratorem,quia nullus audebat tanquam procurator comparere:vt ff.ad Trebel.l.de ætate.& in c.pastoralis.de re iudi.in cle.& in c.bonæ.de elect.& si erãt banniti,omnibus bonis eis ademptis,iudicia non tenent: vt l.si constante.§.fi.ff.soluto matri.quia nudi exularunt: vt ff.de capi.dimi.l.tutelas.§.si libertate. & compromissa soluũtur ff.de dona.l.quoties.§.final.quia habentur pro mortuis.C. de hæred.instit.l.j.& facit quod not.in l.ad cognitionem.ff. qui.ex cau.in possi.eatur.in gl.quæ dicit not.hic pro bannito. † Quid de sententiis latis ex cõpromisso facto inter exi
2 titios,& intrinsecos.Respondeo tales sententiæ valent pro, rebus compromissis: sed extra compromissum non valent etiamsi post compromissum nominatim emologetur laudum,nam expressè dicit decretalis,quòd non potest emologari laudum super quo non procedit compromissum.extra
b de confir.vti.vel inuti.c.examinata,[b] ad quod facit ff.de peculio.l.iij.§.si seruus.& quod ibi no.per Gul.de Cun. & est ratio,quia est ordo substantialis peruersus:nam vbi nõ procedit notio ibi sententia nõ procedit,nec valet authoritate partiũ ordine prætermisso.vt C.de sentẽtijs, & interlocutionibus om.iudi.lege,prolatam. *Iniurium.* sic supra eodem §. priuilegia.Causa enim harum sententiarum,seu discordia sublata,cessare debet earum effectus.sic C.de Epis.& cleri. l.generaliter.ff.de excu.tutor.l.cum ex oratiõe.ff.pro socio. l.exactione.§.alicuius.Debent enim omnia pacis tempore in pristinum statum restitui:vt C.de cadu.tollen.l.vnica.in prin.ar.eius quod de redhibitione dicitur ff.de ædil.edic.l. redhibere.& l.facta.de alie.iu.mu.cau.fa.l.quia Odof. *Secun*
3 *dum leges & consuetudines.* †No.arg.q si causa est commissa secundũ leges,& consuetudines terrarũ terminanda quòd potius debet terminari secũdum bonas consuetudines quã secundũ leges,& dictio,&,significat bonitatẽ arbitrij & nõ

merum

Source : BIU Cujas

merum ius commune,vt extrà de eo qui mit.in poſſ.cauſa rei ſeruandæ cum veniſſet.& vide Cy.C.de teſta.milit.l.captarorias.Cyn.

ADDITIONES.

a Et iſte §. Vide Bald.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur. And.Barba.
b Examinata.Not.c.examinata.vide Bald.in l.ſi vxorem.C.de condi. inſer.vide Lud.Roma conſi.clj.vbi alle.Bal.hic & dicit illum tex.fore ad hoc ſingularem Bal.in l.edita.C.de eden.And.Barb.

1 ☞ *Compromittere nemo cogitur.*
2 *Aſsignetur hoc uerbum quid ſignificat.*
3 *Arbitri electi ad cognitionem,uidentur electi ad decidendum.*
4 *Poſſeßio qualiter probatur.*

Poſſeſsiones. Hîc dicitur quòd poſſeſsiones amiſſę tempore guerræ quæ ante tempus guerræ poſsidebantur debent reſtitui poſſeſſoribus.& ſi eas recuperaſſent,debẽt eis defendi,niſi eſſent poſſeſsiones,quę pertinerent ad imperium:de quibus debet ſta
1 ri dicto arbitrorum electorum. † Nota ℣ nõ dicit hîc de eligendis arbitratoribus:quia nemo tranſigere,vel amicabiliter componere compellitur:quandoque tamen in arbitratorem poteſt cõpromitti,& non in arbitrum, vt ſcilicet de decimis,& alijs ſpiritualibus.vt not.in c.vltimo,de rerũ per
2 mutatione.in nouel. No.hîc de reſtitu.ſpoliato. † Nota. quòd tẽpore guerræ licitum eſt recuperare per vim ablata. Not.de conſeruatio poſſeſsionis.facit C.de Carbo. edic.l.j. Not.quòd arbitri eliguntur in cauſa Imperatoris,qui habẽt cognoſcere de regalibus.Not.de verbo aſsignentur, quod ſignificat.ideſt declarentur. *Pertinere.* Et de facto ponatur in poſſeſsione ſi nõ eſt. *Reſtituatur.* Hoc niſi ablator iure ſe poſſet tueri in cauſa ꝓprietatis. tunc enim reſtitutio impeditur.vt infrà eodẽ §.ſi qui.& ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus.l.ſi quis à ſe fundum.C. ad l.Iul. de vi.& in c.ſæpè. de verbo.ſign. Et caue quia hic dicit de ablatoribus ſeu fu ſoribus qui non ſunt de ſocietate.Sed ego idem puto,& de his qui ſunt de ſocietate cũ in d.§.ſi qui.generaliter loquatur,& non ſpecificet an de ſocietate ſit,vel non,ergo generaliter & indiſtinctè debent intelligi vt ff.de publi.l.de pretio.& intelligendum eſt Imperatorem in hoc caſu idem ſtatuiſſe in ſuis,quod in aliis:& idem in aliis,quod in ſuis cauſa æqualitatis hincinde ſeruandæ:vt arg.ff.de arbit.l.ſi cum dies.§.fi.C.de fruc.& lit.expen.l.fi.C.de proxi.ſacro.ſcri.l.in ſacris.lib.xij.& ff.man.l.iij.in fi.& C.communi diui.l.pen.§. fi.& arg.ff.fami.ercis.l.in hoc iudicio.Odoff. Et not.quòd in iſtis reſtitutionibus quæ fiunt vigore capitulorum pacis, obſtat exceptio, dolo facis,quod eſt nota. dignũ.Sed quid ſi quis neſciat dicere confines ſuarum poſſeſsionũ.Reſpondeo,ſibi imputet:quia nemo ſibi incertus eſſe debet, quantum poſsideat:vt ff.de verb.ſig.l.ſubſignatũ.§.fi. vt per Ac-
3 cur. *Ad cognitionem.* † Not.quòd arbitri electi ad cognitionem,videntur electi ad decidendum & aſsignandum.vt hic & ff.de procur.l.qui procuratorem dat. Secus in electis ad cognoſcendum,& referendũ quia non poſſunt cauſam decidere:vt ff.de offi.præfec.Aug.l.ordinatorum. *Cum fructibus & ſine damno.* Nota quòd fructus & damna ponuntur vt diuerſa,& ſic non dicitur damnum dare,qui tanquam poſſeſſor percipit fructus,quod tene mẽti. *Recuperauerit.* quoquo modo.Odofre.& ſic nota quòd tẽpore guerræ licitum eſt recuperare qualitercunq;. Et quid ſi vnus recuperat aliꝭ ablata:dic vt ff.de cap.l.ſi quis in bello. Si quis perdidit bona culpa ſua damnabili,vt ſi miles perdidit arma,non recuperat:ſed ſi latrocinio,vel virtuosè pugnando amiſit, tũc recuperat à quolibet recuperante ſalua conſuetudine armo-
4 rum.eodem titulo.l.j.per Dyn. † Sed qualiter probabitur poſſeſsio.Reſpondeo probata detentione corporali : nam qui detinet præſumitur poſsidere:vt not.in c.cum olim. de priuileg.per Inno.vij.q.j.pontifices.per Archid. & in c.ij.vt lite penden.in nouella.pro hoc quod not.gloſ.ordi.in l.ſtipulatio iſta.§.hi quoque.ff.de verb.obli.in gl.ordinaria.niſi cõſtet alium poſsidere:vt ff.de fundo dota.l.ſi fundũ. Quid ergo ſi duo pariter probent,dic vt not.ff.vti poſſ.l.ſi duo. in prin.ff.de re iudi.l.duo iudices.de eo qui mit. in poſſ.c.j.lib. vj.in nouella.extrà de proba.licet cauſam.& vide quod no. ff.pro leg.l.pro legato. ſecundum vnam lecturam. Extra quæro nunquid de non poſſeſsione poſsit confici inſtrumẽtum.Reſpondeo non directè:quia de directa & mera negatiua non poteſt confici inſtrumentum,ſed indirectè ſic, iuxta not.in cap.j.de præſcript. in nouella. *Arbitros.* Conſtat arbitrum territorium non habere: vt not.in c.j.de foro cõpe.lib.vj.in nouella.& tamen citat partes,per quod apparet ℣ territoriũ non eſt de ſubſtantia citationis,vel iuriſdictionis quod dic vt ibi plenè notatur.

1 ☞ *Princeps offenditur per eum qui ſuis ſubditis partialibus iniuriã infert.*
2 *Interpretatio habet locum in ſtatutis.*
3 *Adde ad idem.*
5 *Teſtis deponens aliquid fuiſſe factum ante guerram. &c.*

Opizoni. Marchioni,ſcilicet maleſpinæ,cui ſpecialiter,& nominatim Imperator hanc
1 pacem iurauit vt infra eo.c.ego iuro. Odof. *Vobis.* † Nota ℣ ſatis principem offendit, qui eius ſubditis, & partialibus
a iniuriam facit,vel offenſam: a vt C. ad leg.Iul.maieſt.l.quiſquis.C.de ſacroſan.eccle.l.decernimus.in prin.C.de epiſ. & cler.l.raptores.C.de rapt. virgi.l.vna.Sic e contrario, quod contra principem fit in omnium vertitur iniuriam:vt argu. C.de hæreti.l.manicheos.& de priuileg. eccle. incõſutilem. Odof. *Nec per interpoſitam perſonam.* qui enim per alium facit per ſeipſum facere videtur.vt ff.de admini.tuto.l.ita autem.§.geſsiſſe.& ff.ne quis eum qui in ius voca.eſt vi exi.l.ſi per alium.in prin.& ff.de eo per quem factum erit. l.j.§.fe-
2 ciſſe. † Etiam in ſtatutis habet locum hæc interpretatio, quia naturalis ratio eſt potẽtiſsima in qualibet ſtatutorum interpretatione:vt not.Cyn.de legi.l.non dubium. circa finem. *Defendendo.* Nota quòd defendendo quandoque quis committit iniuriam.ſic C.de his qui ad eccle. confu.l.ſi ſeruus aliquem.& ſic potuit eſſe talis perſona quòd iuſtè potuit offenſam cõmittere iſte marchio cauſa defenſionis eiuſdem conſiderata affectione: vt ff.quod metus cau.l.iſti qui-
3 dem.§.fi.& ff.mand.l.ſi ſeruus. † Sed in hoc caſu non puto verum:quia cum vaſallus in iuramento ſuo nullam perſonam excipiat niſi Imperatorem & dominũ antiquiorem, & contra fiſcum aliàs filium teneatur dominum adiuuare, & contra aliam quamcunque perſonam. ſuprà quæ ſit forma fideli.c.qui fidelitate.& ſuprà quæ ſit forma fideli.c.j.& de noua forma fidelitatis.c.j. & de prohibita feudi alienatio.per Fed.§.vlt.quantò ergo magis cõtra filium, vel aliam quamcunque perſonam debet principem adiuuare, cum & Imperatorem teneatur iuuare contra dominum ſuũ, quem teneretur iuuare contra aliam quamcunque perſonã:vt appa ret in prædictis legibus & capitulis.vnde non fruſtra hoc in
4 modum priuilegij huic conceditur. † Sed attende quod ſi rectè inſpicias,non dicitur remittere,niſi offenſas quas fecit poſtquam fuit in ſocietate:& ſic puto quòd ſi feudũ haberet à principe,& antequam eſſet in ſocietate,culpam aliquam commiſiſſet propter quam amittitur feudum, quòd bene amiſerit feudum, & culpa illa non videatur remiſſa per hanc pacem:licet videatur contra id quod dicam infra proxi.ibi pro præteritis &c.quaſi videantur remiſſæ omnes culpæ & offenſæ factæ ſiue antequam eſſet in ſocietate,ſiue poſtquam eſſent commiſſæ,ſed certè non eſt verum: nam non ſic intelligitur in præteritis,nam vult dicere ac ſi dixiſſet,prædictis. Hoc etiam indicat, quod ibi ſtatim ſequitur, vel parti eius &c. Odoff. Nec eſt verum nouum maleficium per perſeuerantiam delicti,tempore guerræ remiſſum facinus videri. Nam inſpicitur tempus quo delictum naſcitur. ff.de iureiurando.l.qui iuraſſe.§.ſi pater. & l.cum qui.§.in popularibus.de furtis.l.inficiando.§.infans.C.de teſtamen. cum antiquitas.in principio. & argument. in capitulo pri-
5 mo. ſuprà de feudo guardiæ. † Quæro quid ſi teſtis dixit quod fuit ante guerram,vtrum probet quòd fuit ante originem guerræ, & videtur quòd non: quia æquiuocus eſt

Source : BIU Cujas

secundum ista cum possit intelligi ante guerram, scilicet finitam. l.ij. si cer. pe. per Bar. Truffa est: omnis intellectus est extraneus, qui non sonat in auribus vulgi. vt extra de spon. c. ex literis. & ideo intelligitur ante originem guerræ: vt hîc
b glo. b *Coactione.* vel coertione, aut correctione. Odof. ista tria sunt quasi synonima.

ADDITIONES.

a Offensam. Et vide And de Iser. in c.j. quæ sint rega. vbi dixit quòd offendens collateralem Regis, vel aduocatum stantem in concilio Regis cum factione dicitur incidere in crimẽ læsæ maiestatis. per dictam l. quisquis. secus si priuato. & vide ibi omnino. And. Barb.

b Vt hîc gloss. Not. istud dictum Bal. vt per illud sustentur gl. in l. eũ qui ante Calendas. ff. de verb. obl. & in l. eũ qui ita. §. qui ita. e. ti. quã & Barto. & communiter alij damnant per istam doctrinam, hîc ego eam sustinui, vide quæ ibi scripsi in §. omnes. ibi sufficiés non dicit. &c. A. B.

1 ☞ *Verbum positum impropriè non uitiat.*
2 *Successor potest factum sui prædecessoris tollere.*
3 *Qui prior est tempore potior est in iure.*
4 *Successor in aliquo castro an tenetur seruare sententiam latam tempore sui prædecessoris.*

Amplius consueuerunt. Sume illud qđ est longe. infrà, & eam quam modo exercent. *Possideant.*
1 †Not. iurisdictionẽ possideri. i. quasi possideri: vt infrà eo. §. omnis. & non vitiat verbũ impropriè positum, vt ff. de iure iurã. l. sed & si possessori. §. sed si reum. quod debet intelligi secũdum sanum intellectum: & probatur possessio iurisdictionis per exercitia, quib' quis est vsus liberè, & quietè. tex. est hîc notabilis. *Successorum meorum.* Dicũt quidam hoc iure Imperatorem iniungere successori suo vt hoc idem faciat, quod quidem esse non potest. vt ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. tempestiuum. & ff. de manu. l. apud eum. Sed certè non est verum, sed ita debetis intelligere literã istam, qꝑ habeant sine contradictione successorũ nostrorũ, si enim successores nostri cõtradicant, non habebũt. † Vel dic simpliciter vt iacet. ar. de sen. & interlo. om. iud. l. post sententiã. & C. sen. rescin. non pos. l. j. Prima placet cũ Imperator prædecessoris sui factum abrogare possit. vt C. de vete. iur. enucl. l. ij. circa prin. Odof. Et per hoc determinatur quæstio quã format Cy. C. de legi. l. digna vox. & sic nec per cõtrarium, nec alio modo princeps potest regalia concedere in præiudiciũ successorũ, quia sicut non potest iura eorũ subuertere, ita nec minuere. vt ff. qui & à quibus. l. si optio. *In detrimentum.* Non enim debet vni in alterius damnum succurri, vt ff. de mino. l. in causæ. la. j. in prin. eo. ti. l. auxilium. in princi. Odof. Nec est boni principis vnũ altare cooperire, & aliud discooperire. vt C. qui pot. in pig. ha. l. assiduis. §. exceptis. nec priuilegia vni cõcessa, alteri dare: vt C. de silent. l. decurionibus. lib. xij. † Et si
3 princeps concesserit alicui beneficium prior tẽpore potior est in iure. ar. ff. de aqua plu. arcen. l. in cõcedendo. & suprà, qui suc. tene. c. j. Et hæc faciunt ad cõcessiones quas faciũt principes de aquis publicis, quòd semper videãtur reseruata iura & cõmoditates eius, cui prima concessio facta est saluis. ff. fami. ercis. l. item Labeo. §. j. saluo iure aquæ labẽtis. † Po-
4 ne, inter duo cãstra erat quæstio de ductu aquæ publicæ: & fuit inter se lata sententia, demum Imperator cõcesit mihi vnum de illis castris, nunquid teneor seruare illam sententiam, & videtur quòd sic: quia castrum transit in me cũ suis vitiis, suáque causa, præsertim cum sit vniuersitas quædã. ff. de act. emp. l. in venditione. ff. de serui. rusti. prædi. l. Lucius. à contrario sensu. ff. de condi. & demõ. l. si quis legauerit. §. fi. de contrahen. emp. l. si aquæductus. Et quia Imperator non videtur velle præiudicare transactionibꝰ & sentẽtiis, sed tacitè reseruare. arg. huius literæ. In cõtrarium videtur, quia sicut princeps posset, vt suprà, in c. j. quę sint regalia. ita & ego qui vice principis fungor. Item pacta priuatorũ, non præiudicant fisco: nec tenetur fiscus de illis pactis facere mentionem. ff. de pac. l. ius publicum. l. iuregẽtium. §. item si paciscar. & l. inter. C. sine censu vel reliquis. l. omnis. dum tamen boni viri fungantur officio, sicut ipse princeps indulsisset si certioratus fuisset. de pac. l. tale pactum. §. fin. quod maximè est si alium non lædo: vt l. ij. §. item variis. de aqua plu. arcen. ff. de solu. l. j. & facit extra de re iudi. c. suborta. in fi. Nõ obsta litera, quia hoc ius aquę competit ex cõsuetudine quod fortior est pacto priuatorum. &c.

1 ☞ *Exceptio spoliationis, quando opponi possit, an dolo facis, quia petis.*

Omnes. Hic dicitur, quod illi de societate debent iuuare Imperatorem ad manutenendum iura sua, & etiam conseruandum, scilicet pro posse & præsertim ciuitates finitimę, & quę sint magis propriè iura vt sunt incorporales res quæ non dicuntur possideri, sed quasi possideri: vt ff. de acqui. rerum domi. l. seruus. §. incorporales. ff. de serui. vrb. prædio. l. si ædes. in fi. fi. de act. empt. l. ratio. §. si inter. & hoc est quod iurant ciues, vt ciues. Odoffr. *Finitimæ.* id est confines, seu propinquæ illis locis, in quibus sunt possessiones, quæ cœptæ sunt turbari. *Teneatur.* subaudi si post opus erit quod dic, vt C. de sacrosan. eccl. l. neminem. *Vias & pontes.* & ab horum refectiõis onere nemo excusatur: quod dic vt de sacrosan. eccle. l. ad instructionem. *Sufficiens.* Non dixit sufficientissimum. sic ergo sufficit aliquid sufficienter
a præstari, licet non sufficientissimè præstetur. a sic. ff. de ædil. edic. l. si quid venditor. & l. sciendum. §. illud. Odof. *Iustis.* Seeus ergo si iniustis. *Restituatur.* hoc nisi causa in principali iure se tueri possit possessor, nam tunc impeditur restitutio, vt sequitur, quod quidem est contra alia iura. nam & si quod ius haberet per ingressum violentum amisisset, & tamen restituere tenetur ei, cui per vim abstulisset, vel occupasset: vt C. vnde vi. l. prima. si quis in tantam. & in Lombard. de inuasionibus. l. final. Et quod inuasioni restitutio non sit impedienda, probatur in Lombar. de offic. iudi. l. legato. So. hoc est contra communia iura, & speciale est cùm in modum
1 priuilegij conceditur. hoc tamen hodie non seruatur. † Vel dic, aut inuasor inuadit sua authoritate, aut cum iudicis authoritate. Primo casu locũ vẽdicãt sibi cõtraria iura. Secũdo casu serua qđ hic dicitur, & hoc fortè casu loqui põt hęc lex siue præcedens. Odoffredus. Adde quod spoliatus si contra ius petit se restitui, ita quod exceptio obstet ipsi possessorio, non est fienda restitutio, vt hic. & in capi. constitutus. de fil. presbyt. per Innocent. nam qui expressè iniustum pe-
b tit, ineptè agit: b vt not. in capitulo primo. de offi. vica. per Innocent. Si verò non apparet de iustitia petitoris, si quidem excipiens est per iudicem & partem admissus ad excipiendum, videtur per consequens admissus ad probandum, vt not. Innocen. in capitulo cùm veniisset. de testi. Si autem nõ est admissus, tunc refert, aut allegatur spoliatio, aut dolus sine spoliatiõe. Primo casu nõ admittitur exceptio: dolo facis. Secundo, sic: vt C. vñ vi. in l. cùm quærebatur. & ita intelligitur quod no. ff. de iud. l. si de vi. & C. de agri. & censitis. l. si coloni. libr. xj. & extrà de resti. spol. c. j. *Tenentur.* subaudi si fuerit. Odof. no. bonam glo.

ADDITIONES.

a Præstetur. Vide gl. in c. statutum. de reseri. in vj. Vide ca. ij. de calũ. in verbo, minus sufficienter. And. Barba.

b Ineptè agit. Vide Bal. in l. j. C. si de mo. poss. fue. appel. & in l. j. aliàs ij. C. ne li. po. dixi in cle j. de re iudica. And. Barb.

1 ☞ *Bona fides est seruanda.*
2 *Bellum inferre uel obsidere ciuitatem, quando liceat principi.*
3 *Princeps debet in itinere emere uictualia, non uiuere aliorum sumptibus.*

Si quis verò. Hic dicitur quòd si aliqua ciuitas de dicta societate Lõbardiæ nõ seruat statuta pacis, cæteræ ciuitates de societate cõpellãt illã
1 ad obseruãdam. *Bona fide.* †No. qđ bona fides debet seruari, cui interdum non congruit de iuris apicibus disputare. vt ff. man. l. si fideiussor. §. quædã. & est arg. quòd omnes cõtractus qui fiunt cum principe, habeant naturã bonæ fidei con
2 tractuum. *Competant.* † Sed quomodo faciendo guerram,

vel

Source : BIU Cujas

vel obſidendo ciuitatem,vel dando repreſalias. Reſpondeo fortè ſic.Sed contra per hunc text.nam hic dicit, bona fide compellant.hac bona fide non videtur compellere aliquo prædictorum modorum,nam bona fides eſt contraria dolo,& fraudi:vt ff.pro ſoc l.iij.in fi.& in prędictis plerunque hæc variantur,& quia diſcordiæ ſunt ſedandæ & remouendæ,vt ff.de lega.ij.l.cùm pater.§.dulciſſimis. & quia omne beneficium decet eſſe perpetuum : vt C.de excu.tut.l.antepenul.& quia per pacem diſcordiæ ſopiuntur:vt C.de cad. l.vnica.in prin.& iã ex pace videretur naſci diſcordia, quod eſſe nõ debet:vt C.vnde vi.l.meminerint. Sed fortè his non obſtantibus poſſunt prædictis modis compellere,nec enim videntur dolo facere,cum alterius fraudem excludant:vt ff. de leg.ij.l.cùm pater.§.Titio.& quia pax fingitur ei non cõceſſa qui aduerſus pacis ſtatuta venire non timuit. arg.ff.de mino.l.auxilium.in prin.vel fortè poſſet dici quòd accipiantur hoc caſu obſides:vt ar.ff.de iure fiſ.l.diuus.ff.ex qui.cauma.l.necnon.§.j.& ff.de teſta.l.obſides.Odoff.Dic ꝙ procedent illis viis & modis,quibus videbitur expedire. ar. extra vt lit.non conteſt.quoniam frequenter.§.fi. adhiberi enim debent illa remedia quæ magis timeantur, adhibito tamen diſcretionis moderamine.

Nobis intrantibus. Hic dicitur quòd quãdo Imperator intrat Lombardiam,debetur ei fodrum regale, & conſuetũ & viæ & pontes aptati,& aptataæ ſufficienter in eundo & redeundo,& quòd debet habere mercatum ſufficiens pro ſe
3 & ſuis.Et hic† determinatur quæſtio de gualdana, formata per gl.C.de ſacroſan.eccle.l.neminem. nam gualdana Imperatoris non debet auferre res aliorum, ſed emere, niſi fortè deficeret ſibi pecunia.vt li.primo.ff.ad legem Rhodiam. de iactu. vel niſi ruſtici adeo forent tenaces, quod nollent eis vendere victualia.quod not.

☞ *Fidelitatis renouatio fit propter mutationem ætatum.*

In omni decimo. No. hic quòd in omni decimo anno fidelitates ſunt renouandæ. *Renouabunt.* Hoc fit propter iuuenes, qui propter ætatem non debebant iurare, & modò peruenerunt aliqui ex eis ad eam ætatem qua iurare tenentur, & propter ſenes etiam qui iurauerunt pro tempore & modo ratione ætatis iurare non debent ſic.ſuprà,de pace iura. fir.
1 circa prin.Sed hodie hoc non ſeruatur.Odof. † Not. ergo quòd propter mutationem ętatum fit renouatio fidelitatis, quia ætas naturaliter variatur.vt not.C.de in integ.reſti.mino.l.ſi minorem te.& extra de probat. in præſentia vnde ex pręterita minori ætate non præſumitur in præſenti quia nõ eſt quid ſtabile:vt ff.ad legem Falci.l.hæreditatum:niſi tempus præſens eſt coniunctum præterito.arg.huius literæ.

1 ☞ *Iuramentum contra legem diuinam & humanam,non naſcit.*
2 *Debitor an lucretur fructus.*
3 *Ciuitas poteſt obligari per iuſiurandum.*

Si qui ex parte noſtra. Nota ꝙ expulſi ſunt reſtituendi ad ſuas iuſtas poſſeſsiones. *De iuſtis.* Secus ergo ſi iniuſtis.Odoff.hic cadit glo.ſignata.ſuprà,in §.omnes. quæ
1 debet ſcribi,ſuper verbo reſtituatur. *Iuramento.* †Nota iuramentum procedere diſpenſatiuè. Sed an hoc iuramẽtum teneat,puto quòd non:cum ſit contra diuinã & humanam legem.Vnde diuina pagina dicit,non concupiſces rem proximi tui.ad quod eſt ff.de iuſti.& iure.l.iuſtitia.& iuramentum contra legem factum nullius eſt momenti.ff.de pact.l. iuregentium.& §.generaliter.C.de legi.& conſti.l.nam duorum.in fi.C.de nup.authen.quod eis.ar. extra de iureiurã. c.intelleximus.ff.de leg.j.l.ſi quis inquilinos.§.fi.Odof. *Succedere.* vt ſoluatur rei æſtimatio.Odoff. quod eſt contra ius commune,quòd inuaſor nolente domino liberetur rei ęſtimationem ſoluendo:vt ff de rei ven.l.neq; quaſi. Et not.pulchra verba,arbitriũ boni viri volumus pro reſtitutione ſuccedere ſua ſatisfeciſſe videatur ille,qui ſoluit æſtimationem arbitrio boni viri taxatam. Et nota quòd in tota iſta pace non reſtituuntur fructus.quod intellige,niſi eſſent extantes in fundo,quia tunc non reſtituuntur tanquam acceſsiones, ſed tanquam ipſum corpus fundi:vt l.ſi.§.penult.ff.quæ in frau.cre.Dicit Accur.quòd nunquam quis lucratur fructus, niſi rem habere videatur.ff.de reg.iur. qui actionẽ. Item ait ꝙ intra tempus reſtituendi, ſcilicet quãdo quis petit quod non eſt nec fuit ſuum.ff.de leg.j.l.ſi quis bonorum.ff.ſoluto
2 mat.l.ſi mora. † Debitor lucratur fructus,niſi tẽpus ſit appoſitum cauſa cuſtodiæ.ff.de reg.iur.l.cum tẽpus.Dicit Accur.quòd ſpeciale eſt in Imperatore,quod poſsit auferre rẽ alterius.ff.de reg.iur.id quod noſtrum. *Niſi ciuitas aſtringatur ſacramento.* †Not.quod ciuitas põt obligari per iuſiurã.
3 & ſub iureiuran.paciſci,licet non habeat animam.vnde hoc iuramentum referendum eſt ad animam ciuium,per ea quę not.Inno.extrà de ſenten.c.grauem.

1 ☞ *Feudum uidetur conceſſum ſecundum conſuetudinem loci in quo eſt.*
2 *Iudices pares curiæ debent eſſe de loco ubi lis eſt.*
3 *Vaſallum inueſtire nolens,non poteſt eſſe iudex inter uaſallos.*

Si qua controuerſia. Dicitur hic ꝙ cõtrouerſia feudi inter Imperatorem & alios de ſocietate debet dirimi per pares illius ciuitatis, vel per epiſcopum illius ciuitatis, in qua diſcordia vertitur,& ſecundum conſuetudinem illius terræ & ſic no.ꝙ in feudis attenditur conſuetudo loci vbi res eſt.
1 †Nota quòd ſi Imperator conceſsit mihi Tuſco feudum eu iuſdam caſtri Alemaniæ,videtur mihi conceſſum ſecũdum conſuetudinem Alemaniæ & ſi Alemanico concedit in Tuſcia,videtur conceſſum ſecundum conſuetudinem Tuſciæ vt hic dicitur.& eſt ratio:quia cõſuetudo præſtationis & rei præſtandæ intelligitur ſecundum locum illum, vbi debet fieri traditio,& ſolutio corporalis:vt l.ſemper in ſtipulationibus.de re.iur.quod eſt no.& facit quod no.extrà de teſta. c.Rayn.ſuper gl.fortè in nouel. *Conſuetudinem inſpici regionis.* Inſpicitur enim regionis cõſuetudo:vt ff.de fun.inſtr.l. cùm de lanionis.§.aſinam.& eſt ſic.ſuprà eodem §.in cauſis.vincit enim de iure Romano lex etiam in eo loco in quo eſt, vt ff.de legi.l.de quibus.licet contrarium ſit de iure Lombard.
2 vt in Lombar.qualiter in iudic.l.placuit.Odoff. † Et nota. hîc cuius loci pares debeãt cognoſcere de feudo,quia pares illius epiſcopatus,vel terræ vbi lis agitatur.debet autem agitari in terra,vel loco,vbi feudum exiſtit: quia reale iudiciũ eſt:vel quia iſte locus eſt commodior,& melius ſcitur vbi veritas.argu.ff.de flu.l.j.§.j.C.de appella.l.cùm poſt.& in ca.j. de reſcrip.in cle.Et ſi quęras quæ intelligatur cauſa feudalis. Reſpondeo ſi criminaliter agitur,vel vltra leges feudorum, non eſt cauſa feudalis:ſed de inueſtitura facta,vel fienda,vel de poſſeſsione ablata,vel turbata per dominum vaſallo,vel per vaſallum vaſallo.de mili.vaſal.qui contu.eſt.c.j.& vbicũ que fit commemoratio feudi ad intentionem fundandam, coadiuuandam,vel repellendam.Sed ſi non agatur,vel excipiatur ex hoc capite,vt extrà,de foro competenti. c.verum. per Innocentiũ. & dixi in capitul.primo.§.prætereà.de pro hi.feud.alie.per Federicũ.& hæc vera in petitorio & poſſeſſorio. † Et vnum ſcias quòd ille qui non vult inueſtire va-
3 ſallum de recto feudo, de alio feudo cognoſcere non poteſt: quia iniuſtus in vno præſumitur iniuſtus & ſuſpectus in alio.& de controuer.inter vaſal.& epiſcop.capitulo primo. textus eſt notabilis.

Item volentibus. Hîc dicitur ꝙ volens venire cõtra pacta,nõ auditur:ergo ſi audiẽtia denegatur,exceptio pacti impedit lit. cõte.quod verũ eſt,ſi pactũ eſt iuramẽto firmatũ.vt hîc:ſecꝰ ſi nõ ſit iuramẽto firmatum,ſed ſit factũ lite pend.arg.ff.de pact.l.tale pactũ.§.qui prouocauit.& C.de pactis.l.poſtquã liti.& C.de fide inſtrumentorum.l.iij.Nam cum ſit renuntiatum liti,non poteſt denuo reſuſcitari ªvt not.in c.j.de litis conte.lib.vj.in nouel.Deinde nota.hîc quod ille qui per
2

Source : BIU Cujas

metum vult,nihil vult.quòd dic vt not.ff.de regulis iuris.l. velle non videtur.

Item ſtratam. Not.de verbo ſtratam.Ozolinus nobilis quidam de Roma fuit,ex quo geniti fuerunt duo peſsimi tyranni:quorũ vnus eodẽ nomine potitus eſt,alter verò Albericus fuit nominatus. Odofre. *Communiri.* ſic.ſuprà eodem §.pacem itaque.& dic vt ibi Odoffr.

ADDITIO.

2 Reſuſcitari.Not.per Innocen.in cap.conſtitutis.de reſcrip. & in capi.primo,de lit.conteſta.lib.vj.And.Barb.

1 ☞ *Probare quis tenetur eſſe de ciuitate in qua negatur originem traxiſſe.*

2 *Procurator poteſt conſtitui ad iurandum in animam alicuius.*

3 *Arbitrium habens faciendi quicquid uult &c.*

Nomina verò. Ibi ſcriptam autem. vt hic patet.& ſuprà eo. in prin §.nos Romanorum Imperator. &c. & ſuprà proxi.§.nomina verò.&c.certis tantùm ciuitatibus hæc priuilegia concedũtur.

1 †Quid ergo ſi aliquis in aliqua harum ciuitatum habitet, & negetur eſſe de natione eius ciuitatis, vel alterius quæ hac ciuitate cõprehenſa ſit.Reſpõdeo probare debet ſe habuiſſe originem in aliqua harum ciuitatum:vt ff.de proba.l.j.ſecũ dùm vnã lec.quam ibi dixi.Odof.& ſecundum hoc nomen & beneficium ciuitatis,foréſibus & extraneis non prodeſt. C.de teſta.l.ſi non ſpeciali.quod tene menti, niſi eſſent recepti in numero ciuium:vt ff.de iure fiſ.l.ſed ſi accepto. nã alteri paciſci nemo poteſt, cùm ab eo mandatum non habeat, iuxta illud nihil ad nos de his qui foris ſunt. *Pacem.* Concordat.ff.de pac.l.j.in prin.inſti.de iniur.§.fi. *In animam noſtram.* Not.qualiter quis iurat pro alio in animam domini.lxiij.diſtin.c.tibi domino.Odofre. †Pone,conſtitui procuratorem

2 ad iurandum de calumnia in animam meam,aduerſarius dicit quòd ego compaream,quia melius noui factum. reſpondeo in iuramento calumniæ non debet hoc ventilari:vt no. in cap.vlti.de iura.calum.lib.vj.in nouel.† Nunquid ille qui

3 habet poteſtatem faciendi quicquid viderit expedire, dicatur habere arbitrium voluntatis,videtur quòd ſic.ff.mandati.l.creditor.§.Lucius.& not.in ca.ſecundo.de iuramen. calum.libro ſexto.in nouella.

Hi autem Primò nominat principes,duces, Comites,& barones q ex vna parte principis vnà cum iuramento pacem firmauerunt. Secundò nominat nuntios Lombardorum, & aliarum ciuitatum ſocietatis eorum,qui ex aduerſa parte iuramento ſuo pacem roborauerunt.Tertiò nominat ciuitates, quæ pacem ex parte principis vnà cum principe cum Lombardis pacem habuerunt.Quartò nominat nuntios Lombardorum, quibus inueſtituram conſulatus dedit.Quintò impreſsione ſigilli ſui pacem princeps corroborat.Sextò apponitur tempus anni & domini indictio,& anni imperij,& locus,vt appareat vbi & quando data fuit hæc lex.& hoc vſque ad legem illam, in nomine.Odofr.& facit C.de teſta.l.omnium.ibi dum dicit, inter tot nobiles probatáſque perſonas.

1 ☞ *Notarius quid apponere debet in inſtrumento.*

2 *Quid ſi non appoſuit nomen imperatoris &c.*

1 **Pacta** †Hîc habes arg.quod anni domini, dies menſis,& conſul,& alia quæ in inſtrumentis apponuntur,debeant poni in fine inſtrumentorum. alibi habent contrarium:vt ſuprà de iure emphy.in prin.quod credo verius:vt in authen.vt præpo.nomen impera.in princ.& §.j.& ij.& in Lombar.de epiſcopis.l.j. Sed nunquid inſtrumentum vitiatur,ſi in fine hæc adiecta inueniãtur. Dico q̃ non, nam in inſtrumentis non apponuntur hęc,niſi vt conſtet de tempore contractus,ſed ſiue in principio,ſiue in fine ponantur nihilominus cùm conſtat de tempore, ex quo appoſita ſunt,quare de iuris ordine non curatur.ff.de ſol.l. nec enim.

2 Odofr. †Sed nunquid vitiatur inſtrumẽtum, ſi nomẽ Imperatorũ præpoſitum non fuit,vel non interceſsit tabellionis ſubſcriptio,vel cõtrahentis,vel aliquid defuit ex his,quæ debent interuenire.Reſpon.vtique arg.in aut.vt præpo.nomen impe.arg.C.de fide inſtru.l.cõtra.C.de cõuen. debi.fiſ. l.fiſco.lib.x.ff.de teſta.l.ad teſtium.§.ſi quis.ff.de tranſac. cũ hoc.§.ſi prætor.ff.de colla.bon.l.j.§.ſi tamen.ff.de excu.tut. l.ſcire.§.ſufficit.arg.C.de fi.inſtru.& iur. haſtæ fiſ.l.j.li.x.arg. optimũ.ff.de in integ.reſti.l.Diuus.C.qui teſta. fac.poſ.l.furioſum.in fi.Si enim quæ ad rei ſubſtantiã,modũ, ordinem, vel ſolẽnitatem pertinent,omittãtur:quicquid geſtũ fuerit, vitiatur.C.de cõtrahen.empt.l.empti.& l.nec pretium.ff.de cõtrahen.emp.l.nec emptio.& l.res.ff.de act.& obl.l.in omnibus.ff.loca.l.qui ad certũ.& l.ſi tibi. & ff.de ver. obli.l.j.in prin.ff.ſi cer.pet.l.rogaſti.C.de non nu.pecu.l.cum vltra.C. de iure emph.l.ij.C.de Fabri.l.ſi quis.lib.xj.inſti.de inuti.ſtipu.§.ſi quis alij.C.de ſen.& interlo.om.iudi.l.prolata.C.de excep.rei iud.l.j.C.de app.l.nominationes. Et quia quoties plura interuenire debent,vnũ interueniſſe non ſufficit:vt ff. de diuor.l.ſi.cum ſi.Vnde eſt arg.quod valet inſtrumentum ita confectũ.ff.de manu.vin.l.antepenul.ff.de app.l.ſcio. ſed primũ verius.Odof.nunquid ſi apponũtur ſolẽnitates : cum erratur in vna,vtrũ tabellio poteſt propria authoritate emẽdare exẽplum,ſi errauit in die,vel in appoſitione loci.Reſpõdeo ſi eſt quæſtio ſuper die,vel loco,non poteſt emẽdare,nã raſura caderet in loco ſuſpecto. Si autem alibi,vbi non pendet quæſtio,tunc emẽdare poteſt, & radere verbũ erroneũ, & ponere verbum verũ.vt leg.& no.C.de teſt.ſi vnus. Si autem non errauit in ſolẽnitate inſtrumẽti, ſed in qualitate facti,tunc poſtquã inſtrumẽtum eſt reductum in modũ & publicatum,nihil ſua authoritate emẽdare poteſt,ſed debet facere errore cõperto de mãdato iudicis,ſm Cy. qui ita not. ff.de ſtat.homi.l.Imperator.Vel dic ſi eſt talis error, qui noceat non poteſt emẽdare ſine iuſſu iudicis,ſecus ſi non efficit parti,quia partis non intereſt cũ & ſine tali emẽdatione valeat inſtrm:vt C.de teſta.l. ambiguitate. & l.præpoſteri.l. errore.& ff.de reg.iur.l.ſi librarius.Illud conſtat quod aliæ ſunt ſolennitates inſtrumenti,aliæ negotij:vt no.ff.de eden. l.j.§.edictiones.in fi.glo.

1 ☞ *Imperator an poſsit à papa deponi.*

In nomine Chriſti. Membrum Ad hoc eſt ſuprà de forma fi de.c.j.Odoff. *Corona.* poteſt ergo princeps deponi,vt hîc q̃d dic vt ſuprà not.in §.cùm autem. de forma fide.capit.alius.

1 Odofre. †Sed ſi papa deponit Imperatorem dolo vel ambitione,ſine legitima & ardua cauſa, depoſitio ipſo iure eſt nulla.nam ad eſſe exercitij huius iuriſdictionis ſupremæ, circa ſtatutum temporalium papa debet præcedere tanquã deus,qui eſt veritas vnde requiritur cauſa.ergo non ſubſiſtente cauſa,ceſſat iuriſdictio.tenet conſequentia per doctrinam Innocen.qui dicit quòd quando cauſa requiritur tanquam fundamentum iuriſdictionis,oportet cauſam eſſe veram & diſcuſſam,aliàs iudicium eſt ipſo iure nullum:vt ipſe not.extrà de for.compe.in nouella.cùm ſit generale.& in c. j.de fo.compe.lib.v.in nouel.& de reſcri.ſuper literis.per Inno.de offi. dele.cũ ſuper abbatia. pe Inn.eſt alia ratio quia eccleſia debet vaſallo vicẽ & de ſuo imperio nõ põt eũ lædere:imo papa ſe facit alienũ à poteſtate,ſi talẽ iuſtitiam nõ reddit Imperatori,qui iurauit fidelitatẽ: vt in c.de for.fid.& Imperator põt ſe defendere cũ exercitu ſuo.de mi.vaſal.qui cõt.eſt.c.j.§.vlti.vñ cũ papa Io.xxij.minaretur regi Roberto de faciẽdo mirabilia,rex Robertus rñdit,vos facietis & nos faciemus & me iuuabo.hoc eſt q̃ iurãtes in ſacramẽto fidelitatis debent adijcere.vt ſ.*in pace.*§.oẽs.Odo. *Bonafide.* Hoc ſufficiebat dixiſſe & licet nõ dixiſſet ſine fraude:bona enim fides,cõtraria eſt dolo & fraudi:vt ff.pro ſo.l.iij.in fin.Odo. de pact.l.iuregẽ.§.ſed ſi fraudãdi. *Bonũ intellectum.* Not.q̃ cõtractus debet intelligi ab bonũ & ſanum intellectum.quod tene menti. *Maſculo.* Excludit ergo ſexum fœmineum certis tñ ciuitatibus hoc remittitur q̃ fuerint ciuitatis homines iurare non faciant:vt infrà eod.§.hæc ſunt nomina.

Maior

Source : BIU Cujas

1 ☞ *Maior pars collegij quod facit factum eſt.*
2 *Imperator cum ſit maior alijs quomodo poteſt pacto aſtringi.*

Ego. Hic Imperator idem iurat, & ipſe idem in animam ſuam hoc iurare facit vt hic. & ſuprà de pace §. hoc itaq; ſimile. ſuprà, de forma fide. c. tibi domino. Vel dic non iurat idem, ſed alius in animam eius, vt d. §. hãc itaque. & hoc innuit l. proxi. ibi inter nuncios. Vel dic quòd hic eſt ſacramentum, quod fit per rectores ciuitatum, qui fuerunt in poteſtate principis. arg. ſuprà, eo. §. hæ autẽ ſunt ciuitates, & loca ſuperius notata, eſt iuramentũ quod fit p ciues ciuitatum ſocietatis Lombardiæ: ſequentia verò ſunt ſacramenta rectorum ciuitatis Lombardiæ ſeu ſocietates eorum. Scripto. ſecundum hoc habes etiam hic arg. quòd hæc eſt lex ſcripta, quod dic, vt ſuprà diximus. Odof. *Maior.* quod enim maior pars facit, tota vniuerſitas feciſſe videtur, vt ff.
1 ad mu. l. quod ma. or. Odof. † No. ergo quòd illud quod facit maior pars collegiatorum, ſeu confœderatorum, minori parte contradicente, ratum quò ad omnes debet haberi. qa omnes collegiati rediguntur ad inſtar vnius corporis. quod eſt no. ex his ſcilicet quæ pertinent ad totum corpus ligæ & ille qui eſt nobilior & potentior in liga, intelligitur ſuperior ad conuocandum alios. arg. ff. de fid. inſtru. l. fin. & c. j. de ma
2 ior. & obe. per Inn. *Præcepta.* † Sed quomodo poſſunt præcepta iniungere principi, cum maior ſit, & minor in maiorem non habeat imperium. Reſpondeo, vt no. ff. de iur. omnium. l. eſt receptum. & ſic Imperator poteſt per pactum obligatorium conferre iuriſdictionem contra ſeipſum, pro bono pacis. vel dic verius, vt modò dixi. Odoffred.

1 ☞ *Tempus appoſitum alicui determinationi habet illam ſolum determinare.*

Triginta annis. Quid ergo erit finitis xxx. annis. Reſpondeo de neceſſitate ex integro eſt iurandum, licet hoc hodie non ſeruetur. non autem dicas tempore hoc elapſo, pacem amplius non durare, cùm perpetuò non ad tempus hæc pax concedatur, vt ſuprà, ea. l. §. hanc ergo pacem. ad fin. & §. nos Romanorum Imperator. Odof. imò ex hoc colligitur apertè hanc pacem temporalem fuiſſe. nam perpetuum eſt quod xxx. annis durat, vt inſtit. de perpe. & temp. ac. Odof. imo prima verior, vt ſuprà eo. §. in omni decimo anno. nam hæc di-
1 ctio, in omni, perpetuitatem temporis demonſtrat, † Vel dic quòd tempus adijcitur hic iuramento Imperatoris, non conceſsionibus & alijs capitulis pacis. & hoc teneas. Tempus enim adiectum alicui determinabili, determinat ſolum illud, & non aliud ad cuius determinationem non eſt appoſitum, vt ff. de contrahen. emp. l. qui fundum. C. quando di. le. ce. l. ex his verbis.

1 ☞ *Secreta uel credentia quæ dicantur.*
2 *Reuelans ſecreta ciuitatis, qua pœna puniatur.*

